



PVBLII VERGILII MARONIS PARTHENIAE MANtuani opera, post omnes omnium editiones nunc demum reuisa, & emaculatiora reddita.

ÆLII ANTONII NEBRISSENSIS EX GRAMMATIco & Rhetore Regis Historiographi in eadem Ecphrases admodũ familiares, & vel rudibus tyrũculis ad intelligẽdũ facillime, nuperrime excussæ, & ab iniuria obliuionis vindicatę.

Quæ omnia ita correcta & elimata prodeunt, vt (absit Nemesis verbo) ne punctum, coma, seu interrogatiuncula cum in textu, tum in commento deficiat.

Aethereũ quicũq; cupis cognoscere regnũ:



Ex his difficilem tu tibi sume viam.



APVD INCLYTAM GRANATAM
ANNO. M. D. XLVI. Mense Aprili.

Si daret huic formæ vitam sic Iuppiter, vt tu



Grammaticæ Antoni, viueret effigies.

EIVSDEM ANTONII NEBRISS. ET ALIORVM CARMINA *nõnulla ex ijs; quæ in imaginis ac illius artificũ laudẽ ſcripta reperiũtur.*

Fabianus Nebriſſ. Antonij. F.

Antoni effigiẽ Rhinconus pingere nuper
Dũ parat: arte quidẽ magnus uterq́; ſua.
Viderat hos parit' mũdi ſpectacula Pallas:
Et dubitat cuius gloria prima foret.
Atq́; ait: iſte manu mortales uincat, & ille
Ingenio cũctos: ſint tamẽ ambo pares.

Antonius ipſe.

Quod ſolũ poterit uenturi iudicis ira,
Cũ mihi me reddet, magne Philippe facis.
Nõ ſpeculũ, nõ unda ſilẽs, nõ læue metallũ,
Sphengites ue lapis ſic ſimulachra refert.
Quod de⁹ oĩparẽs potuiſſet fingere ſolus:
Hoc mihi me reddẽs perficis arte tua.

Eiuſdẽ ſalutatio ad imaginẽ.

Antoni ſalue, quo non mihi charior alter:
Siue ſit is natus, ſiue ſit ille parens.
Cum mecũ uiuas, & uixeris a genitura:
Nunq̃ uiſe mihi, ſiue uidẽdus eras.
Q d' natura potẽs, genitor, genitrixq́; nega(rũt:
Hoc opifex magnus reddidit arte ſua.

Sebaſtianus Nebriſſ. Antonij. F.

Qui cupis ignotũ Antoni cognoſcere uultũ.
Aſpice tã ſimilẽ, quam fuit ipſe ſibi.
Peniculo Rhincõ pinxit, ca loq; Philippus:
Germanus molli finxit at ille luto.
Sed tãdem gladio nũc mira Antonius arte,
Quod preſſum cernis: ſciſſile fecit opus.

XANTI NEBRISSENSIS IN COMMENTArios Antonij Nebrissensis patris sui in Vergiliũ ad rudem tyrunculorum pubem Præfatio.





VM DIV EQVIdem, multumq́ue mecũ candidissimi iuuenes reluctatus essem, vtrũ ANTONII Nebrissensis patris mei cõmẽtaria & scholastica quędã scholia, & (vt ipse operi titulum indidit) Ecphrases in Bucolica, Georgica, ac Maronis toto orbe celeberrimi poetæ Aeneida excuderem, prelo que committerem: hinc enim ingratus videbar, si eas æterno silentio, perpetuisq́ue tenebris damnare vellem, illhinc iniurius in defuncti patris manes existimari possem, si illius næanias, quas ipse in domesticorum scholasticorum vsum ac commodum luserat, ego nullo habito pudore in vulgus emitterem, ne dicam prostituerem: tandem mihi inter tam varias cogitationes, quidnam potissimum facerem, deliberanti, hæc potior sententia visa est. Vt mallem, de patris mei vmbris male mereri, quã in studiosam iuuen-

tutem, vel in re tantilla, ingratus cenſeri. Quod ſi quis apud ſuperos patris mei de hac commentariorum editione ſenſus eſſe poſſet, auſim affirmare illum gauiſurum, (is erat illius in ſtudioſos adoleſcentes amor, ac affectus) & etiam libentiſſimo animo paſſurum, vt vel cum nominis ſui iactura tyrunculorum bene nata ingenia, quātum fieri poſſet, iuuarentur. Non tamen inficias ierim, plus graciæ gloſſemata hæc initura, ſi eo illo tempore, quo ipſe ſcripſit, publicata forent, quam hoc ſæculo, in quo iam non ſolum in Vergilium, verum etiam in omnes poetas innumeræ interpretationes cotidie in lucem non ſine magno ſtudioſorum fructu prodeunt. Præcipue tamen in hunc diuinum vatem tot enarrationes tam veterum, quā neotericorum circunferuntur, vt nihil iam videretur ad huius poetæ enucleationem ab eius ſectatoribus deſiderari poſſe. Nam, vt omittam vetuſtiſſimorū grammaticorum commentaria, quæ ad nos temporum iniuria non

Iginus. peruenerunt, qualia fuerunt Igini, de quibus Gellius ali-
Gellius. *Vrbanus.* quibus in locis meminit, Vrbani, atq; aliorum, quorum nomina in Seruianis commentarijs ſparſim citata legi-
Probus. mus: certe extat adhuc Probi commentariolus in Bucolica ſimul & in Georgica perbreuis ille quidem, ſed quē
Aeli⁹ Donatus. poſſis verboſis aliorum expoſitiõibus anteponere. Aelij Donati commentaria, de quibus Hieronymus aduerſus Ruffinum ſcribens mentionem fecit, temporum culpa iam interciderunt: nam fragmenta quædam arguta ſane
Tyberius. cuiuſdam Donati, quæ vulgo manibus terūtur, nō ſunt
Donatus. illius Aelij, ſed lōge alij Tiberij prænomine, cuius etiam

arbitror libellum de Vergilij vita esse, cum illius libelli stylus Aelij Donati (vt Valla in opere de reciprocatione sui & suus annotauit) phrasim minime suboleat. Quę quidem commentaria antea lacera & manca, nunc iam prope integra circunferuntur, mirarum profecto argutiarum plena, & sine quibus, mirificum illud poetæ artificium recte percipi posse, haud credam. Seruij Mauri vberrimas enarrationes consulto prætereo, vtpote qui sciam, nemini non esse in ore, illud tamen non tacebo, eas a Roberto Stephano egregie nunc restitutas, & ad pristinum candorem repositas. Hos sequitur Christophorus Landinus, qui & ipse nõnulla per acute in Vergilium commentus est. His additur Antonius Mancinellus, qui diligenter aliqua exposuit. Domitium Calderinum ideo non nomino, quia is duntaxat in opuscula scripsit. Fuit & Zona grammatista quidam, homo meo iudicio dignus, cuius ossa ab omnibus musarum cultoribus lapidibus peterentur: quem non puduerit, sordidis suis nugis diuini vatis Bucolica & Georgica contaminare, tam alienus a Vergiliano intellectu, quam fœdæ barbariei proximus. Hos subsecutus est Badius Ascensius, cuius interpretamenta patris mei Ecphrasibus posteriora fuerunt tempore, quamuis publicatione priora. Post suas in Vergilium castigationes edidit Ioannes Pierius Valerianus, vir in veterum marmorum inscriptionibus euoluendis non postremæ notæ. Omniũ vltimus Iodocus Vuilichius hac tempestate scholijs doctissimis opus hoc illustrauit. Philippum Melanhctho-

Vergilij vita cuius Donati sit. Seruius. Robertus Stephanus. Christophorus Lãdinus. Antonius Mãcinellus. Domitius Calderinus. Zona Vergilij cõtaminator. Ascẽsius. Pierius Valerianus. Iodocus Vuilichius. Philippus Melãcthõ

Antonius Gouean⁹. nem, Antonium Goueanum, & alios huius farinæ viros ideo prætereo, quia ij, Vergilij castigationi duntaxat incumbentes, nullas in eum commentationes composuerunt. Sunt alij docti viri, quorum in hunc authorem vigiliæ propediem in publicum exibunt. Accedant ergo tantorum virorum lucubrationibus Ecphrases hæ, non omnino contemnendæ, præcipue si quo animo eas autor scripserit, attendatur. *Antonius Nebrißensis.* Scio tamen liuidulos quosdam futuros, qui dicant, nos actum egisse, oleumque & operam perdidisse: nam si eo animo glossam hanc euulgauimus, vt rei literariæ adolescentibus optime esset consultum, obijcient nobis Badianos commentarios in quibus satis copiose literæ structura explicatur, adeo vt etiã pueris labor hic non admodum necessarius videretur. *Nebrissensis Ecphrases vtiliores pueris esse Ascensianis commentis.* His hoc sit responsum: In Ascensianis illis enarrationibus licet verbosioribus non tam apposite poetæ mentem expositam esse, vt in his nostris: præterea multa esse hic longe rectius enucleata, quam illhic, quamuis commentaria hæc illis fuerint tempore (vt dixi) priora. Ad hæc Badius interdum in media textus elucidatione aut *Ascensius notatur.* philosophatur, nolo dicere quam inepte, aut Philippi *Philippus Beroald⁹.* Beroaldi amarulentias in Seruium interserit, aut Poli*Politian⁹.*tiani, aut Macrobij, aut Gellij, aut Criniti annotationes *Macrobi⁹* in fasciculum redigit, deniq; multis in locis longiuncu*Gellius.*lis digressionibus vtitur: quod quã dãnosum sit pueris, *Crinitus.* nemo non videt. At in his nostris nihil tale est, sed perpetuo filo carmina omnia perstringuntur. Quod si autor ipse vellet omnia exacte prosequi, doctisq; hæc non

pueris scribere curaret, non minora, quam alij, ad huius poetæ cognitionem afferret. Satis id demonstrant alia illius opera, testabunturq; linguæ latinæ commentaria ab eodem autore condita, quæ propediem Deo optimo maximo fauente in lucem edemus, quamuis ex ijs quæ euulgata sunt, plus satis id posteris manifestum fore credimus. Hæc in patris cõmendationem nõ ideo dixi, vt ipsi aliqua fiat laudis accessio, nec enim adoreis meis ille indiget, vino enim vendibili hedera appensa non est opus: sed vt subsannatoribus quibusdam respõderem. Qui cũ per se parum valeant, tamen alienæ laudi inuidentes, veluti fuci apibus, aliorum labores genuino rodere dente nõ cessant. Id etiam in hac editione, vt melius tyrunculorum labori consuleremus, fieri curaui, vt præter maximam in codicis castigatione adhibitam diligentiam textui in vna quaq; pagina superius posito Ecphrasis inferius apposita corresponderet: ita vt ab eodem carmine, in quo textus inciperet, & in eodem, in quo finiret, expositio ipsa initium & finem caperet. Hæc sunt cãdidi iuuenes, q̃ vos latere nolui.

Linguæ latinæ commẽtaria ab Antonio Nebrissensi condita propediem edenda.

Valete ex officina nostra typographica. Anno a Virgineo partu millesimo quingẽtesimo quadragesimo sexto pridie calẽdas Aprilis.



Vergilij Maronis vita.



N EXPONENDIS AVTHORIBUS hæc cōsideranda sunt, Vita poetę, Titulus operis, Qualitas carminis, Scribentis intentio, Numerus librorum, Ordo librorum, Explanatio. Vergilij vita hæc est. Natus est patre figulo, matre Maia: ciuis Mantuanus, quę ciuitas est Venetię. Diuersis in locis operam literis dedit. Nam & Cremonæ, & Mediolani, & Neapoli studuit. Adeo autē verecundissimus fuit, vt ex moribus cognomen acceperit. Nam dictus est Parthenias, omni vita probatus. Vno tamen morbo laborabat; nam impatiens libidinis fuit. Primum ab hoc distichon factum est in Balistam latronem: Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus, Nocte dieq; tuum carpe viator iter. Scripsit etiam septem siue octo libros hos, Cariniam, Aetnam, Culicem, Priapeam, Catalecton, Epigrammata, Copam, Diras. Postea ortis bellis ciuilibus inter Antonium & Augustum, Augustus victor Cremonensiū agros, qui pro Antonio senserant, dedit militibus suis, qui cum non sufficerent, his addidit agros Mantuanos sublatos non propter ciuium culpam, sed propter vicinitatem Cremonensium. Vnde ipse in Bucolicis: Mantua vę miserę nimiū vicina Cremonæ. Amissis ergo agris Romam venit, & vsus patrocinio Pollionis & Mecœnatis, solus agrum, quem amiserat, meruit. Tunc ei proposuit Pollio, vt carmen Bucolicum scriberet, quod eum constat triennio scripsisse, & emendasse. Item proposuit Mecœnas Georgica: quę scripsit, emendauitq; septem annis. Postea ab Augusto rogatus Aeneidem propositam scripsit annis vndecim, sed nec emendauit, nec edidit. Vnde eam moriens præcepit incendi. Augustus vero, ne tantum opus periret, Tuccam & Varum hac lege iussit emendare, vt superflua demerēt, nihil adderent tamē: vnde & semiplenos eius inuenimus versiculos: vt, Hic currus fuit. Et aliquos detractos, vt in principio, Nam ab armis non incepit; Sed sic,

Ille ego, qui quodam gracili modulatus auena
Carmen: & egreſſus ſyluis vicina coegi,
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma, virumq; cano.

Et in ſecundo hos verſus conſtat eſſe detractos.

Aut ignibus ægra dedere.
Iamque adeo ſuper vnus eram, cum limina Veſtæ
Seruantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio. &c. vſq; ad illum locum.
Talia iactabam, & furiata mente ferebar,
Cum mihi ſe, non ante alias, &c. Hæc Seruius.

A quo non puduit Maronis vitam mutuari, vtpote veriorem, & breuiorē, quod ſi cui hæc ſuccincta Mauri Seruij verba non facient ſatis, is libellum, quem de Vergilij vita, Donatus edidit, euoluat, ibi multa de Virgilio ad ſaturitatem & ſtomachum vſq; lecturus. Hoc etiam veluti coronidem adijcere voluimus: Variam fuiſſe contentionem inter pleroſq; eruditiſſimos viros noſtræ tempeſtatis, nec eam vnquam definitam, ſed adhuc ſub iudice litem pēdere. Vergilius ne per .E. an potius per .I. ſit dicendum. *Vergilius dicēdū ſit, an Virgilius.* Nam Angelus Politianus incomparabilis eloquentiæ vir in Miſcellaneorum Centuria prima, quam vnicam vidimus, capite ſeptuageſimo ſeptimo pro aris & focis contendit, Vergilium per .e. potius, quam Virgilium per .i. debere dici. *Angel⁹ Politianus.* Cui velut ex diametro pugnans Ioannes Pierius Valerianus vir antiquarum inſcriptionum curioſiſſimus indagator refragatur, ac validioribus argumentis illi os cōprimit, ſuper illo quarti Georgicorum libri carmine: Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope. *Pieri⁹ Valerianus.* Nos tamen in huius codicis excuſſione modo hoc, modo illud obſeruauimus, nec eorum vlli nos addiximus.

Quid Bucolica, & vnde dicta.



✠ v



VCOLICA, VT FERVNT, dicta a custodia bou.i. ἀπὸ τῶν βουκόλων. Precipua enim sunt animalia apud rusticos boues. Huius autem carminis origo varia est. Nam alij dicunt eo tẽpore, quo Xerxes Persarum Rex inuasit Græciam, cum omnes intra muros laterent, nec possent more solito Dianæ sacra persolui: peruenisse ad mõtes Laconas rusticos, & in eius honorem hymnos dixisse: vnde natum carmen Bucolicum ætas posterior elimauit. Alij dicunt Oresten cum Dianæ Fascelitidis simulacrum raptum ex Scythia adueheret, & ad Siciliam esset tempestate delatus, completo anno Dianæ festum celebrasse hymnis, collectis nautis suis, & aliquibus pastoribus conuocatis: & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alij non Dianæ, sed Apollini Nomio consecratum carmen hoc volunt, quo tempore Admeti Regis pauit armenta. Alij rusticis numinibus dicatum hoc asserunt carmen, vt Pani, Faunis, ac Satyris. Et hic est huius carminis titulus. Qualitas autem hæc est, scilicet humilis character. Tres enim sunt characteres: humilis, medius, grandiloquus: quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam in Aeneide grandiloquum habet: in Georgicis medium, in Bucolicis humilẽ, pro qualitate negociorum, & personarum. Nam personæ hic rusticæ sunt simplicitate gaudentes: scilicet a quibus nihil altum debet requiri. Adhibetur autem ad carmen Bucolicum, quod debet quarto pede terminare partem ora-

tionis. Qui pes, si sit dactylus, meliorem efficit versum: vt, Nos patriae fines, & dulcia. Primus etiam pes secundum Donatum dactylus esse debet, & terminare partem orationis: vt, Tityre. Quam legem Theocritus vehementer obseruat, Vergilius non adeo. Ille enim in paucis versibus ab ista ratione deuiauit: hic eam in paucis secutus est. Terentianus cum de hoc metro doceret: Plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus: Noster rarus eo pastor Maro. Intẽtio poetę hęc est, vt imitetur Theocritum Syracusanum meliorem Moscho, & caeteris, qui Bucolica scripserunt. Vnde est: Prima Syracusio dignata est ludere versu, Nostra nec. &c̃. Et aliquibus locis per allegoriam agit gratias Augusto, vel alijs nobilibus, quorum opera amissum agrum recepit. In qua re tantum dissentit a Theocrito. Ille enim vbique simplex est: hic necessitate compulsus aliquibus locis miscet figuras, quas perite plerũq; etiã ex Theocriti versibus facit, q̊s ab illo cõstat dictos esse simpliciter: hoc autem fit poetica vrbanitate. Sic Iuuena. Actoris Arũci spoliũ. Nã Vergilij versũ de hasta dictũ figurate ad speculũ trãstulit. Et caussa scribẽdorũ Bucolicorũ hęc est. Cũ post occisum tertio iduũ Martiarũ die in senatu Caesarem Augustus eius filius contra percussores patris, & Antoniũ ciuilia bella mouisset, victoria potit⁹, Cremonẽsiũ agros, qui cõtra eũ senserãt, militibus suis dedit; qui cum nõ sufficerẽt, etiã Mantuanorũ iussit distribui. non propter culpã, sed propter vicinitatem. Vnde est: Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae. Perdito ergo agro Vergilius

Romam venit, & potētium fauore meruit, vt agrum suū solus reciperet. Ad quem accipiēdum profectus, ab Ario centurione, qui eum tenebat, pene est interemptus, ni se præcipitasset in Minciū. Vnde est allegoricos: Ipse aries etiā nunc vellera siccat. Postea ab Augusto missis Triū viris, & ipsi integer ager est redditus, & Mantuanis pro parte. Hinc est, quod eū in prima Ecloga legim⁹ recepisse agrū, postea cū querelantē inuenimus. vt: Audieras, & fama fuit: sed carmina tātū Nostra valēt Lycida tela inter Martia, quantū Chaonias dicūt aquila veniēte colūbas. Nec numerus hic dubius est, nec ordo librorū. Quippe cū vnus sit liber, de Eclogis tantū dubitant: q̄ licet. x. sint, incertum tamen est, quo ordine scriptæ sint. Pleriq; duas certas volūt ipsius testimonio: vltimam: vt, Extremum hunc Arethusa mihi: & primam, vt in Georgicis, Tityre te cecini patulæ sub tegmine fagi. Alij primā illā volunt, Prima Syracusio dignata est ludere versu. Sed est sciēdū .vij. Eclogas esse meras rusticas: quas Theocritus. x. habet. Hic in tribus a Bucolico carmine sed cū excusatione, discessit: vt in Genethliaco Salonini, & in Sileni Theologia: vel vt ex insertis altioribus rebus posset placere: vel quia tot varietates implere nō poterat. Poetę vitā superius diximus. Operis explanatio in sequentibus cōprobabitur. Sane sciēdū Virgiliū. xxviij. annorū scripsisse Bucolica. Vnde etiā ipse in fine Georgicorū: Audaxq; iuuēta, Tityre te patulę cecini sub tegmine fagi. Et dicit Donatus (quod etiem in poetę memorauimus vita) in scribēdis carminibus naturalē ordinem secutum esse Virgilium.

Vergili⁹. xxviij. nat⁹ annis Bucolica scripsit.

Primo enim paſtoralis fuit in montibus vita, poſt agri-culturæ amor: inde bellorum cauſſa ſucceſſit. Notan-dum quoque Bucolica, vel Georgica cum apud Græcos in fine habeant accentum: apud nos in tertia a fine ha-bere. Nã vt in vltima ſit latinitas vetat: vt in penultima nõ ſit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc ſciẽdum, & per-ſonas huius operis ex maiori parte nomina de rebus ru-ſticis habere cõficta: vt Melibœus, οτι μέλει αυτῷ τῶν βοῶν, Melibœ9. id eſt, quod curam gerit boum. Et Tityrus. Nam La- Tityrus. conum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire conſueuerit: ſicut etiam in comœdijs inuenimus. Nam Pamphilus, eſt totus amans. Glicerium, quaſi Pãphilus. dulcis mulier. Philumena, amabilis. Perſonæ, ſicut ſu- Gliceriũ. Philumena. pra dixi, ruſticæ ſunt, & ſimplicitate gaudentes. Vnde nihil in his vrbanum, nihil declamatorium inuenitur, ſed ex re ruſtica ſunt omnia, negotia, comparationes, & ſi qua ſunt alia. Hinc eſt quod annos a fructibus compu-tat: vt, Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas. Hinc etiam illæ comparationes ſunt: Nam neq; me tan tum veientis ſibilus auſtri, Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, nec quæ Saxoſas inter decurrunt flumina valles. Hæc a Seruio mutuo ſumpſimus, ne videremur fruſtra noua quærere, aut ſuperbe inuenta contemnere. Quod etiam in ſequentibus efficiemus, nec enim dedi-gnamur ex tam erudito grammatico ea, quibus nobis o-pus eſt, commodato accipere.

Quid Georgica, & vnde dicta ſint.



ERGILIVS IN OPERIbus suis diuersos est secutus poetas: Homerum in Aeneide: quem licet longo interuallo, secutus est tamen: Theocritum in Bucolicis, a quo non longe abest: Hesiodum in Georgicis, quem penitus reliquit. Hic autẽ Hesiodus fuit de Ascra ciuitate, qui scripsit ad fratrẽ suũ Persem librũ, quem appellauit ἔργα καὶ ἡμέρας, id est, opera & dies. Hic autem liber continet, quemadmodum agri, & quibus temporibus sint colendi: cuius titulum transferre noluit: sicut Bucolicorum transtulit: sicut Aeneidẽ appellauit ad imitationẽ Odysseæ, & tamen per periphrasim primo exprimit versu dicens, indicabo quo opere, & quibus temporibus ager colendus sit. Ingenti autem egit arte, vt potentiam nobis sui indicaret ingenij coarctando lata, & angustiora dilatando. Nam cum Homeri & Theocriti prolixitatem in breuitatem collegerit: vnum Hesiodi librum in quatuor diuisit: quod ratione non caret. Nam omnis terra (vt Varro etiam docet) quadrifariam diuiditur. Aut enim aruus est ager, id est, sationalis, aut cõsitus, id est, satus arboribus, aut pascuus, qui herbis tantũ & animalibus vacat: aut floreus, in quo sunt horti apibus congruentes & floribus. Male autem quidam asserunt Georgicorũ duos tantum esse libros: dicentes Georgicã esse scilicet γῆς ἔργον, id est, terræ operam: quam duo primi continent libri: nescientes tertium & quartum licet Georgicã non habeant, tamen ad vtilitatem rusticam pertinere. Nam

& pecora et apes habere, studij est rustici: licet possumus agriculturam etiam in his duobus sequētibus inuenire. Nam farrago sine cultura non nascitur: & in hortis colendis non minorem, quam circa terras, constat impendi laborem. Et hi libri, Didascalici sunt. Vnde necesse est, vt ad aliquem scribantur, nam præceptum & doctoris & discipuli personam requirit. Vnde ad Mecænatem scribit, sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Mēmiū. Sane agriculturæ huius præcepta non ad omnes pertinent terras, sed ad solum situm Italiæ, & præcipue Venetiæ, teste ipso Virgilio, qui ait: Tibi res antiquæ laudis, & artis ingredior. cum de Italia diceret.

Quid Aeneis, & vnde dicta.



TITVLVS EST AENEIS: deriuatum nomen ab Aenea, vt a Theseo Theseis. Sic Iuuenalis: Vexatus toties rauci Theseide Codri. Qualitas carminis patet: nam est metrum Heroicum: actus mistus: vbi & poeta loquitur, & alios inducit loquentes. Est autē Heroicum, quod constat ex diuinis humanisq; personis: continens vera cū fictis. Nam Aeneam ad Italiam venisse manifestum est: Venerem vero locutam cum Ioue, missum ve Mercurium, constat esse compositum. Est autem stylus grandiloquus, qui constat alto sermone, magnisq; sententijs. Scimus enim tria esse genera dicēdi, humile, mediū, grandiloquum. Intētio Vergilij hæc est, imitari Homerum,

& Augustũ laudare a parentibus. Nãq; est filius Actię, quæ nata est de Iulia sorore Cæsaris. Iulius autem Cęsar a Iulio filio Aeneę originem ducit, vt cõfirmat ipse Virgilius: A magno demissum nomen Iulo. De numero librum nulla hic questio est, licet in alijs inueniatur authoribus. Nam alij dicunt Plautum .xxi. scripsisse fabulas, alij .xl. alij centum. Ordo quoq; manifestus est, licet quidam superflue dicant secũdum librum, primum esse: tertium secundum: etiam primum tertium: ideo quia primo Ilium concidit: post errauit Aeneas: inde ad Didonis regna peruenit: nescientes hanc esse artem poeticam, vt a medijs incipientes per narrationem, ad prima redeamus, & nonnunquam futura præoccupemus: vt per vaticinationem. Quod etiam Horatius præcipit in arte poetica: Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici: pleraq; differat, & præsens in tempus omittat. Vnde constat perite fecisse Virgiliũ. Sola superest explanatio, quæ in sequenti expositione probabitur. Hæc, quantum ad Aeneidem pertinet, dixisse sufficiat.



P. VERGILII MARONIS PARTHENIAE MANtuani Bucolicon liber ad. C. Asinium Pollionem Consulari dignitate fulgentem.



Aegloga prima dicta Tityrus.

Collocutores Amici.

MELIBOEVS TITYRVS.



ITYRE, TV PATVLAE RE-
cubans sub tegmine fagi,
Siluestrem tenui musam meditaris auena:
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.
Nos patriã fugim⁹: tu Tityre lẽt⁹ in vmbra
Formosã resonare doces Amaryllida syluas.
T. O Meliboee deus nobis hæc ocia fecit:
Nanq; erit ille mihi semper deus, Illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum
Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.

AELII ANTONII NEBRISSENSIS IN VERGILIVM.

¶ *Ecphrasis.*

Tityre. Introducuntur duo pastores, Tityrus per quem intelligitur Vergilius agro suo restitutus, & Meliboeus ab agro suo in exilium pulsus, qui sic Tityrum alloquitur. O Tityre tu recumbans sub tegmine fagi patulæ meditaris. i. canis musam siluestrẽ. i. cantũ auena tenui. i. stilo humili. Nos reliqui ciues linquimus fines patriæ & arua dulcia, & nos fugimus patriam, idest exulamus, sed tu o Tityre lentus, idest piger in vmbra doces siluas resonare per vocis repercußionem Amaryllida formosam. Respondet Tityrus. O Meliboee deus, idest Augustus fecit nobis hæc ocia. Nanq; ille erit mihi deus semper, idest dum viuit & post mortẽ. Et agnus tener ab ouilibus nostris. i. non alienus imbuet. i. maculabit sanguine sæpe arã illius. Ille inquã Cæsar permisit boues meas errare. i. pasci (ut uides) & permisit me ipsum ludere. i. canere calamo agresti q̃ uellẽ.

M. Non equidem inuideo, miror magis, vndiq; totis
Vsq; adeo turbatur agris, en ipse capellas
Protenus æger ago: hanc etiam vix Tityre duco:
Hic inter densas corylos modo nanq; gemellos,
Ah sine aspiratione ex Probi sententia.
Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De cælo tactas memini prædicere quercus.
Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iste deus qui sit, da Tityre nobis.
T. Vrbem, quam dicunt Romam, Melibœe putaui
Stultus ego huic nostræ similem: quo sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
Hædos alias agnos.
Noram, sic paruis componere magna solebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
M. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
T. Libertas; quæ sera, tamen respexit inertem,

¶ *Ecphrasis.*

Equidem ait Melibœus nõ inuideo, sed magis miror usq; adeo turbamur. i. deijcimur undiq; totis agris. En ego ipse æger. i. tristis ago protenus. i. alonge capellas. & o Tityre uix duco hanc, & digito ostẽdit. Nãq; cõnixa modo in nuda silice, ah dolentis est reliquit hic inter densas corylos gemellos hædos. appo. spẽ gregis. Si mens nr̃a non fuisset leua in iudicando ego memini quercus tactas de cælo. i. fulminatas p̃dicere sæpe hoc malũ nobis. Sed tñ o Tityre da. i. dic nobis quis sit iste tuus deus. Cui Tityrus. O Melibœe ego stultus putaui urbẽ quã dicũt Romã similẽ huic nr̃æ. i. Mantuæ, quo. i. ad quã nos pastores ouiũ solemus depellere fœtus tenues. i. hœdos. sic ego norã. i. cognouerã catulos filios canũ similes canibus quãtũ ad magnitudinẽ. & norã componere hædos filios caprarũ matribus, & sic solebã componere. i. comparare magna paruis. Verũ sed hæc vrbs Roma tantũ extulit caput inter alias urbes, quantũ cupreßi solẽt supple efferre caput inter uiburna, idest uimina lenta, idest flexibilia. Quærit iterum Melibœus. Et quæ tanta fuit causa tibi uidendi Romam? Cui Tityrus. Libertas supple fuit causa, quæ quamquam sera tamen respexit me inertem, sera inquam, postquam barba

Candidior postquam tondenti barba cadebat:
Respexit tamen,& longo post tempore venit.
Postquam nos Amaryllis habet: Galatea reliquit.
Namq; fatebor enim,dum me Galatea tenebat:
Nec spes libertatis erat,nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret victima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi,
Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat,
M.Mirabar quid mœsta deos Amarylli vocares.
Cui pendere sua patereris in arbore poma,
Tityrus hinc aberat,ipsę te Tityre pinus:
Ipsi te fontes,ipsa hæc arbusta vocabant.
T.Quid facerem: neq; seruitio me exire licebat, *Me alias mi.*
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.
Hic illum vidi iuuenem Melibœe, quot annis
Bissenos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. *Primus alias primū*
Pascite, vt ante, boues pueri; summittite tauros.

¶ *Ecphrasis.*

¶ Candidior,quia Tityrus iam senior erat,cadebat tondenti.i. ad tonsoris pedes: Respexit inquã:et uenit post lõgo tẽpore.s.postq̃ Amaryllis habet nos & Galathea reliquit nos.nã utraq; fuit sibi amica. Nãq; fatebor enim dũ Galatea tenebat me, neq; erat mihi spes libertatis:neq; cura peculi ,p peculij .i.parui pecoris, Hispane pegujal. Et q̃uis multa uictima pinguis exiret á meis septis.i. ouilibus. & caseus premeretur urbi ingratæ: i.circo non unq̃.i.nunq̃ dextra redibat mihi domũ grauis ære.i.pecunia.Mirabar inquit Melibœus quid tu o Amarylli mœsta uocares deos.et mirabar cui tu patereris poma pẽdere in sua arbore.causa erat, quod Tityrus aberat hinc. ideo o Tityre ipsæ pinus, & ipsi fontes, et hæc ipsa arbusta .i.arbores uocabant te. Ad hæc Tityrus inquit.Quid facerẽ.i.poterã facere,neq; enim licebat me exire seruitio quia erã conductus:nec licebat cognoscere diuos tã præsentes.i.propicios alibi.i. Romæ. O Melibœe ego uidi hic illum iuuenem.i. Augustum: cui nostra altaria fumant propter sacrificia bissenos dies.i.duodecim quotannis idest singulis annis, quasi dicat uno die quolibet mense. O Melibœe ille primus dedit mihi responsum hic, idest Romæ petenti, idest cum peterem. O pueri pascite boues,ut ante pascebatis, & submittite .s. ad prolem tauros.

M. Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna ſatis, quamuis lapis omnia nudus,
Limoſoq́ palus obducat paſcua iunco:
Non inſueta graues tentabunt pabula fœtas,
Nec mala vicini pecoris contagia lędent.
Fortunate ſenex, hic inter flumina nota,
Et fontes ſacros, frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ ſemper vicino ab limite ſepes
Hybleis apibus florem depaſta ſalicti,
Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro,
Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras,
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.
T. Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui:
Et freta deſtituent nudos in littore piſces,
Ante, pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,

deſcriptio ruris Vergiliani.

Sacros fõtes.

¶ *Ecphraſis.*

¶ *Admiratur Melibœus Tityri fœlicitatẽ dicens. O ſenex fortunate ergo tua rura manebunt tibi, & ſatis magna, q̃uis lapis nudus .i. ſine herbis, & palus obducat oĩa paſcua .i. tegat iunco limoſo .i. qui in limo naſcitur. pabula non inſueta, immo aſſueta tentabunt .i. habebunt fœtas oues graues ꝑpter fœtũ, nec mala contagia pecoris uicini lædẽt. O ſenex fortunate tu captabis .i. capies frigus opacũ .i. ab umbra, hic inter flumina nota & fontes ſacros. hinc .i. ab alia parte, ſubaudi erit ſepes tibi a limite uicino, q̃ ſepes depaſta florem ſalicti ab apibus hybleis .i. ſiculis ſuadebit .i. inducet te inire ſomnũ ſuſurro leui, ideſt apiũ murmure. Hinc ideſt ab alia parte. frondator .i. frondium putator canet ad auras ſubalta rupe.*

Nec tamen palumbes torquatæ raucæ, quia raucum habent ſonum appoſi. tua cura ceſſabunt gemere. nec turtur etiam ceſſabit gemere ab ulmo aëria, ideſt alta. Ergo quia ſic eſt. Ante .i. prius ait Tityrus contingẽt oĩa naturæ impoſſibilia .i. leues cerui paſcentur in æthere .i. cælo uel aëre. Et freta deſtituẽt .i. relinquent piſces nudos, quia extra ſuũ elementum in littore .i. parte finitima ipſi mari. Ante quoq;, aut Parthus exul bibet Ararim, ideſt qui eſt á Meſopotamia bibet fluuium Germaniæ. aut Germania exul bibet Tigrim fluuium Armeniæ.

Quam nostro illius labatur pectore vultus.
M. At nos hinc alij sitienteis ibimus Afros;
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxen,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo post tempore fines, — Oax, ut de Ang. Poit. in Miscel. c xxxvij.
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot, mea regna videns, mirabor, aristas.
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quo discordia ciues
Perduxit miseros: en queis conseuimus agros.
Insere nunc Melibœe pyros: pone ordine vites,
Ite meæ, quondam fœlix pecus, ite capellæ, — felix quõdam.
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro,
Dumosa pendere procul de rupe videbo:
Carmina nulla canam: non me pascente capellæ
Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.
T. Hic tamen hãc mecum poteris requiescere noctem, — poteras.
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,

¶ *Ecphrasis.*

Prius inquam hæc fient quam vultus illius labatur .i. excidat à nostro pectore .i. memoria. Ad hæc ait Melibœus. At sed nos ibimus hinc ex patria, alij ad Afros sitientes propter inopiam aquæ. Pars .i. alij ueniemus ad Scythiã: & ueniemus Oaxem fluuiũ Mesopotamiæ rapidũ .i. ueloce, uel qui cretã radit, & ueniemus ad Britãnos .i. Anglos diuisos toto orbe, q͂a insula est in Oceano Britania. En .i. nũquid ego uidens mea regna i. patriã post aliquot aristas .i. annos: mirabor post longo tẽpore fines patriæ: et culmẽ pauperis tuguri, p tugurij .i. casulæ congestũ .i. cõstructũ cespitibus? q.d. nõ mirabor. Impius miles habebit hæc noualia tã culta? et barbarus has segetes? q.d. indignũ est. En quo .i. in quã miseriã discordia perduxit ciues miseros, & quis pro quibus conseuimus agros. O Melibœe insere nunc piros, pone uites ordine. O meæ capellæ, quondam fœlix pecus, ite, ite. ego proiectus in antro uiridi non uidebo uos posthac pendere de rupe dumosa: neque canam ulla carmina: neque me pascente, id est pastore o capellæ uos non carpetis cytisum herbam florentem, quia multo tempore floret, & amaras salices. Inuitat Tityrus Melibœum dicens. Tamen tu poteris requiescere mecum hic hac nocte super fronde uiridi. Poma mitia, id est matura sunt nobis:

Castaneæ molles, & pressi copia lactis:
Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ.

¶ Aegloga secunda. Poeta Corydo nem amantē Alexim scribit.


Ormosum pastor Corydon ardebat Alexim,
Delicias domini: nec quid speraret, habebat.
Tantum inter densas, vmbrosa cacumina, fagos,
Assidue veniebat: ibi hæc incondita solus
Montibus, & syluis studio iactabat inani.
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil nostri miserere, mori me denique cogis.
Nunc etiam pecudes vmbras, & frigora captant:
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpillumque, herbas contundit olenteis:

Alia simplici.l. ab halo halas, unde à qbusdā p aspiratione scribitur.

¶ Ecphrasis.

Et castaneæ molles.i. coctæ sunt nobis: & copia lactis preßi est nobis. Et summa culmina uillarum iam fumant procul: & umbræ maiores cadūt de montibus altis. quæ duo sunt signa noctis aduentantis.

Formosum. Inducitur Vergilius sub persona Corydonis amans impatienter Alexim: per quē intelligimus Augustū non respondētē in amore. Dicit itaq; poëta. Corydon pastor ardebat ardēter amabat Alexim formosum puerum. appo. delicias dñi.i. quo dñs se oblectabat: nec habebat quid speraret.i. frustra sperabat. Tantū ueniebat Corydon aßidue.i. continue inter densas fagos. appo. cacumina umbrosa.i. arbores altas umbras facientes. Et ibi ille solus iactabat.i. inaniter loquebatur hæc.s. carmina sequentia incondita.i. male composita montibus & syluis.i. montiū arboribus. studio inani. quia nō consequebatur finē optatū. Et huc usq; sunt uerba poëtæ: nūc sequitur Corydonis carmē querelis plenū. O crudelis Alexi nil curas.i. non curas mea carmina? & nil ꝓ non miserere nostri? & deniq; ó crudelis cogis me mori? Nūc q̄si p meridiē & calorē etiā pecudes captāt.i. q̄rūt umbras & frigora.i. frigora ab umbris. & etiā spineta occultāt nūc lacertos uirides reptilia sunt nota. Thestylis.n.p. est mulieris, contūdit allia & serpillū herbas olentes, ex quibus conficiat moretum messoribus feßis æstu, quia iam erat meridies.

At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro,
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.
Nonne fuit ſatius triſteis Amaryllidis iras,
Atq; ſuperba pati faſtidia? nonne Menalcan,
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes?
O formoſe puer, nimium ne crede colori:
Alba liguſtra cadunt: vaccinia nigra leguntur.
Deſpectus tibi ſum: nec quis ſim, quæris Alexi,
Quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans.
Mille meæ Siculis errrant in montibus agnæ.
Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit.
Canto, quæ ſolitus, ſiquando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
Nec ſum adeo informis: nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis ſtaret mare: non ego Daphnin
Iudice te metuam, ſi nunquam fallit imago.
O tantum libeat mecum tibi ſordida rura,
Atq; humileis habitare caſas, & figere ceruos,
Hœdorumq; gregem viridi compellere hibiſco.

Amphion poēta fuit q̄ conciuit ſaxa, ut in mœnia coirent, ita Thebas cō ditas eſſe tradunt.

¶ *Ecphraſis.*

At ego dū luſtro tua ueſtigia .i. quæro te. arbuſta reſonāt mecū cicadis raucis ſub ardēti ſole. Nonne mihi fuit ſatius .i. melius pati triſtes iras Amaryllidis: & pati illius faſtidia ſuperba? Et nōne fuit melius pati Menalcā paſtorē: quāuis ille eſſet niger: et tu eſſes cādid9. O puer formoſe ne credas nimiū colori: q̄a liguſtra alba .i. flores albi cadūt: & uacinia nigra .i. uiolæ purpureæ legūtur. O Alexi ego ſū tibi deſpect9 .i. deſpicis me. nec q̄ris q̄ ſim. et cōmēdat ſe primo á diuitijs: deinde á cātu. poſtea á forma. dicit igitur nō q̄ris q̄ ſim diues pecoris niuei, et q̄ abūdās lactis. Mille meæ agnæ .i. nouellæ oues errāt .i. paſcūtur ī mōtib9 ſiculis. et lac nouū nō deſit .i. deficit mihi æſtate: et nō deficit frigore. Cāto ea q̄ Amphiō filius Iouis Dirce9 .i. Thebanus ſolitus erat cātare in Aracyntho mōte Actæo .i. Atheniēſi. Nec ſuadeo .i. ualde informis: quia nuper uidi me in littore .i. in aqua maris: cū mare ſtaret placidū vētis .i. trāquillū. Nō ego metuā Daphnin paſtorē pulcherrimū te iudice .i. etiā ſi tu ſis iudex inter me & illum certādo de pulchritudine. ſi imago nunq̄ fallit .i. niſi me fefellit imago. O .i. utinam libeat tibi tantum habitare mecum rura ſordida id eſt obſcura. & caſas humiles. & libeat tibi figere ceruos: & libeat tibi compellere gregem hædorum hibiſco uiridi, id eſt ad hibiſcum: eſt herba quæ altea dicitur.

Mecum vna in syluis imitabere pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit: Pan curat oues, ouiumq; magistros,
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum:
Hæc eadem vt sciret, quid non faciebat Amyntas?
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula: Damœtas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens, Te nunc habet ista secundum.
Dixit Damœtas, inuidit stultus Amyntas.
Præterea duo, nec tuta mihi ualle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus ambo,
Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo.
Iampridem a me illos abducere Thestilis orat:
Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra.
Huc ades o formose puer, tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais
Pallentes violas, & summa papauera carpens
Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi:

¶ *Ecphrasis.*

Et tu mecũ imitabere Pana deũ canendo in syluis. Quia Pã primus Instituit coniungere plures calamos cera.i. inuenit fistulam ex calamis compactã. Pan quoq; curat.i.in sua tela habet oues & magistros.i.pastores ouium. Nec pœniteat te.i. non uideatur tibi parũ.triuisse labellũ calamo.i.fistulam ore terere.qm̃ Amyntas quid non faciebat?q.d.oĩa faciebat:ut sciret hæc eadẽ.s.canere. Præterea est mihi fistula compacta.id est constructa septem cicutis.i. arũdinis internodijs: quam fistulã Damœtas dedit mihi dono olim, cũ moreretur. Et dixit mihi moriẽs ista.s. fistula habet te secũdum post me. Dixit Damœtas, quæ supra memorata sunt. Et Amyntas stultus inuidit laudi meæ. Præterea sunt mihi duo capreoli.i.capri syluestris partus reperti mihi.i.á me in ualle non tuta sparsis pellibus albo.i.habẽtes pelles sparsas maculis albis: qui siccant bina ubera ouis die.i.cotidie suggũt. quos tibi seruo. Et Thestylis fœmina superior orat iãpridẽ abducere.i.ut abducat illos á me. Et faciet.i.tãdẽ abducet: quoniã nr̃a munera sordẽt tibi .i. sunt uilia. O puer formose ades huc.i.ueni. Ecce nymphæ ferũt tibi lilia plenis calathis.i.canistris. Et Nais nympha cãdida carpẽs uiolas pallẽtes, qm̃ sũt aliæ purpureæ, & carpẽs sũma papauera.i.flores papauerũ iũgit narcissũ et florẽ anethi herbæ bene olẽtis.

Tum casia atq; alijs intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit vacinia caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo,
Et vos o lauri carpam, & te proxima myrte:
Sic positæ: quoniam suaueis miscetis odores.
Rusticus es Coridon, nec munera curat Alexis:
Nec si muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu quid volui misero mihi? floribus austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Quem fugis? ah demens habitarunt Di quoq; syluas:
Dardaniusq; Paris. Pallas quas condidit arces
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia syluæ.
Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciua capella:

Et, redundat aspiratio p cõsonant c.

¶ *Ecphrasis.*

Tũ etiã Nals ipsa intexens oia superiora casia herba odorata, atq; alijs herbis suauibus pingit uacinia mollia .i. uiolas suaues caltha luteola .i. quodá flore purpureo. Et ego ipse ait Corydon legã .i. ab arbore decerpam mala cana .i. cydonia alba lanugine tenera .i. quæ propter lanuginem illam teneram sunt alba. & legam castaneas nuces .i. quæ sunt in genere nucum. quas Amaryllis mea amica amabat. Et addam superioribus pruna cerea .i. pallida. Et huic pomo .i. prunis erit honos inter alia superius memorata. Et ó lauri ego carpam uos. & ó myrte proxima lauro in honore ego carpam te, quoniam uos omnes sic positæ miscetis odores suaues. Nunc seipsum arguit stultitiæ dicens. O Corydon rusticus es: nec Alexis curat munera tua: nec Iolas competitor tuus concedet tibi in dandis muneribus si certes muneribus uincere Alexim. He heu quid ego uolui mihi misero. ego perditus immisi austrũ floribus quo flãte marcescũt: & immisi apros fontib⁹ ut illos pturbarẽt. Ha demens quẽ fugis? i. me ne fugis: qa syluas habitos dij quoq; sicut & ego habitarunt syluas. & Paris Dardanius .i. Troianus habitauit syluas. Ipsa Pallas colat arces quas condididit, quia est artium inuentrix quæ in urbibus exercentur: sed nobis placeant syluæ ante omnia. Et ab exẽplo nititur idem persuadere dicens. Leæna torua, id est irata sequitur lupũ, & lupus ipse sequitur capellam: & capella lasciua, id est ludibunda sequitur cytisum florentem.

Te Corydon o Alexi: trahit sua quemq; voluptas,
Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Et Sol crescentes decedens duplicat vmbras,
Me tamen vrit amor: quis enim modus adsit amori?
Ah Corydon: Corydon quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est.
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,
Viminibus, molliq; paras detexere iunco?
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

Aegloga tertia, Collocutores Menalcas. & Damœta: Aemuli concertantes, & Palæmon Iudex.

Ex Theocriti Nomes sumpta ad uerbum.



Ic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi?
D. Nō, verū Aegonis: nuper mihi tradidit Aegō,
M. Infelix o semper oues pecus: ipse Neæram
Dum fouet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur,
Hic alienus oueis custos bis mulget in hora:

¶ Ecphrasis.

Sed ó Alexi Corydon sequitur te, quia sua uoluptas trahit quēq;.i. quisq; trahitur á sua uoluptate. Aspice ó Alexi iuuenci referūt domū aratra suspēsa ex iugo: quod aratores consueuerūt facere. Et sol decedēs: i. in occasum tendēs duplicat. i. auget umbras crescētes, tamē cū cætera referāt se ad quietem amor urit me. Quia quis modus. i. finis adsit amori. Ah Corydon Corydon, seipsum iterū stultitiæ dānat dicens, q̄ demētia cepit te. uitis est tibi semiputata in ulmo frondosa: quod est rei familiaris negligentia. Quin tu paras. i. cur tu non paras aliquid eorū quorū vsus indiget, puta detexere aliquid ex uiminibus & iunco molli. i. canistra & fiscellas. Quia si hic Alexis fastidit te, inuenies alium quem ames.

Dic mihi Damœta. Inducuntur Menalcas & Damœtas certantes primum iurgijs deinde cātu. Postea Palæmon iudex. Dicit igitur Menalcas. O Damœta dic mihi cuiū est pecus istud: an Melibœi? subaudi est. Nō supple est Melibœi, uerū Aegonis. s. est hoc pecus: qa Aegō tradidit mihi nuper. O pecus ouis dicit Menalcas semp infœlix: dū ipse fouet. i. āplexatur Neærā: ac ueretur ne illa p̄ferat me sibi ī amore hic custos alienus. i. mercēnarius mulget oues bis ī hora. i. in die:

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.
D. Parcius, ista viris tamen obijcienda memento.
Nouimus, & qui te transuersa tuentibus hircis,
Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.
M. Tum credo, cum me arbustum videre Myconis,
Atque mala vites incidere falce nouellas.
D. Aut hic ad veteres fagos, cum Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos: quæ tu peruerse Menalca
Et cum vidisti puero donata, dolebas:
Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.
M. Quid domini faciant, audent cum talia fures
Non ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidijs, multum latrante Lycisca?
Et cum clamarem: Quo nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.
D. An mihi cantando victus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?

¶ *Ecphrasis.*

Et succus.i.pinguitudo subducitur pecori: et lac subducitur agnis. Parcius, id est moderatius ista sunt obijcienda uiris: & tamen memẽto obijcienda. Nouimus & qui te sub.stuprarunt hircis tuentibus aduersa: ex transuerso inspicientibus, & nouimus quo sacello.i.templo Nymphæ faciles riserũt ob turpitudinẽ tuã. Tũ credo factum est hoc, cũ uiderunt me, imo potius te incidere arbustũ Miconis uicini nostri, & incidere uites nouellas mala falce.i.nociua. aut est factũ quod dicis hic ad fagos ueteres, cum fregisti arcum, & calamos Daphnidis pueri & pastoris, quæ.s.arcum & sagittas cum tu ó peruerse Menalcha uidisti donata puero dolebas. Et si non nocuisses aliqua.sup.uia, aut ratione, mortuus esses: tanta erat inuidia. Quid facient domini cum fures.i.mercennarij, qui plærũq; sunt fures, audẽt talia? O pessime ego non uidi te? q.d.uidi te excipere.i.furari ex insidijs caprum Damonis pastoris, & uicini nostri Lycisca, nomẽ est proprium canis, multum latrante, quia te furem sentiebat. Et cum ego clamarem: quo nunc ille fur proripit se.i.fugit. Tũc ego dixi Tityro pastori socio meo. O Tityre coge, id est cõtrahe pecus: & tu latebas post carecta, id est post carices vulgo sunt carrizos. An ille Damon uictus á me cantando, non redderet.i.restitueret caprum mihi, quem caprum mea fistula meruisset carminibus, id est propterea q; illum carmine superaui.

Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon
Ipse fatebatur: sed reddere posse negabat.
M. Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera
Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?
D. Vis ergo inter nos quid possit vterq; vicissim
Experiamur? ego vitulam (ne forte recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere foetus)
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.
M. De grege non ausim quicquam deponere tecum:
Est mihi namq; domi pater, est iniusta nouerca:
Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hoedos.
Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius
(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cęlatum diuini opus Alchimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,

¶ *Ecphrasis.*

Quare si nescis, uolo scias, q. ille caper fuit meus quia mihi debitus. Et ipse Da*mon fatebatur se debere mihi: sed negabat se posse reddere: quare potui meo iure quod erat meũ subripere.* Cantando tu illum *subaudi superasti: aut fistula fuit unquã iuncta tibi cera. q. d. neq; tu illũ uicisti cãtando: neq; cera coniunxisti plures calamos ad fistulam conficiendã: sed uno tantum calamo cecinisti, uel potius stipula. ideo subdit tu indocte non solebas in triuijs. q. d. in uicis paganis disperdere .i. perdite canere carmẽ miserum. i. flebile stipula stridenti. i. calamo anguste sonanti.* Vis ergo experiamur *quid uterq; nostrum posit uicißim id est alternatim canendo inter nos?* Ego depono, *id est sequestro hanc uitulam: & ne forte recuses illius uilitatem: bis uenit ad mulctram, id est ad uas exceptorium lactis ut mulgeatur bis in die: & alit binos foetus .i. partus ubere.* Tu dic quo *pignore certes mecũ, id est quid contra uitulã deponas.* Ego non *ausim. i. audebo deponere tecũ quicquã de grege.* Nã *pater est mihi domi, & nouerca iniusta est mihi domi: & ambo numerãt pecus. i. capras bis in die. i. mane & uesperi: & alter. i. uel pater uel nouerca numerat hædos.* Verũ *deponã id qđ tute ipse fatebere maius subandi esse q̃ uitulã (qm̃ libet tibi insanire) ego ponã tibi. i. deponã pocula fagina ex materia fagi. appo. opus cælatũ. i. sculptum diuini* Alchimedontis *tornatoris egregij.* Quibus *s. poculis uitis superaddita torno facili. i. artificioso,*

Diffusos hedera vestit pallente corymbos,
In medio duo signa, Conon, &, quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem:
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet:
Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.
D. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit:
Et molli circum est ansas amplexus acantho:
Orpheaq; in medio posuit, siluasq; sequentes.
Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.
Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes. Spectas et laudas.
M. Nunquam hodie effugies, veniam quocunq; vocaris.
Audiat hoc tantum vel qui venit, ecce Palæmon.
Efficiam posthac ne quemq; voce lacessas.
D. Quin age, si quid habes, in me mora non erit vlla.
Nec quemquam fugio, tantum vicine Palæmon
Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas.
P. Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba:

¶ *Ecphrasis.*

uestit.i.nectit corymbos.i.hederæ racemos diffusos hedera pallēte.i. hedera alba. In medio.s.poculorū sunt duo signa.i.imagines Conon q fuit Atheniensiū dux, & quis fuit alter.q.d.non memini, hoc tantū memini esse illū qui descripsit totū orbē gentibus puta eudoxus & aratus, & descripsit q̄ tēpora haberet messor, & quæ arator curuus.i.libros de agricultura. Necdum admoui labra illis .i.sunt adhuc intacta, sed seruo illa pocula condita.i.abscondita. Et idē Alchimedon fecit nobis duo pocula quēadmodū & tibi. & āplexus est circū.i.ī circuitu ansas poculorū acātho molli.i.carduo, & posuit in medio Orpheū & syluas.i. arbores sequētes, necdū admoui illis labra sed condita seruo.i.sunt noua sicut & tua. Sed si spectes ad uitulā, quā ego depono, nihil est qd' laudes pocula. Nūquā effugies hodie. ego ueniā quocūq;.i.ad quācūq; conditionē me uocaueris. Efficiā ne tu lacessas.i.puoces quēquā posthac.i.in futurū. Ego non fugio quēquā, tātū o Palæmon uicine nā alter dixerat tātū uel qui.i.qcūq; uenit. ecce Palæmon. reponas hæc imis sensib9, ut melius poßis iudicare. nā res de q̄ certamus non est parua. Dicite uerba sūt Palæmonis iudicis. Dicite igitur quādoq̄dē consedim9 in herba molli .i.quoniā loci & tēporis oportunitas nos inuitat ad cantandum & audiendum.

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
Nunc frondent syluæ: nunc formosissimus annus.
Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalcha:
Alternis dicetis, amant alterna Camenæ.
D. A Ioue principium musæ, Iouis omnia plena:
Ille colit terras: illi mea carmina curæ.
M. Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me
Munera sunt lauri: & suaue rubens Hiacynthus.
D. Malo me Galathea petit lasciua puella,
Et fugit ad salices: & se cupit ante uideri.
M, At mihi sese offert vltro, meus ignis, Amyntas,
Notior vt iam sit canibus non delia nostris.
D, Parta meæ Veneri sunt munera: namq; notaui
Ipse locum, aëriæ quo congessere palumbes.
M. Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta,
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.
D, O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est;
Partem aliquam venti diuum referatis ad aures.
M. Quid prodest: quod me ipse animo non spernis Amynta,

¶ *Ecphrasis.*

Et omnis ager parturit nunc, & oĩs arbor parturit nũc, & syluæ frondẽt nũc. & annus nũc est formosissimus. q. d. nũc est tẽpus amœnissimũ quia uer. Incipe *Damœta, & tuo Menalcha deinde seq̃re.* Et *dicetis alternis. i. alternatim: q̃a camœnæ. i. musæ amant alterna. i. uersus alternos: q̃les sunt q̃ sequũtur.* Ab *Ioue est principiũ musæ. quia oĩa sunt plena Iouis: quia oĩa sunt plena deo. ille colit. i. amat terras. et mea carmina sũt illi curæ.* Et *Phœbus amat me. et laurus et hiacynthus rubens suaue, p suauiter. appo. sunt semp apud me sua munera, q̃a est utrũq; Phœbo sacrũ.* Galatea *puella lasciua petit. i. percutit me malo. & fugit ad salices. & cupit se uideri anteq̃ fugiat.* At *Amyntas meus ignis. i. amor offert sese mihi ultro: adeo ut Delia nomẽ est puellæ non sit notior nr̃is canibus.* Munera *sunt parta. i. q̃sita meæ ueneri i. amicæ.* Nãq; *ego notaui locũ quo palũbes aëriæ. i. talis coloris congessere. i. nidificauere.* Ego *misi puero decẽ aurea mala lecta. i. collecta ex arbore syluestri: quod potui: quia plura non potui: & cras mittã altera decem.* O *quoties et quæ Galatea locuta est nobis. o uenti utinam referatis aliquam partem uerborum ad aures diuum pro diuorum.* Quid *prodest quod o Amynta non spernis me animo:*

Si tu dum sectaris apros, ego retia seruo?
D. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:
Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito.
M. Phyllida amo ante alias: nam me discedere fleuit,
Et longum formose vale, vale, inquit Iola.
D. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.
M. Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.
D. Pollio amat nostram, quãuis sit rustica, musam:
Pierides vitulam lectori pascite vestro.
M. Pollio & ipse facit noua carmina, pascite taurum,
Iam cornu petat: & pedibus qui spargat arenam.
D. Qui te Pollio amat, veniat, quo te quoq; gaudet,
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
M. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui,
Atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Vitula .i. uitulã.

Pollionis encomiũ.

¶ *Ecphrasis.*

Si dũ tu sectaris apros, ego seruo retia, qđ est nimiæ familiaritatis signũ. O Iola pastor est mitte mihi Phyllida amicã, qa hodie est natalis me9.i.nataliciũ festũ. Cũ ego faciã uitulã.i.sacrificiũ ꝓ frugib9 ipse tu uenito. Ego amo Phyllida ante oẽs alias fœminas: nã illa fleuit me discedere: qđ est amoris signũ: et Iola inqt o formo se uale uale lõgũ: qđ etiã signũ est amoris cũ lõga mora dicere vale. Lup9 est triste .i. res tristis stabulis.s.ouiũ: et ĩber est res tristis frugib9 maturis. et uẽti sũt res tristis arborib9. et iræ Amaryllidis est nobis res tristis. Hũor est dulce.i. res dulcis satis .i. segetibus: et arbut9 est res dulcis hædis depulsis.i.ablactatis. et salix arbor lẽta.i. flexibilis est res dulcis fœto pecori.i.grauib9 ouib9: mihi est res dulcis sol9 Amyntas pastor. Pollio Asinius ciuis nobilißimus amat nr̃am musam quãuis sit rustica. O Pierides.i.musæ pascite uitulã.i.maius opus vr̃o lectori.i.Pollioni: qui vr̃a carmina legit. Et ipse Pollio facit noua carmina admirãda: qa poeta erat. o Pierides pascite taurũ, q maior est q̃ uitula. iã taur9 ille est q petat.i.petere poßit cornu: et q spargat.i.spargere poßit arenã pedibus.∴ est iã grãdior. o Pollio q amat te: utinã ueniat: quo gaudet te uenisse.q.d. peruenisse ad consulatũ. mella fluãt illi: et rubus asper ferat amomũ: unguẽtũ p̃ciosũ. Qui nõ odit Bauiũ: o Meui amet tua carmina: qđ est magnæ stulticiæ. atq; idẽ iũgat vulpes, et mulgeat hircos: qđ utrũq; inane est.

D. Qui legitis flores, & humi nascentia fragra,
Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
M. Parcite oues nimium procedere: non bene ripæ
Creditur, ipse aries etiam nunc vellera siccat.
D. Tityre pascentes a flumine reijce capellas.
Ipse, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.
Cogite oues pueri, si lac perceperit æstus,
Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis.
D. Heu heu ꝙ pingui macer est mihi taurus in eruo:
Idem amor exitium pecori est, pecorisq; magistro.
M. His certe neq; amor causa est, vix ossibus hærent:
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
D. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tris pateat cæli spatium non amplius vlnas.
M. Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.
P. Non nostrum, inter vos tantas componere lites:

Tris pateat. uide Petrũ Crinitũ lib. iij de honesta disciplina. cap. viij.

¶ Ecphrasis.

¶ O pueri qui legitis flores, & fraga nascentia humi, quia poma sunt, ꝙ nascuntur in arboribus paruis, uel potius herbis, fugite hinc, quia anguis frigidus latet in herba. Parcite oues nimiũ procedere. i. longius ire, quia non creditur. i. fidẽdũ est ripæ, qa ipse aries etiã nũc ꝓ adhuc siccat uellera. O Tityre reijce à flumine capellas pascentes, & ubi tẽpus erit, ego lauabo omnes oues in fonte. O pueri cogite oues. i. congregate. si æstus. i. calor solis perceperit. i. præoccupauerit lac, frustra p̃ssabim⁹ palmis. i. mulgebim⁹ ubera, ut nuper subaudi contigit. Heu heu ꝙ macer est mihi taurus in eruo. i. legumine illo pingui ab effectu quia pinguefacit armẽta. Idẽ amor. i. amoris causa est exitium. i. pernicies pecori, & magistro pecoris. i. pastori. His. s. hœdis, neq; amor est causa exitij, uix hærent ossibus. i. uix ossa cohærẽt. Nescio quis ocul⁹ fascinat mihi agnos teneros, qa fascinũ p̃cipue lædit res teneras. Dic ĩ qb⁹ terris spaciũ cæli pateat nõ ãpli⁹ ꝙ ꝓ tres ulnas, qđ si dixeris, eris mihi magnus Apollo. i. diuinator, qa diuinatio ad Apollinẽ refertur. Dic ĩ qb⁹ t̃ris flores nascãtur inscripti noĩa regũ, dicit ꝓpt̃ florẽ ĩ quẽ Narciss⁹ pri⁹, et deĩde Aiax fuerũt mutati, qđ si dixeris, habeto tu sol⁹ Phyllida, de ꝙ est certamẽ. Nõ nr̃m est. i. nõ ꝑtinet ad nos cõponere. i. finire tãtas lites int̃ uos.

& tu

Et vitula tu dignus, & hic: & quisquis amores
Aut metuet dulces; aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri; sat prata biberunt.

In codice uetusto loco lẽmatis legitur. interpretatio noui sæculi.

AEGLOGA QVARTA. POETA solus in laudem Pollionis & Salonini filij.

SIcelides Musę paulo maiora canamus:
Non omnes arbusta iuuant. humilesq; myricæ.
Si canimus syluas, syluæ sunt consule dignę,
Vltima Cumęi venit iam carminis ætas:
Magnus ab integro sęclorum nascitur ordo,
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cœlo dimittitur alto.
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,

Orditur à descriptione tẽporis ueluti publica uoce testatũ faciat, Augustũ noui sæculi autorẽ esse.

¶ *Ecphrasis.*

¶ *Et tu ó Damœta, uel tu ó Menalcha es dignus uitula. & hic est dignus uitula. Et quisquis aut metuet amores dulces, scilicet amittere, aut experietur amaros est dignus uitula. O pueri claudite iam riuos, quia prata satis biberunt. Nam intelligendum est, quód dũ hæc fiebant, riui per prata labebantur.*

SIcelides. Canit Vergilius in hoc Bucolico genethliacon, id est, carmen natale Salonini pueri, qui est natus Asinio pollioni, cui etsi multa bona precatur, mortuus tamen est puer intra paucos dies. O Musæ Sicelides dicit propter Theocritum, qui fuit poeta Siculus, canamus paulo maiora, quia arbusta & myricæ humiles, quia sunt frutices, non iuuãt omnes. Si canimus siluas, id est, Bucolica, siluæ sunt dignæ consule, id est, Pollione qui tũc erat consul. Aetas ultima carminis Cumæi iam uenit, id est, quod cecinit Sibylla. Magnus ordo sæculorum nascitur ab integro, id est, de nouo. Iam uirgo, id est, iusticia redit è cœlo quo fugerat. Redeunt Saturnia regna, in quibus fuit ætas aurea. Iam progenies noua, id est, nouum genus hominum demittitur ex alto cœlo. O lucina casta, quia uirgo perpetua faue puero nascenti modo, scilicet Salonino. Quo nascente gens ferrea desinet, id est, cessabit ætas ferrea, & gens aurea surget toto mundo, id est, ætas aurea.

Casta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teq; adeo decus hoc æui, te consule inibit
Pollio: & incipient magni procedere menses:
Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terrras.
Ille deum vitam accipiet. Diuisq; videbit
Permistos Heroas, & ipse videbitur illis,
Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones;
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & serpens & fallax herba veneni
Occidet, Assyrium & uulgo nascetur amomum.

¶ *Ecphrasis.*

Tuus Apollo iam regnat, Augustum significat. Et ô Pollio hoc decus æui, id est, gloria inibit, id est, incipiet te Consule, id est in tuo consulatu. & magni menses incipient procedere, propter Iulium dicit & Augustum. Te duce si qua vestigia nostri sceleris manent irrita, id est, ad nihilum reducta. soluent terras. id est, homines formidine perpetua. Ille Saloninus accipiet vitam Deum pro deorum, & videbit Heroas .i. semideos permixtos diuis, & ipse videbitur. & reget orbem pacatum virtutibus patrijs, scilicet Pollionis. At ô puer tellus fundet, id est, procreabit tibi prima munuscula nullo cultu, id est, sponte sua. scilicet hederas errantes .i. serpentes. passim .i. vbiq; cum baccare .i. nardo syluestri, quod nunc dicitur assarabaccar, & fundet tibi colocasia herbas in Aegypto familiares mixta acantho ridenti, id est, carduo amœno & florido. Ipsæ capellæ referent domum vbera distenta, id est, plena & referta lacte. nec armenta metuent magnos leones. Ipsa cunabula fundent tibi blandos flores. & Serpens occidet, id est, peribit. Et herba veneni fallax occidet, id est, peribit. & amomum Assyrium, quod in Assyria nunc tantum nascitur, nascetur vulgo, id est, vbiq;.

At ſimul Heroum laudes, & facta parentis
Iam legere;& quæ ſit poteris cognoſcere virtus,
Molli paulatim flaueſcet campus ariſta,
Incultiſq; rubens pendebit ſentibus vua:
Et duræ quercus ſudabunt roſida mella.
Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis,
Quæ tentare Thetyn ratibus, quæ cingere muris
Oppida,quę iubeant telluri infindere ſulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella:
Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas,
Cedet & ipſe mari vector,nec nautica pinus
Mutabit merces:omnis feret omnia tellus.
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem:

¶ *Ecphraſis.*

At ſimul, id eſt, poſtquam poteris ò puer legere iam laudes Heroum, & poteris cognoſcere quæ ſit virtus, campus flaueſcet paulatim ariſta molli, id eſt, ſpica non aſpera vt nunc eſt. Et vua rubens, id eſt, matura. pendebit ſentibus, id eſt, ſpinis incultis. Et quercus duræ ſubdabunt mella roſida, id eſt, quæ ſunt ex rore cœli. Pauca veſtigia fraudis priſcæ, id eſt, antiquæ ſuberunt. id eſt, latenter erunt. quæ iubeant tentare Thethym, id eſt, mare nauibus, id eſt, nauigare. Et quæ iubeant cingere Oppida muris. & quæ iubeant infindere ſulcos terræ, id eſt, arare. Et alter Typhis erit, id eſt, gubernator nauis. qualis fuit ille Iaſonis. Et altera Argo erit,quæ vehat Heroas delectos. ſicut Argo illa prima nauis uexit Argonautas. erunt etiam altera bella quemadmodum apud priſcos illos fuerunt. Atq; Achilles magnus interum mittetur ad Troiam, id eſt, erit aliquis Imperator. qui mittatur cum exercitu contra hoſtes. Sed hæc omnia in adoleſcentia. Sed vbi, id eſt, poſtquam ætas firmata, id eſt, robuſtior fecerit te virum. ipſe vector, id eſt, qui vehitur in naui. nam hoc ſolum nomen in or. verbale ſignificat paſsionem. Cedet mari, id eſt, nemo nauigabit. nec pinus nautica, id eſt, nauis mutabit merces à loco in locum. omnis tellus, id eſt, quæcunq; regio feret, id eſt, procreabit omnia. Humus non patietur raſtros, id eſt, non fodietur. & vinea non patietur falcem, id eſt, non putabitur.

Robuſtus quoq; iam tauris iuga ſoluet arator,
Nec uarios diſcet mentiri lana colores,
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit uellera luto,
Sponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos,
Talia ſęcla ſuis dixerunt currite fuſis,
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere o magnos (adderit iam tempus) honores.
Chara Deum ſoboles, magnum Iouis incrementum,
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,
Terraſq;, tractuſq; maris, cœlumq; profundum:
Aſpice, uenturo lætentur ut omnia ſęclo.
O mihi tam longe maneat pars ultima uitæ,
Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta.
Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus
Nec Linus: huic mater quamuis atq; huic pater adſit:
Orphei Calliopeia, Lino formoſus Apollo.

¶ *Ecphraſis.*

Et robuſtus arator ſoluet iuga tauris, id eſt, non arabit. nec lana diſcet mentiri, id eſt, imitari uarios colores. ſed ipſe aries ſponte ſua mutabit uellera, id eſt, inficiet in pratis, id eſt, dum paſcitur. iam, id eſt, modo. murice, id eſt, purpura ſuauiter rubenti. Et iam, id eſt modo. luto croceo, id eſt, purpura. Sandix herba rubea ueſtiet agnos paſcentes ſponte ſua, id eſt, naturaliter. Parcæ, id eſt, Fata concordes numine ſtabili dixerunt ſuis fuſis currite talia ſæcula qualia ſupra memorauimus. O chara ſoboles Deum pro Deorum, & alloquitur Saloninum, aggredere magnos honores. quia tempus adderit, quo ſit licitum petere, Soboles dico magnum incrementum Iouis. Aſpice mundum nutantem, id eſt, uacillantem pondere conuexo, id eſt, inclinato. & aſpice terras & tractus maris, & cœlum profundum, id eſt, altum. Aſpice, id eſt, prouide ut omnia lætentur ſæculo uenturo. O utinam pars uitæ tam longæ maneat mihi, & ſpiritus maneat mihi. quantum erit ſatis dicere, id eſt, ad dicendum tua facta. Nec Orphæus Thracius origine, nec Linus uincet me carminibus. quamuis mater, id eſt, Calliope adſit huic, id eſt, Orpheo. Et Lino adſit pater, id eſt, Apollo, ſcilicet Calliopeia Orpheo. & Apollo formoſus Lino.

Pan deus Arcadia mecum si iudice certet:
Pan etiam Arcadia dicet se iudice uictum.
Incipe parue puer risu cognoscere matrem:
Matri longa decem tulerũt fastidia menses.
Incipe parue puer, cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa: dea nec dignata cubili est.

Vide Ange. Pol. in Miscel. capi. lxxxix. Codex quidã puetustus habet, qui non risere parenti.

AEGLOGA QVINTA. COLLOcutores Menalchas, & Mopsus amici Cæsarem sub Daphnidis nomine dolentes.

M. CVr nõ Mopse (boni quoniã cõuenim⁹ ambo,
Tu calamos inflare leues: ego dicere versus)
Hic corylis mixtas inter consedimus vlmos?
M. Tu maior: tibi me est ęquum parere Menalcha,
Siue sub incertas, zephyris motãtibus, vmbras:

Deflet poeta mortem Iulij Cæsaris, aut vt alij, Quintilij Cremonẽ. sub noĩe daphnidis, de quo Hora. ad Verg. Nulli flebilior quàm tibi Vergili.

¶ *Ecphrasis.*

¶ Si etiam Pan inuentor fistulæ certet mecum Arcadia iudice cuius Deus est, Pan dicat se uictum Arcadia iudice. O puer parue incipe cognoscere matrem risu. Quod si feceris. Decem menses tulerint, id est, abstulerint matri longa fastidia quæ passa est, dum te vtero gestauit. O puer parue incipe cognoscere matrem risu, quia hunc, scilicet Vulcanum, nec deus, id est, Iupiter dignatus est mensa. Nec dea, id est, Minerua est dignata cubili, id est, matrimonio, Cui parentes Iuppiter & Iuno non risere.

CVr non Mopse. Mopsus & Menalchas pastores inducuntur se inuicem laudantes, atq; mortem Daphnidis pariter ac diuinitatem canentes per quẽ cæsarem intelligimus. Dicit igitur in primis Menalchas. O Mopse, quoniam nos ambo conuenimus Boni, id est, idonei, tu inflare, id est, inspirare. calamos leues, id est, fistulam ex calamis compactam. Et ego bonus dicere versus. Cur non consedimus hic inter ulmos mixtas corylis, id est, auellanis. Ad quod Mopsus respondet. O menalcha tu maior subaudi es. Et æquum est me tibi parere, id est, obedire, siue succedimus, id est, uis succedamus sub vmbras incertas zephyris motantibus.

Siue antro potius succedimus. aspice vt antrum
Syluestris raris sparsit labrusca racemis.
Me. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.
Mo. Quid si idem certet Phœbum superare canendo?
Me. Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
Incipe: pascentes seruabit Tityrus hœdos.
Mo. Imo hæc in viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina descripsi, & modulans alterna notaui.
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.
Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ.
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis:
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Mo. Sed tu desine plura puer: successimus antro.
Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin

Codrus Atheniēsis in bello aduersus thracenses vno ex hostibus falce interempto, alios in suā cædem cōcitauit, autor Plut.

¶ Ecphrasis.

quia cum venti mouent arborum vmbra incerta est, siue potius succedimus antro, id est, vis subeamus antrum, aspice vt. i. quemadmodū labrusca sparsit antrum racemis raris, quia labrusca, quæ est vitis siluestris dicta, quod in labris, id est, extremitatibus vineæ nascitur, racemos habet raros. Amyntas solus certat tibi, id est tecum, in nostris montibus. id est, de cantu solus potest tecum certare. Quid si idem Amyntas certet superare Phœbum canendo? quasi diceret, nihilo plus proficiet. O Mopse tu prior incipe, subaudi canere, si habes quos, id est aliquos ignes Phyllidis. i. carmina de amoribus Phyllidis, aut si habes aliquas laudes Alconis sagittarij Cretensis peritißimi. aut iurgia Codri, qui se pro patria deuouit bello, quod Athenenses cum Lacedæmonijs gesserunt. Incipe scilicet canere, quia interea Tityrus seruabit hœdos pascentes. Immó ego experiar hæc carmina, quæ descripsi nuper in cortice fagi. & modulans, id est cantu & consonantijs notaui illa carmina alterna, id est alternatim cantanda. & tu deinde postquam illa cantauero, iubeto certet Amynthas. et subiungit Menalchas. Quantum salix lenta, id est flexibilis cedit oliuæ pallenti, id est. florenti, quia tunc pallet. Et quantum saliunca herba humilis cedit rosetis puniceis, id est rosis purpureis, tantum Amyntas cedit tibi. Sed tu puer desine plura, scilicet dicere, quia successimus antro.

Flebant: vos coryli testes, & flumina nymphis:
Cum complexa sui corpus miserabile nati
Atq; deos, atq; astra vocat crudelia mater.
Non vlli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neq; amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montesq; feri, syluæq; loquuntur.
Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho,
Et folijs lentas intexere mollibus hastas.
Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vuæ,
Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis,
Tu decus omne tuis; postquam te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.

Iuli9 enim Cæsar Bacchanalia Romæ instituit.

¶ *Ecphrasis.*

Nymphæ flebant Daphnin extinctum funere crudeli. uos coryli & vos flumina estis testes Nymphis quod illum fleuerunt. Cum mater Daphnidis complexa corpus miserabile sui nati indigna morte perempti. vocat deos crudeles, et vocat astra crudelia. O Daphni non vlli, id est, nulli pastores egerunt boues iam pastos ad flumina frigida. & nulla quadrupes libauit. id est, degustauit quicquám, neq; amnem, ergo multo minus libauit cætera, quia nec tetigit herbam graminis: O Daphni montes feri & syluæ loquuntur, id est sunt testes, leones Pœnos, id est, Aphros ingemuisse tuum interitum, id est mortem. Daphnis primus instituit subiungere curru Tigres Armenias, quæ abundant in ea regione. & Daphnis instituit inducere thyasos, id est choreas Bacho. & Daphnis instituit intexere hastas lentas, id est, pampinos vel ramos folijs mollibus. Vt.i. quemadmodũ uitis est decori arboribus, id est, maritata cum arboribus affert illis pulchritudinem. & vt vuæ sunt decori, id est, pulchritudini vitibus. & vt tauri sunt decori gregibus. & segetes sunt decori aruis pinguibus, ita tu es omne decus, id est, honor tuis. Postquám Fata tulerunt te, id est, mors fatalis rapuit, ipsa Pales Dea pastorum & ipse Apollo, i. qui & ipse aliquando pastor fuit reliquit agros.

Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Pro molli viola, pro purpureo narcisso
Carduus: & spinis surgit paliurus acutis.
frondibus Spargite humum folijs, inducite fontibus vmbras
aras. Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulum facite & tumulo superaddite carmen:
Daphnis ego in siluis, hinc vsq; ad sydera notus
Formosi pecoris custos, formosior ipse.
Me. Tale tuum carmen nobis diuine poeta:
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.
Nec calamis solum æquiparas, sed uoce magistrum.
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen hęc quocũq; modo tibi nostra uicissim
Dicemus, Daphnin'q; tuum tollemus ad astra,
Daphnin ad astra feremus: amauit nos quoq; Daphnis.

¶ *Ecphrasis.*

¶ *Lolium herba inimica meßibus infœlix. i. sterile & nocuũ, auenæ steriles, quia & auenæ fructuosæ nascuntur in sulcis, quibus mandauimus, id est, seminauimus grandia ordea. Carduus & paliurus herbæ spinosæ acutis spinis, surgit, id est nascitur pro viola molli, & pro narcisso flore purpureo. O pastores spargite, id est, imple te, humum, id est, terram floribus & inducite vmbras fontibus, quia Daphnis talia fieri sibi mandat. E facite tumulum, id est, sepulchrum, & superaddite carmen tumulo, id est, Epitaphium quod sequitur. Ego Daphnis notus in siluis, & hinc vsq; ad sydera sum custos formosi pecoris, sed ego ipse formosior. O Pöeta diuine tuum carmen est nobis tale, id est, tam dulcis res, qualis est sopor fessis á labore, in gramine, id est, prato herboso, & quale, id est, quám dulcis res est restinguere sitim, per æstum, id est, per medium solis calorem. riuo salienti, id est, scaturienti, vel ebulienti aquæ dulcis. Nec solum æquiparas, id est, exæquas magistrum, calamis, id est, fistularum cantu, sed etiam voce. id est, cantu naturali. O puer fortunate tu eris nunc alter, id est, secundus, ab illo, id est, post magistrum tuum. Tamen nos dicemus hæc nostra, scilicet carmina, vicißim, id est, alternatim. Quocũq; modo, id est, qualitercũq; poterimus. Et tollemus ad astra, id est, extollemus, tuum Daphnin, id est á te amatum, atq; laudatum. Daphnin inquã feremus ad astra. Quia Daphnis quoq; amauit nos, id est, fuit nobis amic⁹.*

Mo. An quicq́ nobis tali sit munere maius?
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis.
M. Candidus insuetum miratur limen olympi:
Sub pedibusq́ videt nubes, & sydera Daphnis.
Ergo alacres syluas, & cætera rura voluptas,
Panaq́ pastoresq́ tenet, Dryadasq́ puellas.
Nec lupus insidias pecori: nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur: amat bonus ocia Daphnis.
Ipsi lætitia voces ad sydera iactant
Intonsi montes, ipsę iam carmina rupes:
Ipsa sonant arbusta; Deus Deus ille Menalcha.
Sis bonus, o fœlixq́ tuis, en quattuor aras,
Ecce duas tibi Daphni, duoq́ altaria Phœbo.
Pocula bina nouo spumantia lacte quot annis.

Altera pars æclogæ, quæ canit̃ post comploratioñe diuinitatis Daphnidos. Est enĩ Iulius inter Deos relatus.

¶ Ecphrasis.

¶ An quicquam sit nobis maius tali munere, id est, nullum potest mihi esse munus hoc maius. Et ipse Daphnis fuit puer dignus cantari, id est, cantu laudari. Et Stimichon nomẽ est pastoris iampridẽ laudauit nobis ista carmina, quibus Daphnin nostrum in cœlum extulisti. Daphnis candidus, id est, iam Deus & indutus immortalitate, Miratur limen olympi insuetum, id est, quod antea non vidit. Et Daphnis videt sub pedibus nubes & sydera. Ergo voluptas tenet syluas alacres, & tenet cætera rura, & tenet Pana, & pastores, & puellas Dryadas. Nec lupus meditatur insidias pecori, nec vlla retia meditantur insidias pecori. Quod fiebat dum viueret Daphnis, sed bonus Daphnis amat ocia. Ipsi montes intonsi, id est, frondosi, & nunquam cæsi iactant voces ad sidera læticia, id est, præ nimia voluptate. Et ipsæ rupes iam sonant carmina. Et ipsa arbusta iam sonant carmina. Ergo ó Menalcha ille Daphnis Deus Deus est, quia hec non potuissent nisi in alicuius Dei consecratione fieri. Quandoquidem igitur ó Daphne deus es, sis bonus, id est, benignus et fœlix .i. ꝓpitius nobis, qui tibi fauemus. O Daphni en tibi quattuor aras, id est, aspice. Et en duo altaria Phœbo, ac si dicat ó Daphni aspice quattuor aras, quæ sint duæ tibi tantum aræ, et duo sint altaria Phœbo. Nam aræ inferorum sunt et superorum, sed altaria tantum superorum, Et ego statuam tibi quotannis bina pocula spumantia lacte nouo.

Craterasq; duos statuam tibi pinguis oliui:
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, si frigus erit: si messis, in vmbra,
Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Aegon:
Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.
Hæc tibi semper erunt, & cum solennia vota
Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.
Vt Baccho, Cereriq;, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient: damnabis tu quoq; votis.
Mo. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
Nam neq; me tantum venientis sibilus austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.

¶ *Ecphrasis.*

Et statuam, id est ponam, et sacrificabo tibi duos crateres plenos oliui pinguis. Et in primis ego hilarans, id est, lætificans conuiuia multo Baccho, id est uino, fundã .i. miscebo uina aruisia ab Aruisio Chij Promontorio. appositiue nouum nectar, id est, potum diuinum, quod sum facturus ante focum si erit frigus, id est hyems. si meßis erit, id est æstas, in umbra. Damœtas & Aegon Lyctius, id est Cretensis, quia Lyctos est urbs Cretæ, cantabũt mihi. Et Alphesibœus imitabitur satyros saltantes, quia mos erat in sacris canere & saltare. Hæc supple sacra erunt tibi semper cum reddemus Nymphis uota solennia, id est, anniuersaria. & cum lustrabimus agros facientes sacra pro frugibus. Et ita honos tuus, & nomen tuum, & laudes tuæ manebunt semper, dum aper amabit iuga, id est, cacumina montis, & dum piscis amabit fluuios. & dum apes pascentur thymo frutice odorato. & agricolæ sic facient tibi uota quotannis, id est singulis, ut faciunt Baccho & Cereri. & tu quoq; damnabis, id est, obligabis illos uotis. Quæ dona ego reddam tibi pro tali carmine? Nam neq; sibilus, id est, stridor Austri uenientis tantum iuuat me, nec littora percussa fluctu tam, id est, tantum iuuant me, nec flumina quæ decurrunt inter ualles saxosas tantum iuuant me.

Me. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.
Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexin:
Hæc eadem docuit, Cuium pecus, an Meliboei.
Mo. At tu sume pedum: quod, me cum sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari,
Formosum paribus nodis, atq; ære Menalca.

Hunc Antignē coraulē fuisse perhibent.

POETA SILENI CANTILENAM RECItat ad Varum de uita Epicurea, & mundi ortu. Aegloga Sexta.



Rima Syracusio dignata est ludere uersu
Nostra, nec erubuit syluas habitare, Thalia.
Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: pastorem, Tityre, pingues
Pacere oportet oues: deductum dicere carmen.

¶ *Ecphrasis.*

Nos donabimus te ante hac cicuta fragili, scilicet primo Bucolico. Hæc cicuta docuit nos, Corydon ardebat Alexin formosum, id est secundum. & hæc eadem docuit Cuium pecus, an Meliboei, id est tertium. at tu nūc sume pedum formosum paribus nodis atq; ære, quod pedum cum sæpe Antigenes rogaret me, non tulit, etsi erat dignus amari.

PRima Syracusio. Silenus inducitur in hoc Bucolico cantans de rerum creatione primum, deinde multas fabulas tangit, sed prius disponit quomodo Silenus inductus est ad canendum, Dicit ergo Poeta. Prima nostra Thalia, id est, Musa, quoniam Thalia una est ex nouem Musis, dignata est ludere, id est canere uersu Syracusio, id est Theocritio. quia Theocritus quem in hoc opere Vergilius imitatur, Siculus & Syracusæ Siciliæ ciuitas est. nec erubuit nostra Thalia habitare syluas, id est, non puduit illam carmen bucolicum, quod est infimum omnium scribere. Cum ego canerem, id est, canere uellem, reges & prælia, id est prælia regum. Cynthius Apollo dictus à Cyntho monte Deli in quo natus est. uellit, id est uulsit, uellicando pupugit aurem. & admonuit. me pastorem, id est, Poetam res pastoricias scribentem dicens. O Tityre oportet pascere oues pingues, id est, Bucolica scribere. & oportet dicere carmen deductum, id est subtile.

Nunc ego (namq; super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant: & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine Musam.
Non iniussa cano: si quis tamen hæc quoq;, si quis
Captus amore leget, te nostræ, uare myricæ,
Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior vlla est:
Quam sibi quæ vari præscripsit pagina nomen.
Pergite Pierides, Chromis & Nasyllus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
In latum hesterno venas, vt semper, Iacho.
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant:
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambos
Luserat) iniiciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam, timidisq; superuenit Aegle:
Aegle naiadum pulcherrima: iámq; videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit

Extenuatio.

¶ *Ecphrasis.*

Nũc ego. Hoc Bucolicũ Varo inscribit dicẽs. O Vare ego meditabor nũc. i. canã silucstrẽ Musam i. bucolica arundine tenui,. i. humili stilo. Ego cano nõ iniussa immó iussa ab Augusto Cæsare. Sed tamen si qs capt⁹ amore leget hæc quoq;, scilicet carmina siluestria, ó Vare nostræ myricæ. id est Bucolica, et omne nemus canet te. nec vlla pagina, id est, charta est gratior Phœbo, quam illa quæ præscripsit, id est, intitulauit nomen vari sibi. O Pierides, id est, ó Musæ. Pergite, id est, continuate carmen. Chromis & Nasyllus pueri videre Silenum Bachi iacentẽ in antro inflatum venas, id est, habẽtem venas inflatas Iacho hesterno, id est, vino dici præteriti. Vt semper quia perpetua est illa ebrietas. Tantum serta, scilicet delapsa capiti, id est, á capite iacebant procul, id est prope, & cantharus grauis, vel quia magnus, vel vino plenus pendebat ansa attrita ob nimium vsum. Aggressi pueri iniiciunt vincula ex ipsis sertis, id est, ligant illum. Nam senex, id est, Silenus luserat ambos spe carminis, quia illis pollicitus fuit se cantaturum. Aegle pulcherrima naiadum addit se ipsam sociam, & superuenit timidis, id est, pueris dubitantibus. Et pingit moris sanguineis, id est, rubeis frontem, & tempora illi iam videnti, id est soluto ebrietate.

Ille dolum ridens, Quo vincula nectitis? inquit.
Soluite me pueri: satis est potuisse videri.
Carmina, quae vultis, cognoscite: carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.
Tum vero in numerum Faunosq́; ferasq́; videres
Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes:
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea:
Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. *Hic uersus adulterin9 uidetur.*
Nanq; canebat, vti magnum per inane coacta
Semina terrarumq́; animaeq́; marisq́; fuissent,
Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis,
Tum durare Solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
Iamq́; nouum terrae stupeant lucescere solem:

Ecphrasis.

Ille Silenus ridens dolum (inquit) ô pueri quo nectitis uincula? soluite me: quia satis est potuisse uideri. Ideo cognoscite carmina quae uultis. Carmina crūt uobis merces uestri operis. & aliud mercedis erit huic, scilicet stuprum. Tum uero uideres, id est, uidere posses Faunos & feras ludere. id est moueri, in numerum, id est in ordinem. & uideres quercus rigidas, id est duras. motare cacumina, id est summitates arborum. Nec rupes Parnassia, id est, Parnassus mons tantum gaudet Phœbo in cuius tutela est. Nec Rhodope & Ismarus montes in Thracia tantū miratur Orphea, qui montes illos carminibus celebrauit. Quantū. & cæ. hoc non est carmen Vergilianum. Nanq; Silenus canebat. uti, id est quemadmodum semina, id est atomi. per magnum inane, id est, per spacium hoc immensum coacta, id est, coadunata fuissent principia terrarum. & aeris, quam uocant animā & maris, id est, aquae & ignis liquidi. Et canebat uti, id est, quemadmodum omnia exordia concreuerint ex his primis quatuor elementis. Et ipse orbis, id est, globus mundi concreuerit. Tum postea canebat, quemadmodum orbis cœperit. durare, id est, durū facere solum, id est superficiem terrae. & cœperit discludere, id est segregare á se Nerea ponto, id est, ipsum mare cum numine ipsius praeside. & quemadmodum orbis cœperit paulatim sumere formas, id est, species rerum. Et canebat quemadmodum terrae stupeant, id est, mirentur solem nouum lucescere.

Altius atq; cadant summotis nubibus imbres,
Incipiant syluæ cum primum surgere: cumq;
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaseasq; refert uolucres, furtumq; Promethei.
His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent: ut littus Hyla Hyla omne sonaret.
Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaën niuei solatur amore iuuenci:
Ah uirgo infelix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in lęui quæsisset cornua fronte.
Ah uirgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille latus niueum molli fultus hyacintho

Per ignaros in codice uetusto. Gellius dictionem hanc iter eas recenset, quæ actiue & passiue accipiuntur. Alludit ad ludos ī honorē Herculis institutos.

¶Ecphrasis.

Atq; ut, id est, quemadmodum imbres cadant altius, id est, è cœlo. sublatis nubibus, id est, resolutis. cum, id est, quo tempore syluæ, id est, arbores incipiāt primum surgere. & cum, id est, quo tempore animalia rara, id est, tunc adhuc non frequentia errent per montes ignotos. Hinc Silenus refert cantando lapides Pyrrhæ iactos, id est, quemadmodum homines ex lapidibus sunt reparati. furtumq; Promethæi, id est, ignem, quem Promethæus furatus est è cœlo. & uolucres caucaseas, id est, quemadmodum Prometheus propter illud furtum in Caucaso monte religatus est. & eius uiscera ab aquila roduntur. His Silenus adiungit, quo fonte Hylam Herculis comitem relictum nautæ clamassent. & adiungit ut, id est, quomodo littus illud sonaret ó Hyla ó Hyla, quæ uox erat quærentium illum. & solatur Silenus Pasiphaen de amore iuuenci niuei, fortunatam si armenta nunquam fuissent, dicit propter taurum quem amabat. Ah commiserantis est. uirgo, infelix de corrupta dixit virgo. quæ dementia cepit te? Prætides .i. prœti filiæ, quæ sibi uaccæ esse uidebantur. quia se Iunoni prætulerant. implerunt agros mugitibus falsis, id est, non ueris. sed non ulla, id est, nulla ex eis secuta est concubitus tam turpes. quamuis timuisset aratrum collo, & quæsisset cornua in fronte læui, id est, plana & sine cornibus. Ah uirgo infelix, tu erras nunc in montibus. sed ille iuuēcus tui securus fultus latus niueū hiacyntho molli, id est, herba

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas,
Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite Nymphæ
Dictææ, Nymphæ nemorum iam claudite saltus,
Siqua forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis uestigia: forsitan illum
Aut herba captum uiridi, aut armenta secutum
Perducant aliquæ stabula ad Gortynia uaccæ.
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.
Tum Phaetontiadas musco circundat amaræ
Corticis: atq; Solo proceras erigit alnos.
Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonis in montes ut duxerit una sororum:
Vtq; uiro Phœbi chorus assurrexerit omnis:
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus, atq; apio crines ornatus amaro
Dixerit; hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ.

¶Ecphrasis.

Ruminat sub ilice nigra herbas pallẽtes. aut sequitur aliquã iuuencã in grege magno. O Nymphæ Nymphæ Dictææ, id est, Cretenses claudite claudite iam saltus nemorum. Et si qua uestigia bouis errabunda, id est, errantia ferant sese obuia nostris oculis, id est, offerentur nobis. forsitan aliquæ uaccæ perducant illum iuuencum captum herba uiridi, aut secutum armenta, non autem amorem Pasiphaes ad stabula Gortynia, id est, Cretensia, quia Cortynos in Creta est urbs. Tum Silenus canendo circundat musco amaræ corticis, id est, lanugine Phaetontiadas, id est, sorores Phaetontis ad Eridanum Italiæ fluuium in arbores conuersas. & erigit, id est, canendo facit vt videatur erigere solo, id est, à terra alnos proceras, id est, arbores altas. Tum canit Silenus Gallum poetam Vergilij amicißimum errantem ad flumina Permeßi fluuij Bœotiæ. vt, id est, quemadmodum vna sororum. id est, nouem Musarum duxerit illum in montes Aonios, id est, Thebanos. qui sunt Musis consecrati. & vt, id est, quemadmodum omnis chorus Phœbi. id est, Musæ ipsæ, quæ sunt in Phœbi tutela. assurrexerit illi, id est, in honorem illius. & vt, id est, quemadmodum Linus pastor Apollinis filius ornatus crines floribus atq; apio amaro, id est, coronatus dixerit illi. hæc quæ sequuntur, carmine diuino. O Galle Musæ dant tibi hos calamos, en accipe illos.

Aſcræo quos ante ſeni, quibus ille ſolebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo:
Nequis ſit lucus, quo ſe plus iactet Apollo.
Quid loquar? aut Scyllam Niſi, quam fama ſecuta eſt,
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis?
Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes? quæ dona pararit?
Quo curſu deſerta petiuerit? & quibus ante
Infœlix ſua tecta ſuperuolitauerit alis?
Omnia, quæ Phœbo quondam meditante, beatus
Audijt Eurotas, iuſſitq; ediſcere lauros,
Ille canit, pulſæ referunt ad ſydera valles:
Cogere donec oues ſtabulis, numerumq; referre
Iuſſit: & inuito proceſſit Veſper Olympo.

¶ *Ecphraſis.*

Quos ante. ſubaudi dederunt ſeni Aſcræo, id eſt, Heſiodo, qui fuit ex Aſcra. quibus calamis ille Heſiodus ſolebat deducere ornos rigidas, id eſt, arbores duras. montibus, cãtando, id eſt, dum cantat. Et origo nemoris Grynæi, quod eſt in Ionia Apollini conſecratum, dicatur tibi his ſcilicet calamis. ne quis lucus ſit, quo Apollo iactet ſe plus quam nemore Grynæo. Quid loquar quemadmodum Silenus cantauerit aut Scyllam Niſi, immo Phorci, quam fama eſt ſecuta. ſuccinctam inguina candida, id eſt, habentem inguina candida ſuccincta. monſtris latrãtibus, id eſt, canibus uexaſſe rates Dulichias, id eſt Vlyſſeas. quia ſcilicet Dulichium regnum erat Vlyßis. & fama ſecuta eſt, laceraſſe canibus marinis nautas timidos, id eſt, ſocios Vlyßis. aut loquar, vt, id eſt, quemadmodum Silenus narrauerit artus Terei Regis Thraciæ mutatos in vpupam auem. Et quas dapes Philomela pararit illi. & quæ dona, quia Ithym filium. Et quo curſu petiuerit deſerta cum eſt in luſciniam mutata, & quibus alis infœlix Progne uolitauerit ſuper ſua tecta ante, id eſt, que ante fuerant ſibi domus. Ille canit omnia, quæ Eurotas beatus fluuius Laconij audijt quondam Phœbo meditante, id eſt canente. Et iußit lauros ediſcere omnia quæ canebat. & quæ ualles pulſæ ab ipſo Phœbi cantu referunt ad ſydera per repercußionem. Donec Silenus iußit cogere oues ſtabilis, id eſt, in ſtabula ſubaudi cecinit. et Veſp. i. Heſper9 ſtella pceßit. i. ort9 eſt olympo inuito, tãta erat cantilenæ uoluptas.

Aegloga

¶ Aegloga septima. Collocutores.

MELIBOEVS. CORYDON. THYRSIS.



Orte sub arguta consederat ilice Daphnis,
Compulerantq; greges Corydon, & Thyrsis in vnũ. *gregem.*
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas:
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, & respondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat: at ego Daphnin
Aspicio: ille vbi me contra videt: Ocyus, inquit,
Huc ades o Meliboee (caper tibi saluus, & hoedi)
Et si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.
Huc ipsi potum venient per prata iuuenci:
Hic viridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius eq; sacra resonant examina quercu.
Quid facerem? neq; ego Alcippen, nec Phyllida habebam,
Depulsos a lacte domi quæ clauderet agnos.

¶ *Ecphrasis.*

Forte. Introducitur Melibœus narrans quemadmodum Corydon & Thyrsis in cantus certamen descenderunt sub Daphnide & Melibœo iudicibus. Dicit igitur Corydon. Daphnis consederat forte sub ilice arguta. i. sonora, & Corydon & Thyrsis compulerant greges suos in unum: sed Thyrsis oues, & Corydon capellas distentas lacte: ambo florentes ætatibus. i. iuuenes. & ambo Arcades, & pares cantare, & parati respondere. Dum ego, dicit Corydon, defendo mihi myrtos teneras á frigore ne pruina adurerentur: caper uir gregis deerrauerat. i. á grege secesserat: atq; quærens caprum aspicio Daphnidem sedentem sub ilice. Ille Daphnis ubi contra uidet me: inquit, ó Melibœe ades huc ocyus. nam caper & hœdi salui sunt tibi. & requiesce mecum sub umbra, si quid potes cessare. i. aliquantulum immorari. Ipsi iuuenci uenient huc ad nos per prata. Mintius quoq; fluuius Mantuanus prætexit. i. operuit ripas uirides arũdine. et examina. s. apũ resonãt é quercu sacra: quod ad uoluptatẽ inuitat. Quid facerẽ. q. d. difficilis erat deliberatio. Neq; enim ego habebam Alcippẽ, nec Phyllida fœminas & amicas: quæ. s. Alcippe et Phyllis clauderet domi agnos depulsos á lacte. i. ablactatos.

Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, magnum:
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo:
Alternis igitur contendere uerſibus ambo
Cœpere: alternos Muſæ meminiſſe volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrſis.
C. Nymphæ, noſter amor, Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro concedite (proxima Phœbi
Verſibus ille facit) aut ſi non poſſumus omnes,
Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.
T. Paſtores hedera creſcentem ornate poëtam
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Aut ſi vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.
C. Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramoſa Mycō viuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, læui de marmore tota
Puniceo ſtabis, ſuras euincta Cothurno,

ſi id non poſ.

¶ Ecphraſis.

Et Corydon cum Thyrſide erat magnū certamē. i. uterq; certabat. Tamē poſthabui. i. poſtpoſui mea ſeria ludo illorū. i ſerias res iocoſis. Igitur ambo cœperūt contendere uerſibus altern's: quia muſæ uolebāt meminiſſe alternos. ſ. uerſus. Corydō referebat hos. i. priores: & Thyrſis referebat illos. i. poſteriores, ordine. i. per ordinem. O nymphæ Libethrides dictæ á Libethro Hel'conis fonte. appo. noſter amor aut cōcedite mihi carmē, quale cōceſſiſtis meo Codro amico & poëtæ: nā ille facit carmina proxima. i. ſimilia uerſibus Phœbi: aut ſi oēs non poſſumus talia facere carmina. fiſtula arguta. i. ſonora pēdebit hic in hac pinu ſacra. ſ. Cybeli deorum matri. O paſtores ornate hedera. i. coronate poëtā creſcētē, paſtores inquā arcades, qui ſunt optimi cātores, atq; ideo iudices idonei: ut ilia. i. inteſtina tenuiora rūpātur Codro inuidia. aut ſi laudarit ultra placitum. i. plus quā placeo: unde ſequatur faſcinum: cingite frontem bacchare: herba faſcinum pellente: ne lingua mala, id eſt faſcinatoria noceat futuro uati. O Delia. i. Diana Mycon paruus puer dedicat tibi hoc caput apri ſetoſi: & dedicat tibi cornua ramoſa cerui uiuacis: qui diu uiuit. ſi hoc fuerit: quod faciam carmina qualia Codrus. tu Diana facta tota de marmore læui ſtabis euincta ſuras cothurno puniceo, id eſt, purpureo.

T. Sinum lactis & hæc te liba Priape quotannis
Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.
C. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,
Candidior cygnis hedera formosior alba,
Cum primũ pasti repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
T. Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci.
C. Muscosi fontes, & somno mollior herba,
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra:
Solstitium pecori defendite: iam venit æstas
Torrida, iam læto turgẽt in palmite gemmę.
T. Hic focus, & tædæ pingues, hic plurimus ignis

¶ Ecphrasis.

¶ O Priape satis est tibi expectare quotannis á me sinum, id est, poculum lactis, atq; hæc liba: quia es custos horti pauperis. Nunc ego feci te marmoreum pro tẽpore, id est temporis angustia. sed tu esto. i. eris aureus si fœtura suppleuerit, id est, refecerit gregẽ. O Galatea Nerine, id est, Nerei filia dulcior mihi thymo Hyblæ, id est melle siculo. & candidior cygnis. & formosior hedera alba, quia sunt & nigræ hederæ. Si qua cura tui Corydonis, id est, mei, habet te, id est, si me amas. uenito ad me cũ primũ tauri pasti repetẽt præsepia. i. sub occasum solis. Immo ó Galatea ego uidear tibi amarior herbis sardois, unde cõficitur mel amarissimum. horridior rusco herba spinosa. & uilior alga. vulgo oua proiecta, id est, quæ proijcitur: si hæc lux. i. hic dies non est mihi longior anno dum expecto aduentum Galateæ. O iuuenci pasti: ite domum si quis pudor est: quia iam est uesper. O fontes muscosi, id est, musco ex uligine circunducti. & ó herba mollior somno. & ó arbutus, quæ arbutus tegit uos umbra rara propter frondium raritatem. defendite solstitium, id est, æstatem pecori, quia æstas torrida iam uenit. & gemmæ, id est, uitium germina iam turgent, id est, erumpunt in palmite. Hic focus est. & tædæ pingues sunt. & ignis plurimus est semper.

Semper, & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
C. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ:
Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma,
Omnia nunc rident: at si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.
T. Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba:
Liber pampineas inuidit collibus vmbras.
Phyllidis aduentu nostræ nemus omne virebit:
Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.
C. Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho,
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo:
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
T. Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluuijs, abies in montibus altis.

¶ *Ecphrasis.*

Et postes sunt nigri fuligine assidua. & hic ubi nos sumus tantum curamus frigora Boreæ, quantum autem lupus curat numerum ouium: ut inde non rapiat quod vult, aut flumina torrentia curant ripas cum alueus redundat. Iuniperi *stant hic ubi nos sumus: & castaneæ hirsutæ stant. i. horrent. & poma iacent strata passim: quæq; poma sub sua arbore.* Omnia *rident nunc. i. sunt læta.* At *si Alexis formosus abeat his montibus uideas etiam flumina sicca.* Ager *aret: & herba moriens uitio aëris sitit. & liber, id est,* Bacchus *inuidit collibus umbras pampineas, quia inter nos germinauerunt. sed omne nemus uirebit aduentu nostræ* Phyllidis. *&* Iuppiter *plurimus descendet imbri læto. i. omnia lætificante.* Populus *arbor est gratissima* Alcidæ. i Herculi, *quia est in ipsius tutela. & uitis est gratissima* Iaccho. i. Baccho, *quia sibi dedicata. & myrtus est gratissima* Veneri *formosæ. & sua laurea. i. laurus est gratissima* Phœbo. *quia illa* Veneri, *hæc* Phœbo *consecrata est.* Sed Phyllis *amat corylos: & dum* Phyllis *amabit illas, nec myrtus* Veneris, *nec laurea* Phœbi *uincet corylos: quia* Phyllidi *sunt dedicatæ.* Fraxinus *est arbor pulcherrima in syluis. & pinus est arbor pulcherrima in hortis. populus est pulcherrima in fluuijs, & abies est pulcherrima in mõtibus altis.*

Sæpius at si me Lycida formose reuisas
Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis. *Cedat.*
M. Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim:
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

¶ Aegloga octaua ad Pollionē. Pharmaceutria poëtę.
Collocutores Damon & Alphesibœus.



PAstorum musam Damonis, & Alphesibœi,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca:
Certantes quorum stupefactæ, carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus,
Damonis musam dicemus, & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit vnquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta:
En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem

¶ *Ecphrasis.*

At ô Lycida formose si reuisas me sæpius: fraxinus cedet tibi in syluis: et pinus cedet tibi in hortis. Concludit Melibœus dicens. Hæc memini & Thyrsim uictum frustra contendere cū Corydone. & ex illo tempore Corydon est nobis Corydon.

PAstorum. Introducūtur duo pastores Damon & Alphesibœus. quorū prior conqueritur de Nysa quæ cum sibi fuisset destinata uxor: Mopso tradita est. Alter uero qui per carmina magica Daphnim ad se pellicere conatur. Dicit itaq; poëta. Nos dicemus musam. i. cantus Damonis & Alphesibœi pastorum: quos cantantes, id est, dum cantant: iuuenca immemor herbarum mirata est: tanta erat cantus dulcedo: & quorum carmine lynces sunt stupefactæ: & flumina mutata ex cursu naturali requierunt, id est, requiescere fecerunt suos cursus: nos inquam dicemus musam Damonis, & Alphesibœi. Dicit igitur ad Augustum Cæsarem, qui eo tempore in Dalmatia bellum gerebat. O Cæsar, seu superas saxa Timaui magni qui fluuius est Dalmatiæ: siue legis, id est, nauigas oram æquoris Illyrici. en, idest, nunquid erit unquam ille dies cum liceat dicere tua facta. en erit ille dies ut liceat mihi ferre, id est, diuulgare per orbem

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno:
A te principium: tibi desinet. accipe iussis
Carmina cœpta tuis, atq; hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida vix cœlo noctis decesserat vmbra,
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est,
Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
D. Nascere, præq; diem veniens age Lucifer almum:
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
Dum queror, & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Menalios mecum mea tibia versus.
Mænalus argutumq; nemus, pinosq; loquentes
Semper habet, semper pastorum ille audit amores,
Panaq;, qui primus calamos non passus inertes.
Incipe Menalios mecum mea tibia versus.
Mopso Nisa datur: quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis; æuoq; sequenti

¶ *Ecphrasis.*

tua carmina digna cothurno Sophocleo. i. tragœdia sophoclis, ac si dicat stilo magno. A te principiū. s. sumet musa, & tibi. i. in te desinet. Sed interea accipe carmina cœpta tuis iußis. & sine. i. permitte hāc hederā. i. hoc bucolicū serpere tibi inter lauros uictrices. i. triūphales. Vix umbra frigida noctis discesserat cælo. s. luce aduentante. Cum quo tempore ros est gratißimus pecori in herba tenera: Damon incumbens oliuæ tereti, id est baculo oleagino: cœpit canere sic. O Lucifer præueniens diem almum age nascere. ego deceptus amore Nysæ coniugis, id est, destinatæ dum queror, & tamen moriens alloquor deos in extrema hora mortis. quamquam illis testibus. s. in sponsalibus, quando fuit mihi promissa, nil profeci, quia rupit fidem. O mea tibia, incipe mecum uersus Mœnalios, id est, pastorales. ideo subdit. Mænalus habet semper nemus argutum, id est, cantu resonante, & pinos loquentes per Echo. Ille semper audit amores pastorum: & Pana quoque, qui primus non est passus calamos esse inertes, quia ex illis fistulam fecit. Nysa datur Mopso, ex quo facto nos amantes quid non speremus, id est, timeamus? Iam gryphes iungentur equis. & æuo sequenti

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
Mopse nouas incide faces,tibi ducitur vxor.
Sparge marite nuces:tibi deserit Hesperus Oetam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
O digno coniuncta viro,dum despicis omneis,
Dumq; tibi est odio mea fistula,dumq; capellæ,
Hirsutumq; supercilium,prolixaq; barba,
Nec curare deum credis mortalia quenquam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Sepibus in nostris paruam te roscida mala
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus:
Iam fragiles poteram a terra contingere ramos.
Vt vidi,vt perij, vt me malus abstulit error.
Incipe Mænalios mecum tibi tibia versus.
Nunc scio quid sit amor:duris in cotibus illum
Ismarus,aut Rhodope,aut extremi Garamantes,
Nec nostri generis puerum,nec sanguinis edunt.

Causã huius instituti lege apud Pliniũ libro.xv.

Pet.Bẽbus legit, aut Tmar⁹, in libr.de Culice Vergiliana.

¶ *Ecphrasis.*

damæ timidi uenient ad pocula cum canibus. Quæ sunt impoßibilia. O Mopse incide ex ligno nouas faces,qa tibi .i.á te ducitur uxor.& ó marite sparge nuces:qa hesperus.i.uesper tibi deserit Oetam mõtem:ut coniuge fruaris. O Nysa cõiũcta uiro digno:dum despicis omnes.i.me.& dum mea fistula est tibi odio.& dum capellæ sunt odio.& dum hirsutum supercilium,atq; barba horrida sunt tibi odio, nec credis quemquam deum curare mortalia.i.res humanas? Et subiungit tempus quo illam cœpit amare. Ego uidi te paruam legẽtem.i.colligentem cũ matre tua. mala roscida.i. rore sparsa in nostris sæpibus.i.hortis: & ego eram dux uester in hortis demonstrandis.alter annus,id est,secundus ab undecimo.i. duodecimus ceperat iam me.& ego poteram iam cõtingere á terra ramos fragiles:quia altiores nondum poteram.ut, idest, cum uidi te: ut perij tui amore. ut malus error,id est, ignorantia abstulit, id est, perturbauit me. Nunc scio, id est, expertus sum, quid amor sit. Ismarus aut Rhodope, montes Thraciæ: aut Garamantes extremi: quia sunt in finibus Aphricæ edunt, id est,gignunt illum puerum. nec nostri generis, nec nostri sanguinis, id est, nihil habentem humanitatis.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus: crudelis tu quoq; mater.
Crudelis mater magis: an puer improbus ille?
Conclusio. Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater.
Incipe Menalios mecum mea tibia versus.
Nunc & oues vltro fugiat lupus: aurea duræ
Mala ferant quercus: narcisso Floreat alnus:
Pinguia corticibus sudent electra myricæ.
Certent & cygnis vlulæ: sit Tityrus Orpheus:
Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion.
Incipe Menalios mecum mea tibia versus.
Omnia vel medium fiant mare: viuite syluæ,
Præceps aërij specula de montis in vndas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.
Desine Menalios, iam desine tibia versus.
Hæc Damon: vos, quæ responderit Alphesibœus,
Dicite Pierides: non omnia possumus omnes.
Al. Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta,

optat oĩm rerũ naturas mutari postea quã res tã aliena accidit.

Oẽs hostiæ solebãt uitta circũdari. Hic altare trãsfertur ad uictimas.

¶ *Ecphrasis.*

¶ *Sæuus amor docuit matrem commaculare manus sanguine natorum, de Medea dicit, quæ filios suos interemit: ut se de Iasone ulcisceretur. tu mater fuisti quoq; crudelis: ut amor. Iterum interrogat an mater fuerit magis crudelis: an puer, id est, Cupido fuerit improbus? Et respondet quod & puer fuerit improbus: & mater fuerit crudelis. Nũc lupus ultro fugiat oues. & quercus duræ ferãt mala aurea: & alnus floreat narcisso. i. ferat florẽ nõ suũ. & myricæ sudẽt ex corticibus electra pinguia: q̃ sunt alterius arboris: et ululæ aues nocturnæ, aut illos dicũtur, certent cũ cygnis de cãtu. & Tityrus sit Orpheus, Orpheus dico in syluis. & sit Arion inter Delphinas, q á nautis in mare proiectus á Delphino dorso exceptus euasit: q̃ oĩa ĩpossibilia. Oĩa fiãt mare sup. utinã: uel per saltẽ mediũ: ut syluæ uiuant. Ego deferar præceps. i. præcipitabo me in undas de specula montis aërij. i. alti. O Tibia desine, iã desine. i. fini uersus Menalios. Damõ hæc superiora dixit. At uos ó Pierides dicite q̃ carmina Alphesibœus respõderit. O Amarylli effer aquã, et cinge hæc altaria uitta molli: q̃si sacra factura ministrã Amaryllida alloquitur.*

Verbenasq; adole pingues,& mascula tura,
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus:nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab vrbe domum mea carmina,ducite Daphnin.
Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam:
Carminibus Dirce socios mutauit Vlyssi:
Frigidis in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab vrbe domum mea carmina,ducite Daphnin.
Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo,terq; hæc altaria circum
Effigiem duco:numero Deus impare gaudet.
Ducite ab vrbe domum mea carmina,ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,
Necte Amarylli modo,& Veneris dic vincula necto.
Ducite ab vrbe domum mea carmina,ducite Daphnin.
Limus vt hic durescit,& hæc vt cera liquescit
Vno eodemq; igni:sic nostro Daphnis amore.

Terq; hǽc altaria.

¶Ecphrasis.

Et adole.i.incēde uerbenas pingues,id est,gramina.& adole thura mascula.id est, crassa & lucida:ut experiar auertere,id est,perturbare sensus sanos coniugis magicis sacris.Dicit igitur coniugis pro Daphnidis imitatus Theocritum,qui pharmaceutriam fœminam inducit maritum carminibus euocātem,nihil iam deest hic nisi carmina,id est,incantationes.O mea carmina ducite Daphnin ab urbe domū, & quod carmina tantum habeant potestatis dicit. Carmina uel pro certe possunt deducere lunam cœlo.i.de cælo.Circe quoq; solis filia mutauit carminibus.i. incātationibus socios Vlyssis:quos in bestias mutauit uarias.Anguis quoq; frigidus.i.nociu9 rūpitur i pratis cātādo.i.dū incātatur.Ego circūdo tibi primū.i.ante oīa hæc Licia diuersa.i.diuersi coloris colore triplici.& ego duco effigiē Daphnidis ex cera factā circū hæc altaria,quæ ad hoc erexcrat:& quare ter subiungit, quia deus gaudet numero impare, id est, ternario. O Amarylli necte ternos colores tribus nodis : & inter nectendum dic ego necto uincula Veneris.id est,facio nodum Veneri dedicatum. Vt,id est, quemadmodum hic limus,id est, statua ex limo:& hæc cera.i. imago cerea, altera durescit , & altera liquescit uno eodemq; igni.sic Daphnis liquescat nostro amore:& ego durescam nō redamando.

Sparge molam, & fragileis incende bitumine lauros.
Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Talis amor Daphnin: qualis, cum fessa iuuencum
Per nemora, atq; altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua
Perdita: nec seræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
Pignora chara sui: quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnin.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta venena,
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulchris,

¶ *Ecphrasis.*

¶ *O Amarylli sparge molam, id est, salsas fruges: & incende lauros fragiles, id est. ramos bitumine, id est, materia sulphurea. & subaudi dic inter incendendum. Daphnis malus urit me, & ego uro Daphnin in lauro. Talis amor teneat Daphnin: qualis tenet bucculam. quando fessa quærendo iuuencum per altos lucos, id est, syluas sacras: illa perdita procumbit, id est, cadit in herba uiridi propter, id est, prope riuum aquæ. nec meminit discedere nocti seræ, id est, in nocte sera. Talis inquam amor teneat Daphnin, nec cura medendi sit mihi. Ille perfidus .s. Daphnis reliquit mihi olim has exuuias, id est, uestes. appo. pignora chara sui. quas ó terra ego mando tibi, id est, fodio in ipso limine domus. hæc pignora debent mihi Daphnin, quasi dicat, his pignoribus sum receptura. Ipse Mœris, quem intelligimus ueneficum fuisse, dedit mihi olim has herbas, atq; hæc uenena, id est, herbas ueneficas lectas Ponto, ubi Medea solita est ueneficia exercere. nam plurima ex hoc genere nascuntur Ponto. & quod efficaciam habeant hæ herbæ, ostendit dicens. Ego uidi Mœrim fieri sæpe lupum. i. transmutari in figurã lupinã: & cõdere. i. abscondere se in syluis more luporum. & uidi illum excitare animas imis sepulchris: & hoc per carmina & ueneficia,*

Atq; satis alio vidi traducere messes.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Fer cineres Amarylli foras: riuoq; fluenti,
Transq; caput iace, ne respexeris. his ego Daphnin
Aggrediar. nihil ille deos, nihil carmina curat.
Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin. ne, all. nec.
Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.
Nescio quid certe est: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?
Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

¶ Aegloga nona. Collocutores

LYCIDA. ET MOERIS AMICI.



L. Quo te Mœri pedes? an, quo via ducit, in vrbem?
M. O Lycida viui peruenimus, aduena nostri,
(Quod nunquā veriti sumus) vt possessor agelli

Occasio fingitur. is:nī q̄ p̄ dijs Vergilij præerat. Arrio ī urbē Mātuam munus affert.

¶ *Ecphrasis.*

Atq; etiā uidi illū traducere alio. i. in alienū agrū messes satas, qđ ne fiat, lege duodecim tabularum prohibitū est, quēadmodū Plinius testatur in historia naturali. O Amarylli fer cineres foras. i. extra domū: & iace. i. proijce in riuo fluēti: ut ueneficiū nō poßit dissolui, quēadmodū uenefici putāt: & proijce trās caput: nec cū proijcies respexeris. Et q̄m ille nihil curat deos & carmina: ego aggrediar Daphnin his. s. ueneficijs. Aspice, cinis ipse corripuit altaria flāmis tremulis. i. coruscis. dū moror ferre. i. morā in ferēdo feci. bonū sit. i. utinā in bonū cedat. Et cū audisset canū latratus dixit. Nescio quid est certe. & pro quia hylax. n. p. est canis latrat in limine. Credimus subaudi Daphnidē aduētare? an qui amāt ipsi fingūt sibi somnia? q. d. quæ nō audiūt putāt se audire. Parcite. ergo intelligēdū est Daphnidē uenisse: cum dicit o carmina parcite Daphnidi: quia Daphnis iam uenit ab urbe.

Quo te. Introducuntur duo pastores Lycidas & Mœris Mantuam proficiscentes: quorum Mœris puer Vergilij: qui hœdos fert muneri domino agri Vergiliani temporario. Dicit igitur Lycidas O Mœri quo. i. in quē locū pedes ducunt te: quo inquam an uia ducit te in urbem? O Lycida nos uiui. i. diu uiuendo peruenimus ad hoc, quod nunquam ueriti sumus: ut possessor nostri agelli

Diceret: hæc mea sunt, veteres migrate coloni.
Nunc victi, tristes (quoniam sors omnia versat)
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos.
L. Certe equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollicq; iugum demittere cliuo,
Vsq; ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcan.
M. Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra valent, Lycida tela inter Mrrtia quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
Quod nisi me quacunq; nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalcas.
L. Heu cadit in quemquam tantum scelus? heu tua nobis
Pene simul tecum solatia rapta Menalca?
Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?

Quintilianus confracta.

¶ *Ecphrasis.*

Diceret hæc mea sunt .s. prædia: & o uos coloni ueteres migrate ab his agris. Nunc nos tristes uicti mittimus illi hos hœdos: quoniam sors, id est, fortuna oĩa uersat. i. miscet, & perturbat, & per parenthesim dixit. quod nec bene uertat, id est, in malum ei conuertatur. Equidem audieram uestrum Menalcam, id est, Vergilium seruasse omnia: ea parte qua colles incipiunt subducere se, id est, decliues fieri: & demittere iugum, id est, montis altitudinem cliuo molli, id est, facili ascensu. usq; ad aquam, id est, fluuium, & cacumina iam fracta fagi ueteris. Audieras, id est, audire potuisti: & fama fuit: sed o Lycida nostra carmina tantum ualent inter tela Martia. quantum dicunt Columbas Chaonias, id est, epiroticas ualere aquila ueniente. Quod nisi cornix sinistra antemonuisset me ab ilice caua, unde cecinit augurium, incidere nouas lites: quacunq;, id est, quocunq; modo: nec hic tuus Mœris, id est. ego. nec ipse Menalchas, id est, Vergilius uiueret. Heu tantum scelus cadit in quemquam? ut Vergilium interficiat. Heu o Menalcha tua solacia pene sunt rapta simul tecum. Quis caneret Nymphas si tu fuisses raptus? quis spargeret, id est, impleret humum herbis florentibus? aut quis induceret fontes umbra uiridi. i. induceret umbras uirides fontibus.

Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras?
Tityre, dum redeo (breuis est via) pasce capellas;
Et potum pastas age Tityre: & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.
M. Immo hæc, quæ Varo, necdum perfecta, canebat:
Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis:
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ)
Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.
L. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos:
Sic cytiso pastæ distentent vbera vaccæ.
Incipe si quid habes, & me fecere poëtam
Pierides: sunt & mihi carmina: me quoq; dicunt
Vatem pastores: sed non ego credulus illis.
Nam neq; adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Quia Mœris bñ p̄catus fuerat Vergilio, uicißim Lycidas bñ p̄catur Mœri, & p̄uocat ad recitãdũ carmẽ aliquod.

¶ *Ecphrasis.*

Vel quis caneret ea carmina, quæ ego tacitus sublegi tibi, id est furatus sum nuper: cum ferres te ad Amaryllida nostras delicias, id est amicam nostram communem, Carmina uero erant, quæ sequuntur. O Tityre pasce capellas dum redeo, nam uia est breuis: & o Tityre age illas pastas potum, id est adaqua illas. & inter agendum, id est dum illas agis: caueto occursare, id est occurrere capro. quia ille ferit cornu. Immo quis caneret hæc carmina, quæ canebat Varo, quamuis nondum perfecta. O Vare cygni cantantes ferent tuum nomen sublime ad sydera: modo, id est. solummodo Mantua superet nobis, Mantua dico nimium uicina Cremonæ miseræ: & per interiectionem dixit uæ. Sic aduerbium est adiurantis, tua examina fugiant taxos Cyrnæas, id est Corsicas, unde conficitur mel amarißimum. sic etiam uaccæ pastæ cytiso distendant ubera: quia cytisus multum lactis procreat. Incipe si quid habes, & me Pierides fecere poëtam, ne dedigneris mihi rem communicare. sed & sunt carmina, id est, composui illa: & pastores dicunt me uatem, id est poëtam. sed ego non sum credulus illis, id est, non credo. quia neque adhuc uideor poëta Varo, nec uideor dicere digna Cinna poëta illius temporis. sed uideor tanquam anser strepere, id est. clangere inter olores, id est cygnos.

M. Id quidem ago, & tacitus, Lycida, mecum ipse voluto,
Si valeam meminisse, neq; est ignobile carmen.
Huc ades o Galatea: quis est nam ludus in vndis?
Hic ver purpureum: varios hic flumina circum
Fundit humus flores: hic candida populus antro
Imminet: & lentæ texunt vmbracula vites.
Huc ades: insani feriant sine littora fluctus.
L. Quid? quæ te pura solum sub nocte canentem
Audieram? numeros memini, si verba tenerem.
Aliud cãticũ de Iulio Cæsare. M. Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum:
Astrum, quo segetes gauderent frugibus: & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.
Omnia fert ætas, animum quoq;: sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.

¶ *Ecphrasis.*

O Lycida id quidem ago. & ego tacitus uoluto mecũ. i. cogito: si ualeã meminisse. neq; carmen cuius meminisse uolo est ignobile. immo nobilissimum. & carmen est quod sequitur. O Galatea ades huc. nam quis ludus est in undis uersari. Hic est uer purpureum propter flores. & humus fundit .i. parit hic flores circum flumina. & populus candida, quia est & nigra, imminet hic antro. & uites lentæ, id est, flexibiles texunt umbracula. Ades inquam huc, & sine, id est, permitte, fluctus insani, id est, magni feriant littora. Quid illa carmina? quæ audierã te solum canentem sub nocte pura. memini numeros carminis si tenerem uerba. & subdit carmina. O Daphni quid suspicis ortus antiquos signorum. Ecce astrum Cæsaris Dionæi, id est, originem á Venere ducentis processit, id est, ortum est: quod cum apparuisset persuasum est omnibus esse animam Cæsaris. Astrum dico, quo segetes gauderent frugibus: & quo astro vua duceret colorem, id est, maturitatem in collibus apricis, id est, soli expositis. & dicit hoc propter mensem Iulium in quo utrumque fit. O Daphni insere pyros: & nepotes carpent tua poma, id est, á te consita. Et repente conticuit: & dixit. ætas fert omnia, id est aufert omnia: animum quoq;, id est, memoriam aufert. nam ego memini me puerum condere, id est, finire longos soles, id est, dies cantando, id est, dum canto.

Nunc oblita mihi tot carmina. vox quoq; Mœrim
Iam fugit ipsa: lupi Mœrim videre priores.
Sed tamen ista satis referet tibi sæpe Menalcas.
L. Causando nostros in longum ducis amores.
Et nunc omne tibi stratum silet æquor: & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeo media est nobis via: namq; sepulchrum
Incipit apparere Bianoris: hic, vbi densas
Agricolæ stringunt frondes, hic Mœri canamus:
Hic hœdos depone: tamen veniemus in vrbem.
Aut si nox pluuiam ne colligat ante veremur,
Cantantes licet vsq; (minus via lædet) eamus.
Cantantes vt eamus, ego hoc te fasce leuabo.
M. Desine plura puer: & quod nunc instat agamus.
Carmina tunc melius, cum venerit ipse, canemus.

¶ *Ecphrasis.*

Sed nunc tot carmina sunt oblita mihi. i. á me: & uox ipsa fugit Mœrim, id est, me qui iam conticui: quia lupi priores uidere Mœrim: & obmutescentia consecuta est. Sed Menalcas referet tibi satis ista carmina. s. cum uenerit. Tu ducis in longum nostros amores, id est, cupiditatem nostram causando, id est, causas afferendo. Et omne æquor stratum, id est, immotum & tranquillum silet tibi, id est, præstat silentium. & aspice omnes auræ murmuris uentosi ceciderunt. & hinc. id est, ab hoc loco uia est nobis adeo media. namq; sepulchrum Bianoris. i. Ochni Mantuæ conditoris incipit apparere. hic ubi agricolæ stringunt frondes densas, quas porrigant bobus. & ó Mœri canamus hic. & depone hic hœdos: tamen ueniemus in urbem: quia satis superest tempus. Aut si ueremur ne nox colligat pluuiam: quia tempore uespertino plærũq; pluit. licet, id est, licitũ est ut eamus cantantes usq;, id est, semper. & ut. id est, ita quod eamus cantantes. ego leuabo te hoc fasce, id est, his hœdis quos uehis. O puer desine plura á me petere, & agamus quod nunc instat. Quia tunc melius canemus carmina cum ipse Menalcas uenerit.

¶ Aegloga decima & vltima. Poëta
de Galli insano amore.



Xtremum hunc Arethusa mihi concede laborem;
Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?
Sic tibi cum fluctus subtus labere Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat vndam.
Incipe sollicitos Galli dicamus amores:
Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.
Non canimus surdis: respondent omnia syluæ.
Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ
Naiades, indigno cum Gallus amore periret?
Nam neq; Parnassi vobis iuga, nam neq; Pindi
Vlla moram fecere: neq; Aonia Aganippe.
Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricæ:
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant & oues circum, nostri nec pœnitet illas,
Nec te pœniteat pecoris diuine poëta:

Gallus Asinij Pollionis filiꝰ poëta fuit. Hũc increpat poëta hic, qđ se nimiũ discruciet: qđ á se sit alienata puella, est autẽ ciuilis increpatio.

¶ *Ecphrasis.*

Extremum. Gallum poëtam amicum suum consolatur: quod Lycoris amica illo relicto se in Germaniam cum alio amatore contulit. Dicit itaq;. O Arethusa, nympha est fontis Syracusani, unde fuit Theocritus, concede mihi hunc extremum laborem: quia adhuc pauca carmina sunt dicenda meo Gallo: sed quæ ipsa Lycoris legat. nam quis neget carmina Gallo? qui maximus est poëta. O Arethusa incipe dicamus amores sollicitos Galli. Sic adiurãtis est cũ tu subter labere fluctus sicanos. i. siculos. Doris amara. i. mare non intermisceat suam undam. nam ut in. iij. æñ. dixit ab Elide habet origine fons. Dũ capellæ simæ. i. romas Hispaniæ attõdẽt. i. pascũtur uirgulta tenera, nos tanq̃ pastores nõ canimus surdis, quia syluæ respõdẽt oĩa per Echo. O puellæ Naiades. i. o musæ, q̃ nemora, aut q saltus habuere uos. i. ubi eratis, cũ Gallus periret amore indigno. Nã neq; iuga Parnasi montis in Phocide: neq; iuga Pindi Thessaliæ mõtis fecerũt uobis ullã morã, neq; Aganippe fons Aoniæ. i. Bœotiæ fecit uobis ullam morã. Lauri etiam fleuerunt illum. s. Gallum, & myricæ fleuerunt illum. i. conmiserantes consolati sunt. Et Mænalus mons Arcadiæ Pinifer: & saxa Lycei gelidi fleuerũt illum. Et oues stant circum. neq; pœnitet illas nr̃i. Et o poeta diuine nõ pœniteat te pecoris. i. bucolici carminis.

Et formosus oues ad flumina pauit Adonis.
Venit & vpilio: tardi venere bubulci:
Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
Omnes, vnde amor iste, rogant: tibi venit Apollo:
Galle quid insanis? inquit: tua cura Lycoris
Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.
Venit & agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
Pan Deus Arcadiæ venit: quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem:
Et quis erit modus? inquit, amor non talia curat,
Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.
Tristis at ille tamen: Cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc vestris: soli cantare periti
Arcades, o mihi tum quam molliter ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores.

¶ Ecphrasis.

Et pro quia. Adonis formosus pauit oues ad flumina. Adonis autem Cynaræ ex Myrrha filius fuit. & Opilio venit, id est, ouium pastor. & bubulci tardi venerunt, id est, pastores porcorum. & Menalchas venit vuidus de glande hiberna, & hic custos porcorum erat. Omnes rogant, id est, interrogant. iste amor vnde venit tibi ò Galle. & Apollo inquit, quid ò Galle insanis? quia Lycoris tua cura, id est, tuus amor secuta est alium per niues atq; castra horrida, quia vt diximimus in Germaniam est profecta. Et venit præterea syluanus, Deus syluanus cum honore syluestri capitis, id est, coronatus. quassans, id est, concutiens ferulas florentes & grandia lilia. Etiam Pan Deus Arcadiæ venit, quem nos ipsi vidimus rubentem baccis sanguineis ebuli, qui est frutex similis sambuco & in folijs & in baccis, & rubentem præterea minio. Et inquit Pan, quis modus, id est, finis erit. quia amor non curat talia, id est, non curat amatorum lachrymas. nec amor satiatur lachrymis, nec gramina, id est, prata saturantur riuis, nec capellæ saturantur fronde, nec apes saturantur cytiso. Tamen ille Gallus tristis inquit. O Arcades soli periti cantare hæc in montibus, id est, amatoria carmina. Arcades inquam ó, id est, vtinam ossa quiescant mihi tunc quam molliter. atq; vtinam vestra fistula dicat olim meos amores.

Figit Gallum respõdentem, ut magis ob oculos ponat hominis insaniam.

Atque vtinam ex vobis vnus, vestriq; fuissem
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.
Certe siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
Seu quicunq; furor (quid tum, si fuscus Amyntas?
Et nigræ violæ sunt, & vacinia nigra)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret.
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes: hic mollia prata Lycori:
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer æuo.
Nunc insanus amor duri me Martis in armis,
Tela inter media, atq; aduersos detinet hostes.
Tu procul a patria (nec sit mihi credere tantum)
Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni
Me sine sola vides, ah te ne frigora lædant:
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas,
Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu

¶ *Ecphrasis.*

Atq; utinã ego fuisſẽ un⁹ ex uobis. i. pastor sicut uos estis, aut custos gregis, aut uinitor uuæ maturæ. i. uindemiator. Certe siue Phyllis esset mihi furor. i. amor siue Amyntas, seu quicũq; alius furor iacerent mihi intra salices sub uite lenta. i. flexibili. & per parenthesim dixit, quid tum si Amyntas est fuscus, id est, niger, & uiolæ sunt nigræ & uacinia sunt nigra. sed nihilominus appetuntur. Et tunc Phyllis legeret mihi serta ex floribus. & Amyntas cantaret. O lycori hic sunt fontes gelidi & prata mollia, id est. suauia & nemus est hic. Et ego consumerer tecum hic ipso æuo, id est. in ætate mea. Sed nunc amor insanus, qui homines insanos facit, detinet me, id est, illam quam ego amo in armis Martis duri, & detinet me inter tela & inter hostes aduersos, quia ut diximus Lycoris Antonij Castra in Germania est prosecuta. Sed tu ó Lycori procul á patria, id est, Roma ah dura uides niues alpinas, id est, alpium, qui sunt montes inter Germaniam & Italiam dicti á niuium albedine, & uides frigora Rheni fluuij Germaniæ, uides inquam sola sine me. ah commiserantis est timeo ne frigora lædant te. & ne glacies aspera secet plantas teneras. ibo & modulabor, id est, cantabo auena pastoris siculi, id est, stilo Theocriti, qui, ut sæpe diximus, ex Sicilia fuit, carmina quæ sunt condita mihi, id est, á me uersu chalcidico.

Carmina, pastoris Siculi modulabor auena,
Certum est in syluis, inter spelæa ferarum
Malle pati, tenerisq; meos incidere amores
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores.
Interea mistis lustrabo Mænala Nymphis:
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare saltus.
Iam mihi per rupes videor, lucosq; sonanteis
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula: tanquam hæc sit nostri medicina furoris:
Aut Deus ille malis hominum mitescere discat.
Iam neq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite syluæ.
Non illum nostri possunt mutare labores,
Nec si frigoribus medijs, Hebrumq; bibamus,
Sithoniasq; niues hyemis subeamus aquosæ:
Nec si cum moriens alta liber aret in ulmo:
Aethiopum versemus oues sub sydere Cancri.

Disceptat quorsum se conferat amorē euitaturus

¶ *Ecphrasis.*

Constat enim Gallū poetā ex Euphorione Poeta Chalcidico transtulisse opus quoddam. est enim Chalcis in Euboea ciuitas. Certum est.i.decretum & delibera tum male pati in syluis inter spelæa ferarū. i. speluncas, et incidere meos amores i.carmina de meis amoribus arboribus teneris.i.in corticibus illarū. Crescent illæ arbores, & ó amores uos crescetis cum illis, interea ego lustrabo Mænala mixtis Nymphis.i.mixtus ego cum illis. Et uenabor acres apros.i.fortes, & non ulla.i. nulla frigora uetabunt me circundare canibus saltus Parthenios, Parthenius mons est Arcadiæ. Iam uideor mihi ire per rupes & lucos sonantes. & libet mihi torquere.i.iaculari spicula.i. sagittas Cydonia, id est, cretensia. tāquam hæc sit medicina nostri furoris.i.amoris.aut ille Deus.i.Cupido discat mitescere malis hominū. Iam neq; Amadryades, nec ipsa carmina placent nobis.i.neq; uenatio neq; poesis. & ó syluæ ipsæ concedite.i.recedite rursus. Nam nostri labores non possunt muta re illum.i.amorem. Ne si.i.non possunt mutare, etiam si bibamus hebrum fluuium Thraciæ frigidißimum in medijs frigoribus, & bibamus niues Sithonias.i.Thracias, nec etiā si uersemus oues sub sydere cancri in Aethiopia.cum liber, id est, cortex moriens propter siccitatem aret in ulmo alta, quod est per mediam æstatem.

Omnia vincit amor:& nos cedamus amori.
Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse poetam,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco,
Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus.
Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra:
Periodus Bucolica. Iuniperi grauis vmbra: nocent & frugibus vmbræ;
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

¶ *Ecphrasis.*

Omnia uincit amor, ergo & nos cedamus amori. O Diuæ, id est Musæ sat erit uestrum Pöetam, id est, Vergilium cecinisse hæc, dum sedet & texit fiscellam ex hibisco herba gracili. Vos Pierides Musæ facietis hæc carmina maxima Gallo, Gallo inquam, cuius amor tantum crescit mihi in horas. quantum alnus uiridis subijcit se uere nouo, id est, primo uere. Surgamus, perinde ac si sederet, & subdit causam, quia umbra solet esse grauis cantantibus. umbra dico iuniperi. nam umbræ nocent frugibus. Ideo ó capellæ ite domum, quia Hesperus uenit.

PVBLII VERGILII MARONIS PARTHENIAE MANTVANI BVCOLICON FINIS.

PVB. VERGILII MARONIS PARTHENIAE Mantuani Georgicon Liber Primus.

AD MECOENATEM.

TETRASTICHON OVIDII NASONIS IN PRIMVM LIBRVM GEORGICON.

QVID faciat lætas segetes, quæ sydera seruet
Agricola: vt facilem terram proscindat aratris.
Sæmina quo iacienda modo, cultusq; locorum
Edocuit, messes magno cum fœnore reddi.

¶ *Ecphrasis.*

Quid faciat. In hoc Tetrasticho dicit quid in primo libro Georgicorum Vergilius exequatur. Nam dicit quid faciat segetes lætas. & quæ syndera agricola seruet. vt proscindat facilem terram aratris. Edocuit quo modo semina sint iacienda. & cultus locorū, edocuit messes reddi olim magno cū fœnore.



VID faciat lætas segetes, quo sydere terram
Vertere Mecœnas vlmisq; adiungere vites *Propositio.*
Conueniat quæ cura boū, qui cultus habēdo
Sit pecori, atq; apibus quāta experiētia parcis
Hinc canere incipiā. Vos o clarissima mundi *Inuocatio.*
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,

¶ *Ecphrasis.*

Quid faciat. Quibus de rebus dicturus sit proponit, dicēs ad Mecœnatem, cui opus dedicatur. O Mecœnas ego incipiam canere hinc quid faciat segetes lætas. i. terras pingues. & quo sydere. i. tempore conueniat vertere terrā. id est, arare. qđ facit in primo libro. & quo tēpore conueniat adiungere uites ulmis, qđ facit in secūdo. & quæ cura sit boū. & quis cultus sit habēdo pecori. qđ fit ī tertio. & quāta experiētia sit apib⁹ parcis. i. seruatricib⁹ mellis. q. fit in. iiij. lib.

Liber. & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista,
Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis:
Et uos agrestum præsentia numina Fauni,
Ferte simul Fauniq; pedem, Dryadesq; puellæ,
Munera uestra cano. Tuq; o cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Ceæ
Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipse nemus linquens patrium, saltusq; Lycæi
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis o Tegeæe fauens: oleæq; Minerua
Triptolemus. Inuentrix: unciq; puer monstrator aratri:
Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum,
Diq;, Deæq; omnes, studium quibus arua tueri,

¶ *Ecphrasis.*

Deinde inuocat dicens. O Liber & alma Ceres, id est, ó Sol & Luna, appositiue lumina mundi clarißima, quæ ducitis annum labentem cœlo, ferte pedem, si pro quia tellus mutauit glandem Chaoniam, hoc est, Epiroticam arista pingui, id est, frumento. & tellus miscuit pocula Acheloia, id est, Acheloi fluminis Acarnaniæ uuis inuentis, id est, uino. & hoc uestro munere, id est, uestro beneficio, quia Ceres inuentrix fuit frumẽti, Liber uero pater inuentor uini fuit. & uos ò Fauni Dij agrestes numina præsentia agrestium, id est, agricolarum ferte pedem. Et ò puellæ Dryades, quæ estis arborum Deæ, ferte simul pedem, id est, dirigite gressũ uel carminis ipsius pedẽ. Ego cano uestra munera. quia ó Dij uestro numine constant omnia de quibus scripturi sumus. et tu ò Neptune adsis, cui tellus percussa magno tridenti fudit. i. procreauit, equum frementem, quod est in ea contentione factũ, cum de imponendo nomine Athenis factum est certamen. & ò Aristæe cultor nemorũ adsis, cui tercẽtũ iuuẽci niuei tondẽt dumẽta. i. pascũtur nemora Ceæ insulæ. & ó Pan Tegææ. i. Arcas à Tegeæo Arcadiæ oppido adsis fauẽs si tua Mænala. i. montes Arcadiæ tibi dedicati sunt tibi curæ, linquens nemus patriũ id est, ipsa Mænala, & saltus Lycæi montis etiam Arcadiæ. & ó Minerua inuentrix oleæ adsis fauens. & ó puer. i. Triptoleme monstrator aratri unci adsis. & ó Syluane ferens pro baculo cupressum teneram à radice adsis. & uos ó Dij &

Quiq; nouas alitis nonnullo semine fruges:
Quiq; satis largum cælo dimittitis imbrem.
Tuq; adeo, quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia, incertum est; urbes ne inuisere Cæsar.
Terrarumq; uelis curam, & te maximus orbis
Autorem frugum, tempestatumq; potentem
Accipiat: cingens materna tempora myrto
An Deus immensi uenias maris: ac tua nautæ
Numina sola colant, tibi seruiat ultima Thule,
Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis:
An ne nouum tardis sydus te mensibus addas,
Qua locus Erigonem inter, Chelasq; sequentes
Panditur. ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius & cæli iusta plus parte relinquit.
Quicquid eris (nam te nec sperent Tartara regem:
Nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido,
Quamuis Elysios miretur Græcia campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)

Alias nullo de semine.

Hic Augustũ Cæsarẽ inuocat, tãquã deũ potentißimum.

Virgo Chelæ.

Scorpius. Scilicet q Scorpius duorũ syderũ spatium obtinebat, q Libram ueteres ignorabant.

¶ *Ecphrasis.*

Deæ omnes quibus studiũ est tueri arua, subaudi, adeste. & qui alitis nouas fruges nonullo semine. i. aliquo. & qui dimittitis cœlo. i. ex cœlo imbrẽ largũ. i. abundãtẽ. satis. i. sulcis seminatis. & tu ó Cæsar, & repetendũ est uerbũ ab inferioribus, quẽ te adeo incertũ est, quæ concilia deorũ sint habitura. i. qualis deus esse uelis. ne. i. an uelis inuisere vrbes & curã terrarũ. & maximus orbis accipiat te auctorẽ frugũ et potentẽ tẽpestatũ. q. d. sis Deus agricolarũ. An tu cingẽs tẽpora. i. caput myrto materno. i. Veneris. á qua August⁹ p Iuliũ Cæsarẽ ducebat originẽ. uenias. i. sis De⁹ maris ĩmẽsi, ac Nautæ colant tua sola numina, et ultima Thule ĩsula in fine plagæ septẽtrionalis seruiat tibi. & Thetis emat te generũ sibi omnib⁹ undis, quas tibi dotales cũ aliqua filia tradat. An ne addas te nouũ sydus mẽsib⁹ tardis. i. Iulio & Augusto, hoc est, Cãcro et Leoni. qua. i. ea parte cæli qua loc⁹ pãdit' inter Erigonẽ. i. signũ Virginis & Chelas sequẽtes. i. Scorpionẽ, qui occupat suis brachijs signũ Libræ. Ideo dicit ipse Scorpi⁹ ardẽs, ꝑpterea qđ' ẽ dom⁹ Martis, contrahit iã tibi brachia, et relinqt tibi plus iusta parte cœli. qa Scorpiõis signũ totũ fere Libræ spaciũ occupat, qcquid eris. i. quicũq; de⁹, da fcilẽ cursũ. et p parẽthesim dixit. nã tartara non sperẽt te regẽ, nec cupido regnãdi tã dira ueniat tibi, ut uelis esse Rex inferorum, quamuis Græcia miretur cãpos Elysios, et Proserpina repetita á Cerere.

Da facilem cursum,atq; audacibus annue cœptis,
Ignarosq; viæ mecum miseratus agrestes
Ingredere:& votis iam nunc assuesce vocari.
Vere nouo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur,& Zephyro putris se gleba resoluit,
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere,& sulco atritus splendescere vomer.
Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ,bis quæ solem,bis frigora sensit:
Illius immensæ ruperunt horrea messes.
Discrimina soli. At prius,ignotum ferro quam scindimus æquor,
Ventos,& varium cœli prædiscere morem
Cura sit:ac patrios cultusq; habitusq; locorum:
Et quid quæq; ferat regio,& quid quæq; recuset.
Hic segetes,illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi,atq; iniussa virescunt

¶Ecphrasis.

Atq; annue cœptis meis audacib9,et tu miseratus agrestes,id est,agricolas ignaros uiæ,id est,artis agricolandi. ingredere mecum & assuesce uocari uotis quasi Deus.Iam nunc cum mortalis es.Deinde prosequitur opus propositum dicens.Iam tunc.id est,ab eo tempore taurus incipiat mihi gemere aratro depresso.sulcet arando,& uomer incipiat splendescere attritus,id est.dum sulco atteritur.cum humor gelidus,id est,nix liquitur.i.liquescit in montibus canis.i.ppter niues albis.et gleba putris resoluit se,quod est in primo uere. Illa seges demum respondet uotis auari agricolæ,quæ sentit bis solem & frigora,semel in Vere & iterum in Autumno,quod fit quia tunc per diem est calor,& per noctes frigus. & messes immensæ illius segetis.id est,terræ ruperunt horrea præ frumenti copia. At priusquam scindimus arando æquor,id est,campum terræ ignotum.cura sit nobis prædiscere morem cœli uarium,id est,aeris & locorum diuersitatem,& discere cultos patrios & habitus,id est.dispositiones locorum.& quæq; regio quid ferat,id est,gignat.& quæq; Regio quid recuset ferre. Hic,id est,in una Regione segetes ueniunt fœlicius,id est,fertilius.& illic,id est,in alia Regione uuæ ueniunt fœlicius.& alibi,id est,in alia Regione fœtus arborei,id est,poma ueniunt fœlicius,atq; gramina inuisa,id est,odiosa aratris uirescunt.

Gramina, non ne uides, croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus
Castorea Eliadum palmas Epeiros equarum.
Continuo has leges, æternaq; fœdera certis
Imposuit natura locis: quo tempore primum
Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem
Vnde homines nati, durum genus. Ergo age terræ
Pingue solum primis extemplo a mensibus anni
Fortes inuertant tauri: glebasq; iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.
Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ:
Hic, sterilem exiguus ne deserat humor arenam.
Alternis idem tonsas cessare nouales,

Discrimina agrorū

¶ Ecphrasis.

Nonne uides ut Tmolus mons Ciliciæ mittit odores croceos, id est, crocum. & india mittit ebur. & Sabæi molles, id est, effœminati mittunt sua thura, id est, propria, quia nusquam est thus præterquam in Arabia. At Chalybes nudi mittunt ferrum, & Pontus Regio Asiæ mittit Castorea uirosa. & Epyrus mittit palmas equarum Eliadum. id est, mittit equas, quæ consequantur palmas in Elide, ubi celebrantur ludi Olympici. Natura imposuit has leges & fœdera æterna continuo, id est, statim quo tempore primum. Deucalion iactauit lapides in orbem uacuum. Vnde, id est. ex quibus lapidibus homines nati. appositiue. durum genus. Ergo age, id est, eia tauri fortes inuertant, id est, arent pingue solum à primis Mensibus anni, id est. in initio Veris Et æstas puluerulenta coquat glebas iacentes solibus maturis. id est, maximis caloribus. At i. sed si tellus non fuerit fœcunda, id est, fertilis sat erit suspendere sulco, id est, aratro suspenso arare sub ipsum Arcturum, id est, quo tempore Arcturus constellatio oritur. Et hoc ne illic, hoc est, in terra pingui herbæ noceant frugibus lætis, id est, pinguibus. Et hic, id est, in terra sterili humor exiguus non deserat harenam sterilem. Et tu idem ò Agricola patiere, id est, patieris campum segnem durescere situ. id est, squallore et incultura, et patieris nouales tonsas, id est, terras postquam sunt de-

Sydere ali as semine.

Et segnem patiere situ durescere campum.
Aut vbi flaua seres mutato sydere farra,
Vnde prius lætum siliqua quassante legumen,
Aut tenues fœtus uiciæ, tristisq; lupini
Sustuleris fragiles calamos, syluamq; sonantem.
Vrit enim lini campum seges, urit auenæ:
Vrunt lethæo perfusa papauera somno.
Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum
Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neue
Effœtos cinerem immundum iactare per agros,
Sic quoq; mutatis requiescunt fœtibus arua,
Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.
Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atq; leuem stipulam crepitantibus urere flammis:
Siue inde occultas uires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt; siue illis omne per ignem

¶ *Ecphrasis.*

messæ, cessare alternis, supple annis, ita quod alternatim terræ arentur. Aut tu ó Agriccola ibi seres farra flaua propter spicarum colorem sydere, id est, tempore mutato, unde sustuleris prius legumen lætum, siliqua, id est, uagina illa leguminis quassante, id est, quassata & decussa, aut sustuleris fœtus uiciæ tenuis, scilicet, leguminis, aut sustuleris calamos fragiles lupini & syluam sonantem, quia legumina in vaginis sonant. enim. i. sed seges lini, id est, linum vrit campum, & seges auenæ vrit campum, & papauera perfusa somno Lethæo, quia somnum & obliuionem commanducata faciunt, vrunt campum. Sed tamen labor facilis est alternis. non solum in terris, sed etiam in rebus cæteris. tantum ne pudeat saturare sola, id est, campos fimo, id est, stercore pingui ab effectu. neue pudeat iactare cinerem immundum per agros effœtos, id est, exhaustos & defessos. si arua quoque quemadmodum & cæteræ res requiescunt fœtibus mutatis. Nec nulla gratia immo aliqua vtilitas est interea terræ inaratæ. Etiam profuit interdum incendere agros steriles, atque vrere stipulam leuem flammis crepitantibus, id est, quæ crepant cum comburuntur. & hoc propter causas quatuor. Siue quia terræ concipiunt inde, id est, ab incendio vires occultas & pabula pinguia, id est, vim stercoris, siue quia

Excoquitur vitium,atq; exudat inutilis humor:
Seu plures calor ille vias,& cæca relaxat,
Spiramenta,nouas veniat qua ſuccus in herbas:
Seu durat magis,& venas aſtringit hianteis,
Ne tenues pluuiæ, rapidi ue potentia Solis
Acrior, aut Boreæ penitrabile frigus adurat.
  Multum adeo,raſtris glebas qui frangit inertes
Vimineaſq; trahit crates,iuuat arua:neq; illum
Flaua Ceres alto ne quicquam ſpectat Olympo:
Et qui proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga,
Rurſus in obliquum verſo perrumpit aratro,
Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis;
Humida ſolſtitia, atq; hyemes orate ſerenas (Tĕpeſtates)
Agricolæ, hyberno lætiſſima puluere farra,
Lætus ager: nullo tantum ſe Mœſia cu ltu (Myſia codices peruetuſti habent.)
Iactat, & ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.

¶ *Ecphraſis.*

omne uitium excoquitur illis terris per ignem, & humor inutilis ſudat per ignem. Seu quia ille calor relaxat plures uias & ſpiramenta cæca, id eſt, aperit poros. qua,id eſt, per quos ſuccus ueniat in herbas frumenti nouas. Seu quia ille calor magis durat, id eſt, indurat & aſtringit uenas hiantes, id eſt, poros apertos,ne pluuiæ tenues,aut potentia acrior Solis rapidi,aut frigus Boreæ penetrabile,id eſt, quod penetrat adurat terras. & ille Agricola adeo multum iuuat arua, qui frangit glebas inertes, id eſt, concretas duricie, & trahit crates uimineas. Neq; Ceres flaua ne quicquam, id eſt, fruſtra ſpectat illum ab alto cælo. & ille multum iuuat arua, qui perrumpit rurſus in obliquum, id eſt, in tranſuerſum uerſo aratro terga.i. glebas, quæ ſuſcitat, id eſt, erigit. & ille frequens, id eſt, frequenter exercet tellurem atq; imperat aruis, ut procreent quod uult. O Agricolæ optate,atq; á Dijs immortalibus petite humida ſolſtitia, id eſt, pluuias tempore æſtatis,in qua contingit ſolſticium æſtiuale, & orate hyemes ſerenas, id eſt, non pluuioſas, quia farra,id eſt,frumenta ſunt lætiſsima puluere hyberno. & ager eſt lætus puluere hyberno, id eſt, non pluuioſo. & Mœſia Regio Aſiæ fertiliſsima nullo cultu tantum iactat ſe, quantum puluere hyberno, & ipſa Gargara mirantur ſuas meſſes. & ſunt Gargara Mœſiæ montes.

Quod autem Mœsia per.œ. scribatur, Seruio de fluxit, qui ciuitatē á regione ea scriptura distingui putat. Stephanus tamen & regionem et ciuitatem mosiam uocat.

Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur: cumulosq; ruit male pinguis arenæ:
Deinde satis fluuium inducit, riuosq; sequentes:
Et cum exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.
Quid qui ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba,
Cum primum sulcos æquant sata: quiq; paludis
Collectum humorem bibula deducit arena.
Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo,
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.
Nec tamen (hæc cum sint hominumq; boumq; labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,

¶ *Ecphrasis.*

Quid dicam quantum ille iuuat arua, qui iacto semine, id est, post factam sementem insequitur arua cominus, id est, prope & cum manibus, & ruit, id est, euertendo adæquat cumulos, id est, eminentias arenæ male pinguis, id est, sterilis deinde inducit fluuium satis, id est, terræ seminatæ, & riuos, id est, fluxus aquæ sequentes ipsa sata. Et cum ager exustus propter calorem æstuat herbis morientibus, ecce ille Agricola elicit, id est, attrahit undam ex supercilio tramitis cliuosi, id est, ex cacumine alicuius montis. illa unda cadens ciet, id est, mouet uel concitat murmur raucum per saxa læuia, & temperat arua sitientia scatebris, id est, ebulationibus aquæ. & quid dicam quantum ille iuuat arua, qui per pecudes ac depascit luxuriam segetum, id est, foliorum superfluitatem in herba tenera, quod facit ne culmus procumbat in aristis, id est, spicis grauidis propter multa grana, quod faciendum est, cum primum sata æquant sulcos. Et ille multum iuuat arua, qui deducit ex harena bibula humorem paludis collectum præsertim si amnis abundans in mensibus anni incertis, qualis est Februarius exit ex alueo suo, & tenet omnia late limo obducto, id est, superinducto agris, unde. i. ex cuius fluminis alluuione lacunæ cauæ sudant humore tepido, id est, nociuo. Et cum labores hominum & boum, id est, agricultura, sint experti hæc superiora uersando terram, id est, arando, nec tamen nihil, immo aliquid anser improbus.

Strymoniæq́ grues, & amaris intuba fibris
Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipse colendi
Haud facilem esse viam uoluit, primusq́ per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui passus sua regna veterno.
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Ne signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant: ipsaq́ tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Ille malum virus serpentibus addidit atris:
Prædariq́ lupos iussit, pontumq́ moueri:
Mellaq́ decussit folijs: ignemq́ remouit:
Et passim riuis currentia vina repressit:
Vt varias vsus meditando extunderet artes
Paulatim: & sulcis frumenti quæreret herbam:
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.

Omniũ re rum communio.

¶ *Ecphrasis.*

Et grues strymoniæ, id est, qui ad nos ueniunt ex Strymone fluuio Thraciæ. et intyba fibris amaris, id est, cicorea, quæ habent radices amaras officiunt, id est, nocent, aut etiam umbra arborum nocet. Pater ipse Iuppiter uoluit uiam, id est, rationem colendi, non esse facilem. & ille primus mouit agros per artem, id est, moueri & arari iußit. acuens .i. excitans curis corda mortalia, id est, humana. nec passus est sua regna torpere .i. lãguere ueterno .i. hidropisi graui .i. quæ homines facit graues. Nulli coloni subigebant arua, id est, arabant ante Iouem. nec erat fas signare aut partiri campum limite. Sed quærebant in medium, id est, in commune. & ipsa tellus ferebat omnia liberius, id est, uberius nullo poscente. Ille Iupiter addidit malum uirus serpentibus atris. & iußit lupos prædari, scilicet pecudes, & iußit pontum moueri, id est, nauigari & decußit mella folijs, quæ prius ex arboribus sponte fluebant. ignemq́; remouit, id est, in silicibus abscondidit. & repreßit, id est, occultauit uina paßim, id est, ubiq́; currentia riuis, id est, riuatim, quæ omnia Iuppiter fecit, ut usus, id est, experientia excuderet .i. inueniret artes uarias meditando, id est, exercendo paulatim quia sic facta sunt additamẽta. & usus quæreret herbam frumenti in sulcis, hoc est, arando per uim ex terra frumenta elicerent. Et ut usus excuderet, id est, cudendo eliceret ignem abstrusum, id est, clausum in uenis silicis lapidis, unde ignis excuditur.

Nautæ primi obseruarunt stellas.

Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas:
Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit,
Pleiades, Hyades, claramq; Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, & fallere uisco
Inuentum: & magnos canibus circundare saltus.
Atq; alius latum funda iam uerberat amnem,
Alta petens: pelagoq; alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor: atq; argutæ lamina serræ:

Allas primum.

Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.
Tum uariæ uenere artes. labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.
Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit: cum iam glandes, atq; arbuta sacræ
Deficerent syluæ, & victum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus. ut mala culmos
Esset rubigo: segnisq; horreret in aruis

¶ *Ecphrasis.*

Tunc primum fluuij senserunt alnos cauatas, id est, naues, hoc est, nauigationem. Et Nauita, id est, Nauta tunc primum fecit numeros & nomina stellis, hoc est Pleiadas, Hyades, & Arcton claram Lycaonis, id est, Vrsam clarã stellis, in quã Callisto Lycaonis filia dicitur esse conuersa. Tunc etiam inuentũ est captare feras laqueis, & inuentum est fallere uisco, scilicet aues, & inuentum est circundare magnos saltus canibus in uenatione. Atq; alius piscator petens alta, id est, profunda uerberat amnem latũ funda, id est, reti. & alius trahit. i. educit pelago lina, id est, retia humida. Tunc rigor, id est, duricies ferri fuit, atq; lamina serræ arguta fuit. Nam primum, id est, antea scindebant homines robur fissile, id est, quod potest findi cuneis. Tunc etiam artes uariæ uenere. quia labor improbus, id est, nimius, & egestas urgens in rebus duris omnia uincit. Prima Ceres instituit mortales, id est, docuit homines uertere terram ferro, id est, uomere, cum iam syluæ sacræ deficerent glandes & arbuta, id est, non procrearunt ea, quæ prius ferebant. & Dodona sylua Epyri sacra Ioui glandibus abundans tunc negaret uictum, id est, glandes, quibus antea uiuebant. Mox, id est, deinde labor fuit additus frumentis, ut mala rubigo esset, id est, destrueret culmos, id est, frumenti calamos. & est rubigo cum frumenta nebula corrumpuntur.

Carduus: intereunt segetes, subit aspera sylua,
Lappæq;, tribuliq;, interq; nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes vmbras, uotisq; uocaueris imbrem,
Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum;
Concussaq; famem in syluis solabere quercu.
Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma,
Queis sine, nec potuere seri nec surgere messes:
Vomis, & inflexi primum graue robur aratri,
Tardaq; Eleusinæ matris voluentia plaustra,
Tribulaq;, traheæq;. & iniquo pondere rastri:
Virgea præterea Celei: vilisq; supellex,
Arbuteæ crates. & mystica vannus Iacchi.
Omnia quæ multo ante memor prouisa repones:

Agricolarum arma

¶ *Ecphrasis.*

Et carduus segnis, id est, sterilis horreret in aruis, id est, asper spinis esset segetes ex eo intereunt, & lappæ, & tribuli, appositiue sylua aspera, id est, spinosa subit, id est, succrescit, & lolium infelix, id est, sterile & auenæ steriles, quia sunt & fructuosæ, dominantur inter culta uirentia, id est, agros nimio cultu uirentes. Quod. i. sed, nisi insectabere terrã rastris aßiduis, propter illud quod dixit, exercetq; frequens tellurem. & terrebis aues sonitu propter anseres & grues, & premes falce umbras ruris opaci. propter illud aut vmbra nocet. & vocaueris imbrem votis, quia dixit orate solsticia humida, heu frustra spectabis magnum aceruum alterius, id est, vicini. Dicendum est præterea, & quæ arma sint, id est, instrumenta duris agrestibus, id est, Agricolis, quis pro quibus nec messes potuere seri, nec surgere, id est, crescere. vomis primum & graue robur aratri inflexi. & plaustra tarda matris Eleusinæ, id est, Cereris voluentia, id est, quæ in orbem voluuntur. tribulaq; instrumenta, quibus messes teruntur. Traheæq;, genus vehiculi, quod per niues trahitur, & rastri pondere iniquo, id est, immoderati ponderis. Præterea supellex virgea Celei & vilis, id est, texta ex uiminibus, quæ Celeo sunt à Cerere reuelata. & crates arbuteæ, id est, textæ ex virgis arbuti arboris. & vannus mystica Iacchi, id est, sacra, quæ omnia tu memor repones suis in locis multo ante prouisa.

Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in ſyluis magna vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.
Huic a ſtirpe pedes temo protentus in octo.
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorſo,
Cæditur & tilia ante iugo leuis, altaq; fagus:
Stiuaq; quæ currus a tergo torqueat imos:
Et ſuſpenſa focis exploret robora fumus.
Poſſum multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenueſq; piget cognoſcere curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro.
Et vertenda manu, & creta ſolidanda tenaci:
Agrorum peſtes. Ne ſubeant herbæ, neu puluere uicta fatiſcat.
Tum uariæ illudunt peſtes: ſæpe exiguus mus
Sub terris poſuitq; domos, atq; horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ:

¶ *Ecphraſis.*

Si gloria diuini ruris manet te, id eſt, ſi gloriari uis ex agriculturæ ſtudio. Vlmus arbor inflexa magna ui, id eſt, pondere domatur continuo, id eſt, ſtatim in ſyluis in Burim, id eſt, in buris curuitatem. & ulmus accipit formam aratri curui. Temo aratri aptatur, id eſt, adiungitur huic buri protentus in octo pedes, & binæ aures aptantur huic, & dentalia dorſo duplici, id eſt, craſſo aptantur huic. & tilia arbor, uulgo teia, leuis cuius materia leuis eſt. cæditur ante iugo fabricando. & alta fagus cæditur iugo. & ſtiua etiam cæditur, quæ torqueat à tergo currus imos, id eſt, rotas in quibus aratrum inſidet more Italo. & fumus exploret, id eſt, examinet robora, id eſt, ligna ſuſpenſa focis. Poſſum ego referre tibi multa præcepta ueterum, ni pro niſi refugis, id eſt, piget te cognoſcere curas tenues, quales ſunt de agricultura. Area eſt quamprimum æquanda cylindro ingenti, inſtrumentum in formã columnæ, et uertenda eſt prius manu, ut facilius poſtea æquari poſſit & ſolidanda eſt creta tenaci, id eſt, glutinoſa, et hoc ne herbæ ſubeant. id eſt, ſub oriantur. uel area uicta puluere, id eſt. ſoluta ſiccitate fatiſcat, tunc variæ peſtes quas terra procreat illudunt, id eſt, nocent. Mus exiguus poſuit domos, id eſt, cauos ſub terris, & fecit horrea, id eſt, granaria. Atq; talpæ capti oculis fodere cubilia ſub terra.

& buſo

Inuentusq; cauis bufo: & quæ plurima terræ
Monstra ferunt, populatq; ingentem farris aceruum
Curculio, atq; inopi metuens formica senectæ.
Contemplator item cum se nux plurima syluis *Pronostica*
Induet in florem, & ramos curuabit olentes:
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnaq; cum magno veniet tritura calore.
At si luxuria foliorum exuberat vmbra, *luxuria:*
Nequicquam pingueis paleæ teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,
Grandior vt fœtus siliquis fallacibus esset,
Et quamuis igni exiguo properata maderent,
Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis

¶ *Ecphrasis.*

& bufo est inuentus cauis.i.cauernis: & inuenta sunt plurima mōstra, quæ terræ ferunt.i.procreant. & Curculio populat ingentē aceruū farris.i.destruit: & formica metuens senectæ inopi,i, fami senectutis populat ingentem aceruum farris. Item cum nux plurima.i.longa, hoc est amygdalus induet se in florem in syluis, & præ nimio pondere curuabit ramos olentes propter flores: contemplator si fœtus, id est, fructus superant: frumenta pariter sequentur, quia erit magna frumenti copia: & magna tritura ueniet cum magno calore. At si umbra exuperat luxuria foliorum, id est, sunt plures frondes quam fœtus, area ne quicquam, id est, frustra teret culmos pingues, id est, magnos paleæ. Equidem, id est, ego quidem uidi multos serentes. id est, seminantes, medicare, id est, medicamētis spargere, & perfundere semina illa prius nitro.i.sale ex terræ sudore: & amurca nigra.i. sanie illa quæ defluit ex oliuis cum detractum est oleū: & hoc faciunt ut grandior fœtus, id est, granum esset in siliquis fallacibus, id est, in uaginis illis leguminum, quæ plerunq; sunt inanes & nos fallunt: & illa properata, id est, properanter maderent, id est, conquerenter igni, quamuis, id est, quantum uis exiguo. Et uidi semina lecta, idest, electa diu & spectata, id est, probata multo labore, id est, diligentia, tamen uidi illa semina degenerare, id est, á prima generositate sua decidere: ni pro nisi, uis, id est, diligentia humana legeret manu

Maximaq́ quæq; manu legeret. sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.
Non aliter, quam qui aduerso vix flumine lembum
Remigijs subigit, si brachia forte remisit,
amne Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.
Præterea tam sunt Arcturi sydera nobis,
Hœdorumq́; dies seruandi, & lucidus Anguis,
Quam quibus in patriam ventosa per æquora vectis,
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Discrimina dierum. Libra die, somniq́; pares vbi fecerit horas,
Et medium luci, atq; vmbris iam diuidet orbem;
Exercete viri tauros, serite hordea campis,
Vsq; sub extremum brumæ intractabilis imbrem.
Necnon & lini segetem, & Cereale papauer
rastris Tempus humo tegere, & iamdudum incumbere aratris.

¶ *Ecphrasis.*

maxima quæq; supple grana: quotannis .i. omnibus annis. Sic quemadmodum semina: omnia alia ruere in peius fatis, id est, fatorum dispositione: & sub lapsa referri retro: non aliter quam ille qui subigit, id est, sursum agit uix .i. difficulter lembum .i. nauiculam remigijs .i. remigatione flumine aduerso, id est, sursum uersum. si forte remisit brachia: atque, id est, statim alueus fluminis rapit illum in præceps, id est, in præcipitium. amni prono, id est, deorsum. Præterea sydera Arcturi, quæ est constellatio septentrionalis. & dies hœdorum, qui etiam sunt ad septentrionem: & Anguis lucidus tam sunt nobis seruandi: quam illis, scilicet nautis quibus uectis in patriam per æquora uentosa, id est, uentis concitata: pontus, scilicet Euxinus, & fauces Abydi ostriferi tentantur. nam urbs est in angustijs Hellesponti ostreis abundans. Vbi, id est, postquam libra .i. æquinoctium Autumni fecerit horas diei pares horis somni, id est, noctis: & iam diuidet orbem, id est, paralellum quem tunc sol describit medium luci, id est, diei, & umbris, id est, nocti. O uiri exercete tauros, id est, arate: serite hordea campis: usque sub extremum imbrem brumæ intractabilis, quia terra est frigore concreta. Necnon tunc est tempus tegere humo, id est, seminare segetem lini, & papauer Cereale, id est, quod Ceres in querendo filiam esitauit, & incumbere, id est, operam dare aratris iamdudum.

Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis ſatio: tunc te quoq; Medica putres
Accipiũt ſulci, & Milio venit annua cura,
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerſo cedens Canis occidit aſtro.
At ſi triticeam in meſſem, robuſtaq; farra
Exercebis humum, ſoliſq; inſtabis ariſtis,
Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella Coronæ,
Debita quam ſulcis committas ſemina, quamq;
Inuitæ properes anni ſpem credere terræ.
Multi ante occaſum Maiæ cœpere, ſed illos
Expectata ſeges vanis eluſit auenis.
Si vero Viciamq; ſeres, vilemq; Faſelum,
Nec Peluſiacæ curam aſpernabere Lẽtis,

Satio fabarũ et milij.

auerſo.

Vergiliæ.

ariſtis.

¶ *Ecphraſis.*

¶ *Dum licet, id eſt, dum poſſumus, & dum nubila pendent, id eſt, nondum pluit. Satio eſt fabis Vere, id eſt, tempore uerno. Et o Medica ſulci putres tunc accipiunt te: & cura annua uenit Milio, ſcilicet ſerendo: cum taurus candidus aperit annum cornibus, id eſt, per Aprilem menſem, & Canis cedens occidit aſtro aduerſo, id eſt, occidit occaſu Heliaco. At ſi tu exercebis humum, id eſt, arabis in meſſem triticeam, id eſt, triticum, & farra robuſta, id eſt, ualida: & inſtabis ſolis ariſtis, id eſt, ſpicis: Atlantides Eoæ, id eſt, matutinæ, abſcondantur tibi, id eſt, occidant Coſmice: antequam committas ſulcis debita ſemina: & ſtella Gnoſia Coronæ ardentis decedat, id eſt, Corona Ariadnes Minois Regis Cretenſis filiæ decedat, id eſt, occidat Heliace antequam committas ſulcis debita ſemina, & antequam properes credere terræ ſpem anni, id eſt, ſementem ſerere. unde conſtat agricolæ totius anni ſpes: unde etiam ſpica dicitur á ſpe. Multi uero agricolæ ſementem cœperunt facere ante occaſum Maiæ, id eſt, antequam Pleiades occiderent Coſmice: ſed ſeges expectata propter ſpicas, ut ſupra diximus, eluſit illos uanis ariſtis, id eſt, ſpicis ſine granis. Si uero tu ſeres Viciam, & faſelum uilem, id eſt, parui precij legumina: nec aſpernabere curam Lẽtis Peluſiacæ, id eſt, quæ abundat in Aegypto, ubi eſt Peluſium.*

extēde, ali. expende

Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
Incipe: & ad medias sementem extende pruinas.
Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.
Q[u]inque tenent cælum Zonæ: quarum vna corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extremæ dextra, leuaque trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris.
Has inter, mediamque duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuum: & via secta per ambas,
Obliquus qua se signorum verteret ordo.
Mundus vt ad Scythiam, Riphæasque arduus arces
Consurgit: premitur Libyæ deuexus in Austros.
Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.
Maximus hic flexu sinuoso elabitur Anguis

ratio sphæræ & Zonarum.

Descriptio syderum.

¶ *Ecphrasis.*

Bootes constellatio septentrionalis mittet tibi signa temporis haud obscura, immo clara. Quare ó agricola incipe quo tempore diximus. & extende sementem, id est, sationem ad medias pruinas. Idcirco sol aureus i. splendens regit orbem dimēsum. i. distributum certis partibus per astra duodena i. per duodecim signa. quinque Zonæ tenent cælum. i. diuisum est cælum in quinque segmenta: quarum una semper rubens sole corusco: & torrida semper ab igni. i. calore solis. Quā circū duæ extremæ cōcretæ. i. cōgelatæ glacie cærulea. i. nigra, atque imbribus atris trahuntur á dextra & á leua. i. ab utraque mundi extremitate. Duæ. s. Zonæ concessæ mortalibus ægris, id est, hominibus inter has duas extremas & mediam, id est, inter duas extremas & torridam. & uia est secta, id est, trita per ambas, id est, inter ambas: qua ordo signorum obliquus uerteret se: quia semper sol discurrit inter duas temperatas per Zodiacum, qui est circulus signorum. Vt mundus, id est, oryzon arduus, id est, eleuatus consurgit ad Scythiam, & arces Riphæas. i. montes Riphæos qui sunt in Scythia. ille idem Horizon deuexus, id est, inclinatus premitur in Austros Libyæ. Hic uertex, id est. polus arcticus est nobis semper sublimis. at Styx atra, & manes profundi tenent illum, scilicet polum Antarcticum. Hic. i. circa hunc polum Arcticum maximus anguis elabitur

Incussum, aut atræ massam picis vrbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum. Quintam fuge: pallidus Orcus,
Eumenidesq; satæ: tum partu terra nefando
Cœumq;, Iapetumq; creat, sæuumq; Typhoëa:
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atq; Ossæ frondosum inuoluere Olympum.
Ter pater extructos deiecit fulmine montes: al. disiecit
Septima post decimam felix, & ponere vites,
Et prensos domitare boues, & licia telæ
Addere. nona fugæ melior: contraria furtis.
Multa adeo gelida melius se nocte dedere: Nox.
Aut cum Sole nouo terras irrorat Eous.
Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata melius stipulæ

¶ *Ecphrasis.*

Incussum ad molas manuarias: aut reportat massam picis atræ: ad dolia picanda, aut uina condienda. Ipsa Luna dedit alios dies felices operum alio ordine, id est, in quibus aliquid posset fieri feliciter. Fuge quintam Lunam, *id est, cum est dierum quinque, & subdit causam cur sit fugienda. quia* Orcus pallidus. *id est, niger inferorum deus, &* Eumenides *sunt satæ tali die.* Tum *etiam terra tali die creat, pro creauit, partu nefando* Cœum, & Iapetum, & Typhoëa *sæuum, & reliquos fratres, id est, gigantes coniuratos, id est, qui coniurauerunt rescindere cælum, id est, expugnare, ut pulso Ioue regnarent ipsi.* Ter *conati sunt gigantes impellere* Pelio *monti ossam montē, & inuoluere scilicet* Olympum *Ossæ.* Hi *tres maximi sunt montes* Thessaliæ *: quos gigantes componebant, ut per illos in cœlum ascenderent, & ter pater* Iuppiter *disiecit fulmine montes extructos, id est, congestos.* Septima *Luna post decimam, idest. xvij.* Luna *est felix ponere uites, id est, ad plantandum maleolos, & domitare boues prensos: & addere licia telæ, id est, ordiri telam.* Nona *est melior fugæ, id est, uolenti fugere. sed est contraria furtis.* Multa *opera rustica adeo, id est, ualde melius dedere se in nocte gelida: aut cum* Eous, *id est, aurora, quia* Eous *unus est ex equis* Solis, *interpretaturq; matutinus. irrorat, id est, rore spargit terras nouo sole, id est, oriente.* Stipulæ *leues, & prata arida melius*

al. noctes Tondentur, noctis lentus non deficit humor.
Et quidam ſeros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferroq; faces inſpicat acuto.
Interea longum cantu ſolata laborem
Arguto coniux percurrit pectine telas:
Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem,
al. trepidi Et folijs vndam tepidi deſpumat aheni.
At rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu:
Et medio toſtas æſtu terit area fruges.
colono est. Nudus ara, ſere nudus, hyems ignaua colono.
Otium hy Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur.
bernum. Mutuaq; inter ſe læti conuiuia curant:
Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit:
Ceu preſſæ cum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.
Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus,

¶ *Ecphraſis.*

Tondentur nocte, quia humor lentus noctis non deficit. Et quidam perui-gilat ad ignes hyberni luminis ſeros, id eſt, ad multam noctem productos, & inſpicat faces, immo falces ferro acuto, id eſt, falces meſſorias dentat. Interea dum hæc agricola facit, coniux ſolata cantu longum laborem: quia cantu ſubleuatur, percurrit telas, id eſt, texit pectine arguto, id eſt, ſonoro: aut decoquit Vulcano, id eſt, igne humorem dulcis muſti, id eſt, ſapam facit, & deſpumat folijs, quaſi cochleari undam, id eſt, feruorem ahe-ni tepidi, immo calefacti. At Ceres rubicunda, id eſt, triticum maturum ſucciditur, id eſt, ſecatur medio æſtu. & area terit fruges toſtas medio æſtu, ſub-auditur melius quam per noctem. Nudus ara, & nudus ſere, id eſt, antequam frigora hyemis ſuperueniant. quia hyems debet eſſe ignaua colono, id eſt, ocioſa. Agricolæ plærunque fruuntur parto, id eſt, acquiſito fri-goribus, id eſt, hyeme: & læti curant inter ſe conuiuia mutua, id eſt, recipro-ca. & hyems genialis inuitat, ſcilicet ad uoluptatem capeſſendam. Ceu, id eſt, quemadmodum carinæ preſſæ, id eſt, mercibus onuſtæ cum tetigere portum. & cum nautæ læti impoſuere coronas pupibus, quod faciunt cum in portus ſuos peruenerunt. Sed tamẽ tunc. i. per id tempus hyemis eſt tempus ſtringere glãdes

Circum, perq; duas in morem fluminis Arctos:
Arctos Oceani metuentes æquore tingi.
Illic (vt perhibent) aut intempesta silet nox
Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ:
Aut redit a nobis Aurora diemq; reducit:
Nosq; ubi primus equis Oriens afflauit anhelis,
Illic sera rubens accendit lumina Vesper.
Hinc tempestates dubio prædiscere cælo
Possumus: hinc messisq; diem, tempusq; serendi: *al. mẽsisq;.*
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat: quando armatas deducere classes:
Aut tempestiuam syluis euertere pinum. *al. in syluis*
Nec frustra signorum obitus speculamur, & ortus:
Temporibusq; parem diuersis quattuor annum.
Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa forent quæ mox cælo properanda sereno,

Quæ agẽda agricolæ domi, cũ p tẽpestatem foris esse nõ liceat.

¶ *Ecphrasis.*

circum duas Arctos. i. inter duas Arctos in morem fluminis. Arctos dico metuentes tingi. i. lauari in æquore Oceani: propter eam fabulam, quam Ouidius narrat in secundo libro Metamorphoseos. Vt perhibẽt. i. quẽadmodum dicunt Mathematici, aut nox intempesta semper silet illic. i. sub polo Arctico, quia sunt perpetuæ tenebræ: ideo dicit, & tenebræ densantur nocte obtenta: aut aurora redit á nobis ad illos, & reducit diem illis. Et ubi primus oriens afflauit nos equis anhelis, id est, tempore matutino, uesper rubens, quia uespertino tempore cælum plærumq; rubet, accendit lumina sera. sed differentia prima est á meridie ad septentrionem, secunda uero est ab oriente sole ad eius occasum. Hinc, id est, ab hac mundi ratione possumus prædiscere tempestates dubio cælo, id est, aëre. Et hinc possumus prædiscere diem messis, & tempus serendi: & quando conueniat impellere remis marmor infidum, id est, mare cui propter crebra pericula fidendum non est. Et quando conueniat deducere classes, id est, naues armatas. & quando conueniat euertere. i. cedendo deijcere syluis pinum tempestiuã. i. suo tempore. Nec frustra nos speculabimur obitus, & ortus signorũ, & annũ parẽ diuersis quattuor tẽporibus. quia & si tẽpora anni inter se diuersa sunt: annus tamẽ ãno par est. Si imber frigidꝰ cõtinet agricolã domi, scilicet quãdo. i. aliquãdo:

Maturare datur: durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem: cauat arbore lyntres:
Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis.
alias palos Exacuunt alij vallos, furcasque bicornes:
Atque Amerina parant lentæ retinacula viti.
Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga:
Nunc torrete igni fruges: nunc frangite saxo.
Quæ festis agẽda diebus. Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas, & iura sinunt: riuos deducere nulla
Relligio vetuit: segeti prætendere sepem:
Insidias auibus moliri: incendere vepres:
Balantumque gregem fluuio mersare salubri.
Sæpe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis: lapidemque reuertens

Son de Marthin de la fuente ¶Ecphrasis. anno Domini. 1621

datur illi maturare, id est, mature facere multa: quæ forent mox, id est, paulo post properanda, id est, properanter facienda cælo sereno: quo tempore alia deberent fieri, Arator procudit, id est, in incude acuit dentem uomeris obtusi: aut cauat lyntres, id est, nauiculas ex arbore: aut impreßit signum pecori in urendo, aut rubrica notando. aut impreßit numeros aceruis notando numerum modiorum. Alij exacuunt uallos ad sustentandas uites, & furcas bicornes ad illud idem: aut parant uiti lentæ retinacula Amerina, id est, ad uites uinciendas more Amerinorum, qui sunt Campaniæ populi. Et fiscina, id est, cistella texatur uirga rubea, id est, uimine á Rubis oppido, uel á colore. Nunc, scilicet per imbrem torrete fruges igni. & nunc frangite. i. comminuite. saxo. i. mola trusatili ad panes, uel pultes conficiendum. Quippe etiam fas, id est, religio: & iura humana sinunt exercere quædam diebus festis. Nulla relligio uetuit deducere riuos, cum ex agris satis opus est illos deducere, uel potius ad irrigandum inducere, & nulla relligio uetuit prætendere, id est, opponere sepem segeti: & moliri insidias, id est, laqueos auibus: & incendere uepres, id est, spinas: & mersare, id est, mergere in fluuio salubri gregem balantum, id est, ouium. Agitator, id est, agaso onerat sæpe oleo costas aselli tardi, id est, natura pigri: aut onerat illum pomis uilibus, id est, abiectis: quæ uendat in urbe, & reuertens ab urbe reportat lapidem

In primis venerare Deos: atq; annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis
Extremæ sub casum hyemis, iam vere sereno.
Tunc agni pingues & tunc mollissima vina,
Tunc somni dulces, densæq; in montibus vmbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho:
Terq; nouas circum felix eat hostia fruges;
Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes,
Et Cererem clamore vocent in tecta: neq; ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.
Atque hæc vt certis possimus discere signis,
Aestusq;, pluuiasq;, & agentes frigora ventos,
Ipse pater statuit, quid menstrua Luna moneret,

Pietas.

Ambarualia sacra.

¶ *Ecphrasis.*

¶ *In primis uenerare deos: atque tu operatus, id est, sacrificans in herbis lætis refer Cereri annua sacra, id est, sacrificia anniuersaria: quod facere debes sub casum hyemis extremæ, id est, cum hyems finitur: iam uere sereno, id est, cum sunt dies iam sereniores. Et cur eo tempore sacra sint Cereri facienda: subdit dicens. Tunc agni sunt pingues: & tunc uina sunt mollißima: quia defecata. tunc somni sunt dulces: & umbræ sunt densæ in montibus propter arborum nouas frondes. Cuncta pubes. i. iuuentus rustica adoret Cererem tibi. i. tuæ utilitati. Cui Cereri dilue fauos lacte & Baccho miti, id est, suaui. hoc est misce hæc oĩa, scilicet lac, uinum, & mel. & hostia fœlix ab effectu, hoc est uitula eat circum nouas fruges: quia tunc meßis est in herba. Quam uitulam omnis chorus, & socij ouantes comitentur: & uocent Cererem clamore in tecta. i. in domos suas: ut multum frumenti secum afferat. Nec quisquã supponat falcẽ messoriã aristis. i. spicis maturis antequam redimitus tempora. i. coronatus quercu torta. i. in coronã formata: det motus incompositos. id est. saltus: & dicat carmina, id est, hymnos in honorẽ Cereris. Atque ut nos poßimus hæc discere certis signis, & poßimus discere æstus & pluuias, & uentos agentes frigora i. excitantes. Ipse pater Iuppiter statuit: quid Luna menstrua. i. quæ mense conficitur moneret. i. tentaret facere.*

quid al. qđ Quo signo caderent Austri: quid sępe videntes
Agricolæ, propius stabulis armenta tenerent.
Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere: & aridus altis
Montibus audiri fragor: aut resonantia longe
Littora misceri: & nemorum increbescere murmur.
al. á curuis Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Quãdo nõ Clamoremq́ ferunt ad littora: cumq́ marinæ
sit tutũ na In sicco ludunt fulicæ: notasq́ paludes
uigare. Deserit, atq́ altam supra volat ardea nubem.
Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
al. umbrã Præcipites cælo labi, noctisq́ per vmbras
Flammarum longos a tergo albescere tractus.
Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas.
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.

¶ *Ecphrasis.*

& quo signo Austri caderent. quod agricolæ uidentes sæpe, tenerent, id est, continerent armenta propius, id est, propinquius stabulis. Ventis surgentibus, continuo aut freta, id est, fauces & angustiæ agitata, id est, commota incipiunt tumescere: & fragor aridus, id est, qui ex rebus fractis resultat incipit audiri. Aut littora longe resonantia incipiunt misceri, id est, perturbari: & murmur nemorum incipit increbrescere, id est uehementius fieri. Iam, scilicet tempestate instante unda male temperat se, id est, non abstinet á carinis curuis: cum, id est, quo tempore mergi uolucres marinæ celeres reuocant & ferunt clamorem ex æquore ad littora. Et cum fulicæ marinæ aues ludunt in sicco, scilicet littore. Et cum ardea auis nota deserit paludes notas, id est, consuetas: & uolat super altam nubem. Etiam tu uidebis stellas non stellas re uera, sed quæ uidentur esse stellæ, labi. i. discurrere præcipites, id est, ueloces cælo, id est, per aërem uento impendente, id est, iamiam aduentante: & uidebis etiam longos tractus flammarum albescere á tergo: quia stellæ illæ discurrentes relinquunt a tergo quasi semitam quandam lucis. Et uidebis sæpe stipulam leuem, & frondes caducas uolitare: aut uidebis plumas nantes colludere, id est, moueri in summa aqua, id est, in summitate aquæ, & hoc subaudi uento impendente.

Et lauri baccas oleamq́ꝫ, cruentaq́ꝫ myrta:
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis, Venatio hyberna.
Auritosq́ꝫ sequi lepores, tum figere damas.
Stuppea torquentur Balearis verbera fundæ.
Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudunt:
Quid tempestates Autumni, & sydera dicam?
Atq́ꝫ vbi iam breuiorq́ꝫ dies, & mollior Aestas,
Quæ vigilanda viris: vel cum ruit vmbriferum Ver. alias imbriferum.
Spicea iam campis cum messis inhorruit, & cum
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent?
Sæpe ego, cum flauis messorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam stringeret hordea culmo.
Omnia ventorum concurrere prælia vidi: De seditione, aut stulta multitudine dici potest.
Quæ grauidam late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems culmumq́ꝫ leuem, stipulasq́ꝫ volantes.

¶ Ecphrasis.

Et baccas lauri, & oleā, et myrta cruenta. i. grana myrti rubea. Tūc etiā est tēpus ponere pedicas. i. laqueos gruibus: & ponere retia ceruis: & sequi lepores auritos. i. longas aures habentes. tum etiam est tempus figere damas torquentem. i. circum caput agitantem uerbera stupea fundæ. i. ipsam fund., Balearis. i. cuius fuit usus frequens apud Baleares insulas Hispaniæ adiacentes. tunc dico, cum nix alta iacet: & cum flumina trudunt. i. impellunt glaciem. Quid dicam tēpestates Autumni & sydera. i. constellationes, & temporum mutationes. atq; ubi dies iam est breuior: & æstas est mollior. quia dies sunt breuiores, ideo dies magis temperati. Quid dicam, quæ sunt uigilanda uiris: uel etiam cum uer imbriferum præcipitatur, & ruit: & cum meßis spicea, id est, frumentum inhorruit campis, id est, crispatur. & cum frumenta lactentia, id est, cum grana lactescunt, turgent. i. inflantur in stipula uiridi. Ego uidi sæpe prælia omnia uentorum concurrere: cum agricola induceret messorem aruis flauis, id est, segetibus maturis: & iam stringeret, id est, meteret hordea culmo fragili: quia hordei calamus fragilis est: quæ, scilicet prælia uentorum eruerent late segetem grauidam expulsam sublime, id est, sublimiter ab imis radicibus. & ita hyems, id est, tempestas ferret turbine nigro culmū leuem, & stipulas uolantes.

Sæpe etiam immensum cœlo venit agmen aquarum,
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti sata læta, boumq; labores
Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt
Cum sonitu, feruetq; fretis spirantibus æquor.
Ipse pater media nimborum in nocte, corusca
Tonitrus. Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis strauit pauor: ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deijcit: ingeminant Austri, & densissimus imber.
Pronostica Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt.
q̃ tempesta Hoc metuens, cæli menses & sydera serua:
tes indicāt. Frigida Saturni sese quo stella receptet:
Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes.

¶ *Ecphrasis.*

Sæpe etiam agmen immensum, id est, impetus aquarum uenit de cælo. Et nubes collectæ ex alto glomerant, id est, inuoluunt fœdam tempestatem imbribus atris: & æther arduus ruit, id est, ruere uidetur per pluuiam: & diluit, id est, quasi diluuio dißipat pluuia ingenti sata læta, id est, pingula q;, pro id est labores boum. fossæ implentur pluuia: & flumina caua, id est, profunda crescunt cum sonitu. & æquor feruet fretis spirantibus, id est, ebullientibus. Ipse pater. i. Iuppiter molitur corusca fulmina. i. contorquet. dextra septimus casus est. In media nocte. i. obscuritate nymborum. i. tempestatū: quo motu. i. tonitru maxima terra tremit & concutitur. feræ fugerunt ex eo motu, & pauor humilis, id est humilians omnia strauit corda mortalia per gentes, id est, homines. ut Ouidius, & humanas motura tonitrua mētes. Ille Iuppiter deijcit fulmine, quod est illius telum, aut Athon, aut Rhodopen mōtes Thraciæ, aut alta Ceraunia, qui sunt Epiri montes. Austri ingeminant, pro ingeminantur. & imber densißimus ingeminatur. & plangunt ingenti uento. i. percutiunt: nunc nemora, nunc littora. Idcirco tu metuens hoc serua menses, & cœli sydera: & serua quo, id est, in quem locum, uel signum stella frigida Saturni receptet se: & ignis Cyllenius, id est, mercurius in quos orbes erret cœli. i. zodiaci. i. in quo signo uterq; horum planetarum sit.

At Boreæ de parte trucis cum fulminat, & cum
Euriq; Zephiriq; tonat domus, omnia plenis
Rura natant fossis: atq; omnis nauita ponto
Humida vela legit. nunquam imprudentibus imber
Obfuit: aut illum surgentem vallibus imis
Aëriæ fugere grues: aut bucula cælum
Suspiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo:
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus: & e pastu decedēs agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatim largos humeris infundere rores,

Varia pluuiæ uēturæ argumēta leguntur.

¶ *Ecphrasis.*

¶ *At cum fulminat de parte Boreæ trucis: qui uentus septētrionalis truculētissimus est: & cū domus Euri uenti oriētalis, & Zephyri uenti occidentalis tonat: omnia rura tūc natant. i. natabūt plenis fossis ob nimiū imbrē. Et omnis nauita legit. i. contrahit uela humida imbri madefacta ponto. Imber nunquam obfuit. i. nocuit imprudētibus. i. ualde prudētibus, uel potius imprudētibus. i. ignauis. nam signa pluuiæ futuræ ita sunt manifesta: ut nemo sit qui ea non perspiciat in cælo. quia multis signis præuideri potest. Nam aut grues aëriæ uel á colore, uel á uolatu fugere imbrem illum surgentem imis uallibus per exhalationem terræ. Aut bucula, id est, parua bos suspiciens cælum captauit illum imbrem naribus patulis. Aut hirundo arguta, id est, sonora uolitauit circum Lacus. & ranæ cecinerunt in limo querelam ueterem, id est, quemadmodum à latona in ranas rustici sunt mutati. Et formica terens iter angustum sæpius extulit oua tectis penetralibus, id est, ex suis cauis. Et arcus ingens bibit aquas. Et agmen coruorum decedens é pastu magno agmine, id est, congregatione increpuit, id est, insonuit densis alis. Iam tu uideas uarias uolucres pelagi: & uideas illas uolucres, quæ rimantur prata Caystri fluminis circum prata Asia in stagnis dulcibus: uideas inquam infundere rores largos humeris, id est, in humeros.*

Nunc caput abiectare fretis, nunc currere in vndas,
Et studio incassum videas gestire lauandi.
Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
Et sola in sicca secum spatiartur arena,
Et caput obiectat quærulum venientibus vndis.
Ne nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nesciuere hyemem, testa cum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.
Nec minus ex imbri Soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
Signa sere nitatis. Nam neq; tum stellis acies obtusa videtur,
Nec fratris radijs obnoxia surgere Luna:
Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.
Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones: non ore solutos
Immundi meminere sues iactare maniplos.

¶ *Ecphrasis.*

Et uideas nunc.i.aliquando obiectare caput fretis: nunc currere in undas. Et uideas nunc, i.aliquando gestire studio lauandi incassum.i.inuanum: quia sine aqua simulant lauare se. Tunc etiam cornix improba uocat pluuiam plena uoce.i. uidetur pluuiam uocare cum canit. & obiectat.i. opponit caput querulum .i. clamosum undis.i.pluuijs uenientibus: & illa sola secum, id est, incomitata spaciatur in arena sicca, id est, in littore maris. Et puellæ quidem carpentes.i nentes pensa nocturna, nec nesciuere, immo sciuerunt, hyemem .i. futuram tempestatem: cum uiderent oleum scintillare, id est, scintillas emittere testa ardente, id est, lucerna testacea: & uiderent etiam fungos putres, id est, sordes illas myxi concrescere, id est, conglobari. Nec minus tu poteris cognoscere soles, & pro id est serena aperta ex imbri & certis signis. nam neq; acies, id est, prospectus uidetur tum stellis obtusa, immo clara & pura. nec luna obnoxia, id est, subdita radijs solis: quia ab illo lucem mutuatur, obtusa uidetur crescere. Nec uellera tenuia lanæ, id est, fila tenuißima uidentur ferri per cælum, id est. per aërem. Et Halcyones dilectæ Thetidi, quia sunt aues marinæ non pandunt .i. extendunt pennas.i.alas ad solem tepidũ in littore in quo uersari cõsueuerunt. Et sues immundi non meminerunt iactare ore manipulos frumẽti solutos.i. quos iactãdo soluunt.

At nebulæ magis ima petũt, campoq; recumbunt.
Solis & occaſum ſeruans: de culmine ſummo
Ne quicquam ſeros exercet noctua cantus.
Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus: *aëre alias*
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. *æthere*
Quacunq; illa leuem fugiens ſecat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus: qua ſe fert Niſus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim ſecat æthera pennis.
Tum liquidas corui preſſo ter gutture voces,
Aut quater ingeminant: & ſæpe cubilibus altis
Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti,
Inter ſe folijs ſtrepitant: iuuat imbribus actis *Impictas*
Progeniem paruam, dulceſq; reuiſere nidos. *coruorũ notatur.*
Haud equidem credo, quia ſit diuinitus illis *al. in folijs*
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior:

¶Ecphraſis.

¶ At nebulæ petunt magis ima: & reſidunt campo. nam in tempeſtate per ſublimia uolitant. Et noctua ſeruãs occaſum ſolis de ſummo culmine, ſcilicet tecti: quia non uolat niſi poſt ſolis occaſum, ne quicquam hoc loco poſuit pro non, cum alias ſemper pro fruſtra ponat: exercet cantus ſeros. i. nocturnos. i. cum nõ canit, ſignum eſt ſerenitatis. Niſus, ideſt, halietus apparet ſublimis in aëre liquido, id eſt, ſereno: & Scylla, id eſt, Cirris auicula dat pœnas pro capillo purpureo: nota eſt fabula ex octauo Metamorphoſeos: & quomodo Niſus Rex Megaræ conuerſus eſt in Halietum: filia uero in auiculam, quæ tum Caßita, tum Cirris, tum Scylla dicitur. Quacunque illa, ſcilicet, Cirris fugiens ſecat pennis æthera leuem, id eſt. aërem. Ecce inimicus atrox inſequitur illam per auras magno ſtridore. Et qua, id eſt, quacunque Niſus fert ſe ad auras: illa fugiens ſecat. i. diuidit raptim aera leuẽ pennis. Tunc etiam corui ingeminant ter aut quater uoces liquidas gutture preſſo: & ipſi læti neſcio qua dulcedine ſtrepitant inter ſe folijs in altis cubilibus, id eſt, in nidis quos habent in arboribus, quia actis, id eſt, præteritis imbribus iuuat, id eſt, delectat illos reuiſere paruam progeniem, & nidos dulces propter filios. Haud equidem credo, id eſt, non credo illos hæc facere, quia ingenium ſit illis diuinitus, aut prudentia maior rerum fato.

Verum vbi tèmpestas, & cœli mobilis humor
Mutauere vias, & Iuppiter humidus Austris
Densat, erant quæ rara modo: & quæ densa, relaxat:
Pectore. Vertuntur species animorum: & pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt: hinc ille auium concentus in agris.
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
Si vero solem ad rapidum, Lunasq; sequentes
alia signa. Ordine respicies: nunquam te crastina fallet
Hora, neq; insidijs noctis capiere serenæ.
Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagoq; parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (nanq; is certissimus autor)

¶ *Ecphrasis.*

¶ *Verum. i. sed ubi tempestas & humor cæli mobilis mutauere uias: & Iuppiter humidus, id est, aër humefactus austris densat ea quæ modo, id est, paulo ante erant rara: & quæ erant densa relaxat, id est, resoluit: species, id est, phantasmata animorum uertuntur, id est, immutantur: & concipiunt pectore nunc alios, id est, diuersos: & alios dum uentus agebat nubila, id est, alios in serenitate, & alios in tempestate. Et hinc, id est, ex hac causa est ille concentus auium in agris. & hinc, id est, ex hac causa pecudes sunt lætæ in agris. & corui sunt ouantes, id est, lætum nescio quid canentes gutture. Si uero tu respicies ad solē & ad lunas sequētes ordine. i. ordinatim: crastina hora. i. dies nūq̄ fallet te: nec capieris insidijs noctis serenæ. i. quāuis nox præcedens serena sit: nihilo magis decipiet te quā si fuerit nubila. Cum primū luna recolligit ignes reuertētes. i. cum primum recedit á sole, & incipit reparare lucem, quam interlunio amiserat. Si cāprenderit nigrum aëra in cornu obscuro, id est, orbis lunæ fuerit obscurior: maximus imber parabitur agricolis, & pelago, id est, nauigantibus. At si luna suffuderit, id est, sparserit ore ruborem uirgineum, id est, qui solet in uirginibus, cum illas pudet, notari: uentus erit: uento rubet semper Phœbe aurea, id est, luna pulchra. Sin. i. sed si in quarto exortu, id est, in quarto die luna fuerit*

Pura.

Pura, nec obtuſis per cælum cornibus ibit, *Alias neq;*
Totus & ille dies, & qui naſcentur ab illo,
Exactum ad menſem pluuia, uentiſq; carebunt:
Votaq; ſeruati ſoluent in littore nautæ
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.
Sol quoq; & exoriens, & cum ſe condet in vndas, *De ortu.*
Signa dabit: Solem certiſſima ſigna ſequentur: *Alias ſequuntur.*
Et quæ mane refert, & quæ ſurgentibus aſtris.
Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioq; refugerit orbe,
Suſpecti tibi ſint imbres: nanq; vrget ab alto
Arboribuſq;, ſatiſq;, Notus pecoriq; ſiniſter.
Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi rumpent radij: aut vbi pallida ſurgit
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Heu male tum mites defendet pampinus uuas,
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
Hoc etiam, emenſo cum iam decedet Olympo,

¶ *Ecphraſis.*

pura neq; ibit per cælũ cornibus obtuſis, quia ſupra dixit, ſi nigrum obſcuro comprenderit aera cornu, & per parentheſim interpoſuit, nanq; is eſt autor certiſſimus. ſ. dies lunæ quartus. totus ille dies, ſ. quart⁹ & qui ſequẽtur ab illo ad mẽſem exactũ. i. finitũ carebunt uentis & pluuia. & Nautæ ſeruati á tẽpeſtate ſoluẽt uota in littore glauco Deo marino, & Panopeæ Deæ marinæ. & Melicertæ Inoo. i. Inus filiæ Cadmi ex Athamãte filio, qui conuerſus eſt in deũ marinũ, qui Portunus ab eo, quod Portubus præſit, dictus eſt. Sol quoq; & exoriens, & cũ condet ſe in undas, id eſt, occidet, dabit ſigna, & illa quæ refert mane cũ oritur, & q̃ refert aſtris ſurgentibus, id eſt, cum occidit, & per parentheſim quis audeat dicere ſolem falſum. ille Sol ubi uariauerit maculis orbẽ naſcẽtẽ conditus. i. abſconditus in nubẽ, et refugerit orbe medio. i. uidebit͛ eſſe in receſſu, imbres ſint tibi ſuſpecti, nã Notus ſiniſter. i. noxius arborib⁹, & ſatis, & pecori urget. i. impellit ab alto. Aut ubi radij diuerſi rũpẽt ſeſe ĩter nubila diuerſa ſub lucẽ. i. ſub ortũ ſolis, aut ubi aurora lĩquẽs cubile croceũ Tithoni coniugis ſui ſurgit pallida, tũc heu pãpin⁹ male. i. nõ defẽdet uuas mites. i. maturas, tũc multa grãdo horrida crepitãs ſalit in tectis. i. reſultat. Hoc etiã magis pfuerit meminiſſe, cũ decedet. i. occidet ſol emẽſo. i. pterito olympo

De occasu

Profuerit meminisse magis:nam sæpe videmu
Ipsius in vultu varios errare colores.
Cæruleus pluuiam denunciat:igneus Euros.
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tunc pariter vento,nimbisq; videbis
Feruere:non illa quisquã me nocte per altum
Ire,neq; a terra moneat conuellere funem.
At si, cum referetq; diem,condetq; relatum,
Lucidus orbis erit,frustra terrebere nimbis:
Et claro syluas cernes Aquilone moueri.
Deniq; quid vesper serus vehat, vnde serenas
Ventus agat nubes,quid cogitet humidus Auster:
Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe monet,fraudemq;,& operta tumescere bella.
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit:

Excurrit i locũ communẽ, deplorat enim tẽporum calamitatem,

¶*Ecphrasis.*

Nam nos uidemus sæpe in uultu ipsius Solis colores uarios errare. Cæruleus id est,quasi uiridis denunciat pluuiã,igneus,id est,coloris ignei denunciat Euros. Sin, id est,sed si maculæ incipient miscerier,pro misceri orbi rutilo, tunc uidebis omnia feruere.i.misceri uento & nymbis. Quisquã non moneat me illa nocte ire per altum,id est,mare,neq; moneat me conuellere funem á terra, id est, soluere nauem. At si cum Sol referet diem,id est,orietur,& condet relatum, id est,occidet orbis eius erit lucidus,tu frustra terreberis nymbis, quia nulli erunt, & tu cernes syluas moueri Aquilone puro,id est,serenitatem faciente. Deniq; Sol dabit tibi signa,quid Vesper serus uehat, id est, quid tempus uespertinum promittat, dabit quoq; signum unde uentus agat nubes serenas,quia á Septentrione,& dabit signa quid Auster humidus cogitet,quid.i. quia pluuias. Quis audeat dicere Solem falsum? quasi diceret,nemo.ille.scilicet,Sol monet sæpe tumultus, & monet fraudem,id est,proditionem,& bella occulta tumescere,id est,conflari. Quod manifestat in eo,quod accidit,quo tempore Cæsar est interfectus, quoniam luce amissa significabat illum breui interiturum. Ille etiam,scilicet, Sol miseratus est Romam extincto Cæsare, hoc dicit Vergilius ut ab Augusto Cæsare gratiam ineat. cum Sol texit caput nitidum ferrugine obscura, id est, purpura nigriori,

Impiaq; æternam timuerunt secula noctem.
Tempore quamquam illo tellus quoq;.& æquora ponti,
Obscœniq; canes, importunæq; volucres
Signa dabant. quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam:
Flammarumq; globos, liquefactaq; voluere saxa:
Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audijt: insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoq; per lucos uulgo exaudita silentes
Ingens: & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis, pecudesq; locutæ.
(Infandum) sistunt amnes, terræq; dehiscunt:
Et mœstum illacrymat templis ebur: æraq; sudant.
Proluit insano contorquens vortice syluas
Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omneis
Cum stabulis armenta tulit: nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,

q̃riturq; et ardere oia bello, & apparuisse certabelli signa.

¶*Ecphrasis.*

& impia sæcula timuerunt noctem æternam, id est, perpetuas tenebras. Quãquã etiam illo tempore tellus quoq; & æquora ponti, id est, maris planicies dabant signa mortis futuræ, & obscœni canes, & uolucres importunæ dabant signa. Quoties nos uidimus Aetnam undantem, id est, undam flammarum euomentem fornacibus efferuere in agros Cyclopum, id est, partem Siciliæ, quam quondam Cyclopes tenuerunt, & uidimus globos flammarum & saxa liquefacta in pumices illam, scilicet Aetnam euoluere. Germania quoque audijt, pro audiuit sonitum armorum toto cælo, & Alpes tremuerunt motibus insolitis. uox quoq; ingens audita est per lucos silentes, & simulacra pallentia miris modis uisa sunt sub obscurum noctis, id est, primis tenebris, & pecudes locutæ sunt infandũ, id est, incredibile. Amnes sistunt, id est, fluere cessant, & terræ dehiscunt, id est, rimas agunt, & ebur, id est, imagines ex ebore illachrymat, id est, fundit lachrymas. æraq;, id est, Statuæ ex ære sudant. Et Eridanus fluuius Italiæ, qui postea dictus est Padus, Rex fluuiorum, quia maximus est omnium proluit, id est, per alluuionem euertit uortice insano syluas. i. arbores, tulit per omnes campos armenta cum stabulis. & eodem tempore nec fibræ minaces. i. malũ minantes cessauerunt apparere in extis tristibus. i. triste aliquid denunciantibus,

Autputeis manare cruor cessaui t: & altę
Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.
Non alias coelo ceciderunt plura sereno
Fulgura: nec diri toties arsere cometæ.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi:
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Aemi pinguescere campos.
Scilicet & tempus veniet, cum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra rubigine pila:
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes:
Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulchris.
Dŋ patrŋ indigetes & Romule; Vestaq; mater,
Quæ Tuscum Tyberim, & Romana palatia seruas;
Hunc saltem euerso iuuenem succurrere sęclo
Ne prohibite; satis iampridem sanguine nostro

Poetica amplificatio.

¶ Ecphrasis.

aut cruor cessauit manare in altis puteis. & altæ i nobiles urbes non cessauerunt resonare lupis ululātib⁹.i.uisi sūt lupi ī illis ululare. Et fulgura non ceciderūt alias.i.alio tēpore cælo sereno plura quā tūc ceciderūt. Nec cometæ diri toties arsere quoties tūc. ergo ex his supra memoratis signis hæc sunt consecuta, qd' Philippi in Thessalia ciuitas uidere acies Romanas concurrere īter sese parib⁹ telis.i.armis ciuilib⁹ iterū, quia primo, cū pugnatum est inter Cæsarem & Pompeium, & iterum inter Augustum & Cæsaris interfectores. Nec fuit indignū superis Dŋs Emathiam.i. Thessaliam. & cāpos latos Hæmi montis Thessaliæ pinguescere bis nostro sanguine.i. Romano. Scilicet.i.certe & tempus ueniet, cum Agricola molitus terram.i.arando uertens aratro curuo in illis finibus i.in illis Regionibus inueniet pila.i.tela Romana exesa.i.consūpta rubigine scabra.i.aspera illa ferri sordicie et erugine, aut pulsabit rastris grauib⁹ galeas inanes.i.uacuas, & mirabitur grandia ossa sepulchris effosis. Dŋ patrŋ indigetes, id est, qui in Dŋs agitis. & ó Romule & Vesta mater, quæ seruas Tyberim tuscum & Romana palatia ne prohibite, immo iubete, saltem hunc iuuenem, id est, Augustum Cæsarem succurrere sæclo auerso, id est, perturbato mundo. satis iam pridem luimus nostro san-

Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iampridem nobis cœli te regia, Cæsar,
Inuidet, atq; hominum queritur curare triumphos.
Quippe vbi fas versum atq; nefas: tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies: non ullus aratro
Dignus honos: squallent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
Arma ferunt: sæuit toto Mars impius orbe:
Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spacia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga: neq; audit currus habenas.

Querimonia.

Prouerbialis uersiculus de ijs qui nõ audiunt.

¶ *Ecphrasis.*

guine periuria Laomedontæa, id est, Laomedontis, qui negauit Apollini & Neptuno pactam mercedẽ pro murorum constructione. O Cæsar Auguste Regia cœli iampridem inuidet te nobis, ut uelis terras relinquere, & in cœlo regnare, & queritur te curare triumphos hominum, id est, regere mortales. Quippe ubi fas & nefas est uersum, & omnia bello confunduntur, & tot bella sunt per orbem. & tam multæ facies, id est, species scelerum sunt, non est ullus honos dignus aratro, id est, agriculturæ. Et arua squallent colonis abductis, id est, subtractis ad militiam. & falces curuæ conflantur, id est, formantur in ensem rigidum, id est, durum. Euphrates fluuius Mesopotamiæ, id est, Parthia mouet bellum hinc, id est, ab una parte. & Germania mouet bellum illinc, id est, ab alia mundi parte. Et urbes uicinæ ferunt inter se arma ruptis legibus, id est, confœderationibus uiolatis. Mars impius sæuit toto orbe propter bella ciuilia. Vt cum quadrigæ effudere sese carceribus, id est, ex repagulis emissæ sunt, addunt sese in spacia, & auriga frustra tendens retinacula, id est, habenas fertur equis, id est, impetu equorum, neq; currus audit habenas, id est, equi non obtemperant freno.

OVIDII NASONIS TETRASTICHON
in librum secundum Georgicon.

HActenus aruorum cultus, & ſydera cœli:
Pampineas canit inde comas, colleſq; uirentes,
Deſcriptaſq; locis uites, & dona Lyæi.
Atq; oleæ ramos pomorum ex ordine lætos.

¶ Ecphraſis.

HActenus. Argumentum eſt ſecundi libri. Hactenus, id eſt, hucuſq; Vergilius cecinit aruorum cultus, & ſydera cæli, nunc ille canit comas pampineas, id eſt, uites, & colles uirentes, & canit uites deſcriptas locis, id eſt, in quadraturam digeſtas, & dona Lyæi, id eſt, Bacchi. Et canit ramos oleæ lætos ex ordine pomorum, quia poſt uites de oliuis præcipue diſſerit.

PVB. VERGILII MARONIS GEORGICON
Liber Secundus.

Hic liber tradit rationem uitium colēdarū, præterea præcepta de olea & alijs nonnullis arboribus.



HActenus aruorum cultus, & ſydera cœli:
Nunc te Bacche canā, nec nō ſylueſtria tecū
Virgulta, & prolem tarde creſcentis oliuæ.
Huc pater o Lenæe: tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pāpineo grauidus Autūno
Floret ager, ſpumat plenis uindemia labris.
Huc pater o Lenæe ueni, nudataq; muſto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principio arboribus uaria eſt natura creandis:

¶ Ecphraſis.

HActenus ego cecini cultus aruorū, & ſydera cæli, ſed ó Bacche nūc canā te, nec non tecū uirgulta ſylueſtria, & canā ſimul prolē oliuæ tarde creſcētis, q̄ ad multos annos fructū fert. O pater Lenæe ueni huc, quia hic. i. in hoc libro omnia ſunt plena tuis murerib9. i. uitib9, q̄ tu hominib9 dediſti. & ager grauidus. i. plen9 Autūno pāpineo. i. uuis. floret tibi hic. i. in hoc libro. & uindemia plenis labris. i. uindemia in labris plenis ſpumat. Sūt autē labra uaſa teſtacea, in quib9 uel vua calcatur, uel in quib9 muſtū excipitur. Veni inquā ó Bacche & direptis. i. detractis cothurnis, quib9 cothurnat9 incedis, tinge mecū crura. i. calca mecū uuas in torculari. nouo muſto. i. autūnali. Principio. poſteaquā inuocauit, proſequitur opus inſtitutum dicens. Principio natura eſt uaria, id eſt, diuerſa arboribus creandis.

Nanq; aliæ nullis hominum cogentibus, ipſæ
Sponte ſua ueniunt, campoſq;, & flumina late
Curua tenent: ut molle ſiler, lentæq; geniſtæ,
Populus, & glauca canentia fronde ſalicta.
Pars autem poſito ſurgunt de ſemine: ut altæ
Caſtaneæ, nemorumq; Ioui quæ maxima frondet
Eſculus, atq; habitæ Graijs oracula quercus.
Pullulat ab radice alijs denſiſſima ſylua:
Vt ceraſis, ulmiſq;, etiam Parnaſſia laurus
Parua ſub ingenti matris ſe ſubijcit umbra.
Hos natura modos primum dedit: his genus omne
Syluarum, fruticumq; uiret, nemorũq; ſacrorum.
Sunt alij, quos ipſe uia ſibi repperit uſus.
Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum
Depoſuit ſulcis: hic ſtirpes obruit aruo,
Quadrifidaſq; ſudes, & acuto robore uallos.

Quam uariæ naſcũtur arbores.

¶Ecphraſis.

Namq́; aliæ arbores ueniunt, id eſt, naſcuntur ſponte ſua, id eſt, natura, nullis hominum, id eſt, nullis hominibus cogentibus, id eſt, terram exercentibus. & tenent late campos & flumina curua, ut ſiler molle ſpecies uiminis eſt, & geniſtæ lentæ, id eſt, flexibiles. & populus, & ſalicta, id eſt, ſalices canentia, id eſt, albicãtia fronde glauca, id eſt, uiridi. quia frondes ſalicis huiuſmod ſunt. Pars autem, id eſt, aliquæ arbores ſurgunt de ſemine ipſarum arborum. ut caſtaneæ altæ, & eſculus, quæ maxima nemorum frondet Ioui, cui eſt conſecrata, ut cæteræ arbores glandiferæ, ut quercus habitæ oracula Graijs, quia ex quercubus in Epiro reſponſa accipiebant. Alijs arboribus ſylua denſiſſima pullulat ab radice. ut ceraſis & ulmis. Etiam laurus Parnaſia, quæ in Parnaſo abundat, aut quia Apollini ſacra eſt. parua ſubijcit ſe, id eſt, creſcit ſub ingenti umbra matris. Natura dedit primum hos modos, quia naturales ſunt. Et omne genus ſyluarum & fruticum & nemorum ſacrorum, id eſt, lucorum uiret his, ſcilicet, tribus modis. Sed ſunt alij modi, quos ipſe uſus, id eſt, experientia repperit ſibi uia, id eſt, ratione & arte. Hic aliqs agricola abſcindẽs plãtas de corpore matrũ tenero. i. ſurculos de arboribꝰ depoſuit ſulcis. i. ſcrobibꝰ. Hic. i. alꝰ obruit aruo ſtirpes. i. trũcos et ſudes quadrifidas. i. ita craſſas, ut in quatuor partes diuidi poſſint, et obruit uallos acuto robore, ꝗ exacuit ut hũi figat. aliæ arbores expectãt arcꝰ ꝓpaginis. i. ꝓpagari i modũ arcꝰ,

Syluarumq; aliæ pressos propaginis arcus
Expectant, & viua sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ:summumq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur e sicco radix oleagina ligno.
Et sæpe alterius ramos impune uidemus
Vertere in alterius, mutatam insita mala
Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.
Adhortatio. Quare agite o proprios generatim discite cultus
Agricolæ, fructusq; feros mollite colendo.
Neu segnes iaceant terræ, iuuat Ismara Baccho
Conserere, atq; olea magnum vestire Taburnum.
Tuq; ades, incœptumq; uno decurre laborem
Apostrophe ad Mecœnatem. O decus, o famæ merito pars maxima nostræ
Mecœnas, pelagoq; uolans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti uersibus opto:

¶Ecphrasis.

& aliæ syluarum, id est, arborum expectant plantaria uiua cum sua terra. Aliæ arbores nil egent radicis, & putator referens cacumen summum ex arbore haud dubitat mandare terræ, id est, plantare illud. Quinetiam radix oleagina truditur, id est, erumpit è ligno sicco caudicibus, id est, truncis oliuæ sectis. Et uidemus sæpe uertere impune, id est, sine damno ramos alterius arboris in ramos alterius arboris, & hoc per insitionem. Et uidemus pyrum mutatam, id est, insertam ferre mala, & econtrario. & corna lapidosa, id est, dura rubescere prunis, id est, ferre pruna. Quare ò Agricolæ agite, id est eia, nam hortantis est aduerbium, discite proprios cultus cuiusq; arboris generatim, id est, per singula genera. & mollite, id est, mitigate & molliores facite fructus feros colendo. & ne terræ iaceant segnes, id est, steriles iuuat, id est, nimia uoluptas conserere Baccho, id est, vitibus Ismara montes Thraciæ, vbi non sunt vites, & iuuat vestire Taburnum montem magnum, qui non est aptus oliuis. Tuque ó Mecœnas ades & decurre vna, id est, mecum laborem cœptum. O Mecœnas inquam decus & pars maxima nostræ famæ, & hoc merito. & tu volãs, id est, nauigans mecum da vela pelago patenti, id est, materiæ ante oculos positæ. Non ego opto amplecti cuncta meis versibus, non (inquam) opto, si, id est, quam-

Non mihi ſi linguæ centum ſint,oraq; centum,
Ferrea vox,ades, & primi lege littoris oram.
In manibus terræ: non hic te carmine ficto,
Atq; per ambages,& longa exorſa tenebo.
Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras,
Infœcunda quidem, ſed læta,& fortia ſurgunt:
Quippe ſolo natura ſubeſt:tamen hæc quoq; ſiquis
Inſerat,aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis,
Exuerint ſylueſtrem animum, cultuq; frequenti
In quaſcunq; uoces artes,haud tarda ſequentur.
Nec non & ſterilis quæ ſtipibus exit ab imis,
Hoc faciet, uacuos ſi ſit digeſta per agros:
Nunc altæ frondes,& rami matris opacant,
Creſcentiq; adimunt fœtus, uruntq; ferentem.
Nam quæ ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos,
Tarda uenit,ſeris factura nepotibus umbram:

¶ *Ecphraſis*.

nis centum linguæ ſint mihi, & centum ora ſint mihi, & uox ferrea ſit mihi, da uela in quam & lege, id eſt, nauiga mecum oram primi littoris. Terræ *ſunt mihi in manibus, id eſt, eſt mihi ſcribendi materia.* Ego *non tenebo te hic carmine ficto, atq; per ambages poëticas & exorſa, id eſt, principia longa.* Igitur *illa robora & arbores, quæ ſponte ſua, id eſt, naturaliter tollunt ſe, id eſt, eriguntur in auras luminis, infœcūda ſunt, ſed ſurgunt læta & fortia.* Quippe, .p quoniam *natura.i. uis, quæ clā.i.occulta ſubeſt ſolo, id eſt, in ipſa terra.* Tamen *hæc quoque, ſcilicet, ſylueſtria inſerat, aut illa mutata mandet ſcrobibus ſubactis, id eſt, excultis, exuerint, id eſt, deponent animum ſylueſtrem, id eſt, feritatem, & illa haud tarda ſequentur te in quaſcunque artes illa uocaueris, cultu frequenti, id eſt, frequenter colendo.* Nec *non & illa ſterilis arbor, quæ exit ab imis ſtirpibus, id eſt, naſcitur per ſe ipſam faciet hoc, id eſt, exuerit animum ſylueſtrem, ſi ſit digeſta per agros, id eſt, tranſpoſita in agros cultos. nunc aliæ frondes, id eſt, cæterarum arborum, & rami matris opacant. id eſt, inumbrant & adimunt fœtus, id eſt, fertilitatem creſcenti, & vrunt ferentem i. etiam ſi ferant diminuunt.* Nam *illa arbor quæ ſubſtulit ſe.i.creuit ex ſeminib9 iactis, uenit tarda.i.ſera factura umbrā nepotib9 ſeris i.ſero futuris,*

Pomaq́ degenerant ſuccos oblita priores:
Et turpes auibus prædam fert uua racemos.
Scilicet omnibus eſt labor impendendus:& omnes
Cogendæ in ſulcum, ac multa mercede domandę.
Sed truncis oleæ melius, propagine uites
Reſpndent, ſolido Paphiæ de robore myrtus.
Plantis & duræ coryli naſcuntur,& ingens
Fraxinus, herculeæq́ arbos vmbroſa coronæ,
Chaoniiq́ patris glandes: etiam ardua palma
Naſcitur,& caſus abies uiſura marinos.
De inſitione. Inſeritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida:
Et ſteriles platani malos geſſere ualentes:
Caſtaneæ fagos:ornuſq́ incanuit albo
De diſcrimine inſitionis, & inoculationis. Flore pyri: glandemq́ ſues fregere ſub ulmis.
Nec modus inſerere, atq́ oculos imponere, ſimplex.
Nam qua ſe medio trudunt de cortice gemmæ,

¶ *Ecphraſis.*

& poma oblita ſuccos priores, id eſt, paternos degenerant, id eſt, non reſpondent generi ſuo. Et uua ſic procreata fert racemos turpes. appoſitiue. prædam auibus. Scilicet labor eſt impedendus omnibus his generibus arborum, & omnes ſunt cogendæ in ſulcum, id eſt, colendæ ac domandæ, id eſt, colendæ, multa mercede, id eſt, multis mercenariis. Sed oleæ melius ueniunt truncis, id eſt, ex ſudibus ut dixit. & uites reſpondent melius propagine. myrtus Paphiæ, id eſt, ueneris ueniunt melius de robore ſolido. & coryli duræ naſcuntur plantis, & ingens fraxinus naſcitur plantis. & arbos umbroſa coronæ herculeæ, id eſt, populus naſcitur plantis. & glandes patris Chaonii, id eſt, Iouis naſcuntur plantis. etiam ardua palma naſcitur plantis. & abies uiſura caſus marinos, id eſt, pericula marina, quoniam ex ea fiunt naues. Arbutus horrida, id eſt, ſylueſtris inſeritur ex fœtu nucis, & platani ſteriles, quia nullius pomi gratia coluntur, geſſere malos ualentes arbores pomiferas. Caſtaneæ geſſere fagos, immo fagi geſſere caſtaneas. ornus arbor ſylueſtris incanuit flore pyri albo, id eſt, pyrus inſeritur in orno, ſues quæ fregere glandem ſub ulmis, id eſt, glandiferæ arbores inſitæ ſunt in ulmis. Nec eſt modus ſimplex, id eſt, unicus inſerere, & oculos imponere, id eſt, inſerendi & inoculandi, quæ ſunt inſitionis ſpecies. Nam ea parte ſurculi qua gemmæ trudunt ſe de cortice, id eſt, erumpunt,

Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoq́ue docent inolescere libro.
Aut rursum enodes trunci resecantur, & alte
Finditur in solidum cuneis uia: deinde feraces
Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens
Exijt ad cælum ramis felicibus arbos,
Miraturq́ue nouas frondes, & non sua poma.
Præterea genus haud unum nec fortibus ulmis,
Nec salici, lotoq́ue, nec Idæis cyparissis,
Nec pingues unam in faciem nascuntur oliuæ:
Orchites, & radij, & amara pausia bacca,
Pomaq́ue, & Alcinoi syluæ: nec surculus idem
Crustumijs, Syrijsq́ue pyris, grauibusq́ue uolemis.
Non eadem arboribus pendet uindemia nostris,
Quam Methymnæo carpit de palmite lesbos.
Sunt Thasiæ uites, sunt & Mareotides albæ:

Insitionē describit.

Varias esse species in singulis generibus.

¶ *Ecphrasis.*

& rumpunt tenues tunicas, ipso nodo, id est, in gemma fit sinus rupto, scilicet, cortice, & huc, id est, in alieno sinu includunt germen ex arbore aliena, & docent utramq; arborem inolescere, id est, concrescere libro, id est, concrescere cortice humido. Aut rursus trunci enodes, id est, sine nodo resecantur, & uia finditur alte, id est, in profundum cuneis insolidum, deinde plantæ, id est, surculi feraces immittuntur, id est, inseruntur. Nec longum tempus. s. sequitur, & ingēs arbos ramis felicibus, id est. fertilibus exijt ad cælum, & miratur nouas frondes, id est, alienas, & poma non sua. Præterea non est unum genus, immo multa, arboribus, quæ sequuntur. ut ulmis fortibus, id est, robustis. & loto arbori nobis incognitæ, & cyparißis Idæis ab Ida sylua ubi abundant. Nec oliuæ pingues nascuntur in unam faciem, id est, speciem. Orchites. s. sunt dictæ á magnitudine testiculorum, & radij oliuæ sunt longiores, & pausia oliua bacca amara, id est, baccæ amaræ. Et poma & syluæ Alcinoi Regis Phæacum, qui egregios habuit hortos. & non est idem surculus pyris crustumijs & syrijs & uolemis grauibus, id est, magnis ab eo quòd uolam impleant. Non eadem uindemia, id est, uuæ species pendet á nostris arboribus, quam Lesbos insula carpit de palmite Methymnæo ab urbe Lesbi Methymna. Sunt etiā uites Thasiæ, & sunt uites albæ dictæ Moreotides ab Aegypto,

Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.
Et passo psythia utilior, tenuisq; lageos,
Tentatura pedes olim, uicturaq; linguam.
Purpureæ, preciæq;, & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.
Sunt & Amineæ uites, firmissima uina,
Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phaneus,
Argitisq; minor: cui certauerit ulla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te mensis. & Dis accepta secundis,
Transierim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.
Sed neq; quam multæ species, nec nomina quæ sint
Est numerus: neq; enim numero comprendere refert.
Quem qui scire uelit, Libyci uelit æquoris idem
Discere, quam multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut ubi nauigijs violentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionij ueniant ad littora fluctus.

Ali. adeo. Alciat9 legit, Sũt etiam Ammineæ. Tmolius assurgit.

¶Ecphrasis.

Hæ .i. quædam illarum habiles pinguibus terris, et illæ habiles leuioribus. & Psythia est utilior passo, & lageos tenuis uua tentatura pedes olim & uictura linguam, quod utrunq; faciet in ebrietate. Sunt etiam vuæ purpureæ & preciæ, id est, præcoces. & ò rhetica quo carmine dicam te, id est, dubium est laudem ne an uituperem te? sed non ideo contende cum cellis Falernis, id est, uino Falerno, quod est optimum in Falerno monte Campaniæ. Sunt etiam uites Amineæ, uites. appositiue. uina firmissima. quibus Tmolus & Phaneus ipse Rex assurgit, qui sunt montes hoc genere uitis consiti. Est etiam argitis minor, species etiam est uuæ, cui nulla alia certauerit, aut tantum fluere, id est, tantum musti emittere, aut durare per totidem annos, quia uinum illud uetustescit, & ò Rhodia accepta, id est, grata Dijs & mensis secundis, ego non transibo te, & ò Bumaste racemis tumidis, ego non præteribo te. Sed neq; est numerus determinatus, quam multæ species sint, nec quæ nomina sint, neque refert comprendere illas numero. Quem numerum qui uelit scire, idem uelit discere quam multæ harenæ æquoris Libyci turbentur Zephyro, aut idem uelit nosse quot fluctus Ionij .s. maris ueniant ad littora, ubi Eurus uiolentior incidit nauigijs, .i. in nauigia.

Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt:
Fluminibus ſalices,craſſiſq; paludibus alni
Naſcuntur:ſteriles ſaxoſis montibus orni.
Littora myrtetis lætiſſima: deniq; apertos
Bacchus amat colles: Aquilonem,& frigora taxi.
Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoaſq; domos Arabum,pictoſq; Gelonos,
Diuiſæ arboribus patriæ,ſola India nigrum
Fert ebenum: ſolis eſt turea uirga Sabæis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſamaq;, & baccas ſemper frondentis achanti?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis vbi aera vincere ſummum
Arboris haud vllę iactu potuere ſagittæ:
Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.

Non omnes terræ omnia ferunt.

Balſama I India creſcunt.

¶ *Ecphraſis.*

Nec uero omnes terræ poſſunt ferre omnia. quia ſalices naſcũtur fluminib⁹, & alni naſcũtur paludib⁹ craßis, & orni naſcũtur in montib⁹ ſaxoſis, Littora ſunt lætißima i. gaudẽt myrtetis. Deniq; Bacch⁹ amat colles aptos. i. uineas Soli expoſitas. & taxi amãt Aquilonẽ & frigora. i. loca frigoribus expoſita. Aſpice orbẽ domitũ á populo Romano cultorib⁹ extremis, ſeptimus caſus pro genitiuo & aſpice domos Eoas Arabum, qui ſunt populi Orientis, & Gelonos pictos, qui ſunt populi Scytiæ. Patriæ ſunt diuiſæ arboribus. ſola India fert nigrum ebenum, quæ eſt materia nigra. vnde etiam nunc fiunt gladiorum capuli, & uirga thurea, id eſt, thuris eſt ſolis Sabæis, qui ſunt Arabiæ populi. & quid ego referam tibi balſama ſudantia ligno odorato? & baccas Achanti ſemper frondentis? qui eſt ſpinæ genus. Quid ego referã nemora Aethiopũ ſurgẽtia lana molli? ſunt enim ibi arbores lanigeræ. & quid referã ut Seres populi Indorũ oriẽtales depectãt ex arborib⁹ uellera tenuia? et quid referã lucos. quos India ꝓpior Oceano fert. appo. ſinus orbis extremi, ubi haud ullæ, id eſt, nullæ ſagittæ potuerunt uincere tactu ſummum aera, id eſt, altitudinem arboris. & pro quidem gens illa non eſt tarda ſumptis faretris. i. quamuis ſunt optimi ſagittatores, non tamen poſſunt arborum cacumẽ ſuperare. Deinde arborem medicã deſcribit, quæ ſimillima eſt malo Citreo.

Media fert tristes ſuccos, tardumq; ſaporem
Felicis mali, quo non præſentius vllum
(Pocula ſiquando ſæuæ infecere nouercæ,
Miſcueruntq; herbas,& non innoxia verba)

Deſcriptio mali aurei, ſeu Citrini.

Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipſa ingens arbos, faciemq; ſimillima lauro:
Et ſi, non alium late iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax, animas, & olentia Medi
Ora fouent illo: & ſenibus medicantur anhelis.
Sed neq; Medorum ſyluæ, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,

Encomium Italiæ

Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neq; Indi,
Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertere, ſatis immanis dentibus Hydri:

¶ *Ecphraſis.*

Media (inquit) Regio fert ſuccos triſtes, id eſt, acres & amaros, tardumq; ſaporem mali fœlicis, id eſt, fertilis arboris. Quo auxilio nullum auxilium præſentius, id eſt, efficatius uenit membris, ſi quando Nouercæ ſæuæ contra Priuignos infecère pocula ueneno, & miſcuerunt herbas, & uerba non innoxia, immo nocentia, quia ueneficia herbis uenenatis & incantationibus conſtãt, & agit, id eſt, expellit membris uenena atra, id eſt, nigra ab effectu, quia qui uenenũ biberunt, nigreſcunt. Ipſa malus medica eſt ingens arbor, et eſt ſimillima faciem, id eſt, habet faciem ſimillimam lauro, & ſi non iactaret, id eſt, ſpiraret late alium odorem, quam habet, laurus erat. folia ſunt illi haud labentia ullis uentis. & flos eſt illi tenax ad prima, id eſt, ualde hærens, Medi fouent illo flore animas & ora olentia, & medicantur etiam illo flore ſenibus anhelis, id eſt, quibus eſt difficultas reſpirandi. Sed neq; ſyluæ, id eſt, arbores Medorum. appoſitiue. terra ditiſſima, nec Ganges pulcher, qui eſt Indorum fluuius, atq; Hermus fluuius Lidiæ turbidus auro, quia harenas defert aureas, certent, id eſt, comparari debent laudibus Italiæ, non Bactra ciuitas Orientalis, neq; Indi, & tota Panchaia Regio Arabiæ pinguis harenis thuriferis, quia ibi tantũ thus gignitur. Tauri ſpirantes ignẽ naribus non inuerterũt hæc loca, ſicut eſt factũ in Colchis populis. ſatis. i. ſeminatis dẽtibus ĩmanis hydri,

Nec galeis, densisq; virum seges horruit hastis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere: tenent oleæq;, armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa Deum duxere triumphos,
Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas:
Bis grauidæ pecudes: bis pomis vtilis arbos.
At rabidæ tigres absunt, & sæua leonum — Alias. rapidæ.
Semina, nec miseros fallunt aconita legentes:
Nec rapit immensos orbes per humum, neq; tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumq; laborem:
Tot congesta manu præruptis oppida saxis:
Fluminaq; antiquos subter labentia muros.
An mare, quod supra memorem, quodq; aluit infra?

¶ *Ecphrasis.*

& seges uirum, pro uirorum non inhorruit hic astis densis & galeis. Sed hic sunt fruges grauidæ & humor Bacchi Maßic⁹. i. uinũ montis Cãpaniæ impleuere hæc loca, & oleæ et armenta tenent hæc loca. Equus bellator arduus infert sese campo hinc, id est, ab Italia. O Clitũne, fluuius est Italiæ, greges albi sunt hinc, et taurus maxima uictima est hinc, & illi greges & tauri perfuso tuo sacro flumine duxere triumphos Romanos ad templa Deum, id est, Deorum. hic, id est, in Italia est Ver aßiduum, & æstas mẽßibus alienis, id est, per hyemem contingunt ea, quæ alijs per æstatem. Et pecudes sunt hic bis grauidæ, scilicet, in anno. & arbor est hic bis utilis pomis. At rabidæ tigres absunt. id est, non sunt in Italia, & semina sæua leonum absunt, nec aconita, id est, uenena fallunt miseros legentes, id est, colligentes herbas. Neq; anguis squameus, id est, squamosus rapit orbes immensos, id est, spiras per humum, neque colligit, id est, sinuat se in spiram tanto tractu. Adde ad superiora tot vrbes egregias, & labores operum, & adde tot oppida congesta. i. constructa manu saxis præruptis, id est, in præcipitium positis, & adde flumina labentia subter muros antiquos. id est, urbes nobilißimas. An memorem, id est, narrabo potius mare, quod alluit supra, id est, vndat, hoc est, mare Hadriaticum, quodque alluit infra, id est, mare Tyrrhenum.

An ne lacus tantos? te Lari maxime? teq;
Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus? Lucrinoq; addita claustra?
Atq; indignatum magnis stridoribus æquor,

Iulius exclusit mare solitum irrumpere in Lucrinum Lacum facto aggere de quo uide Suetonium.

Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso,
Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla
Ostendit venis: atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virum, Marsos, pubemq; Sabellam;
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosq; verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos,
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar:
Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna virum: tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis:

¶ *Ecphrasis.*

An memorem lacus tantos? O maxime Lari an memorē te. & ô Benace assurgens fluctib9 marinis. i. in similitudinē maris. Larius et Benacus, lacus sunt in Gallia Cisalpina. An memorem portus? quo se naues recipiunt. An memorē claustra addita Lucrino, scilicet lacui Campano? qui duobus lapideis brachijs á uiolentia maris defenditur, atq; æquor quod in illis claustris siue brachijs frāgitur indignatum magnis stridoribus. qua, id est, in eo loco ubi unda Iulia, quia illud opus Iulij Cæsaris fuit. sonat Ponto refuso, id est, retro fuso. & æstus Thyrrenus. i. aqua maris immittitur fretis auernis. i. lacui auerno. Hæc eadē Italia ostēdit uenis riuos argēti et metalla æris, & fluxit plurima auro. i. pcreat auri plurimū. Hæc eadē extulit. i. p-reauit gen9 acre uirū p utrorū. s. marsos, populos & pubē. i. iuuētutē sabellā. Et ligurē assuetū malo. i. labori, & Volscos uerutos. i. hasta in modum ueru ferrei armatos. et hæc extulit decios. et marios, et magnos camillos. et scipiadas duros bello. et ô maxime Cæsar extulit te, quia iā victor in extremis oris. i. finib9 Asiæ, auertis. i. fugas indū imbellē ab arcib9 Romanis. i. Romano imperio subiectis. O telI9 Saturnia. i. Italia, in qua olim Saturn9 regnauit, magna parēs frugū salue. et magna parēs uirū pro uirorum salue, ego ausus recludere. i. aperire sanctos fontes ingredior res laudis & artis antiquæ. i. agriculturā, tibi, id est, in honorem tuum.

& ego

Ascræumq́; cano Romana per oppida carmen.
Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuiq́;
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terræ, collesq́; maligni,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis,
Palladia gaudent sylua viuacis oliuæ.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus: & strati baccis syluestribus agri.
At quæ pinguis humus, dulciq́; vligine læta,
Quiq́; frequens herbis, & fertilis vbere campus,
Qualem sæpe caua montis conualle solemus
Despicere, huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicemq́; trahunt limum, quiq́; æditus Austro:
Et filicem curuis inuisam pascit aratris:
Hic tibi præualidas olim, multoq́; fluentes
Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vuæ:
Hic laticis; qualem pateris libamus, & auro,

De discriminib⁹ terrarũ et soli

Piguis humus uitib⁹ apta.

¶ Ecphrasis.

Et ego cano per oppida Romana.i.latinis.carmẽ Ascræum.i.Hesiodi qui fuit ab Ascra: & de agricultura græce scripsit in carmine Heroico. Nũc locus est ingenijs.i.naturis aruorũ: & q̃ robora sint cuiq; aruo: & qs color: & q̃ natura rebus ferẽdis.i.pcreãdis. Primũ terræ difficiles et colles maligni.i.steriles: ubi est argilla tenuis & calculus aruis dumosis.i.frutice plenis: gaudent sylua Palladia.i. oliua Palladi sacra uiuacis oliuæ, qa oliua multo tẽpore uiuit. Oleaster surgẽs plurim⁹ in eodẽ tractu est indicio.i.indicat illud. & agri strati.i.pleni baccis syluestribus sunt indicio. At humus quæ pinguis, & læta dulci uligine.i.terræ humore: & cãpus q est freq̃uẽs herbis et fertilis ubere.i. pinguis q̃lẽ nos solem⁹ sæpe despicere in caua mõtis cõualle: & p parẽthesim interponit fertilitatis causã dicẽs: amnes .i.flumina liquũtur huc ex mõtib⁹ summis: et trahũt secũ limũ felicẽ .i. fertilem, & ille campus qui est æditus.i.expositus Austro.i.meridiei, et pascit.i.nutrit filicem inuisam aratris curuis, quia incursant illius radicibus: hic, id est, talis campus sufficiet tibi, id est, subministrabit uites præualidas, & fluentes olim multo Baccho, & sufficiet uites uuæ fertilis: & laticis, id est, uini generosi: qualem laticem libamus, id est, sacrificamus pateris & auro, id est, pateris aureis:

Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis ſtudium, vituloſq; tueri:
Aut fœtus ouium, aut vrenteis culta capellas:
Saltus, & ſaturi petito longinqua Tarenti:
Et qualem infœlix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niueos herboſo flumine cygnos.
Paſcua Mātuana probat. Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus:
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra & putris frumēto cōmoda. Nigra fere, & preſſo pinguis ſub vomere terra,
Et cui putre Solum (namq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis: non vllo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plauſtra iuuencis.
al'. deiecit. Aut vnde iratus ſyluam deuexit arator,
Noualia. Et nemora euertit multos ignaua per annos.

¶ Ecphraſis.

cum Tyrrhenus tibijcē pinguis inflauit ebur, id eſt, eburneas tibias ad aras: & reddimus exta fumantia lancibus pandis, id eſt, curuis. Sin pro ſedſi ſtudiū eſt magis tibi tueri, id eſt, paſcere armenta, id eſt, maiora animalia, & uitulos: aut fœtus ouiū, id eſt, agnos: aut capellas urentes culta ſuo uenenato morſu: petito ſaltus, id eſt, paſcua, & loca quamuis longinqua Tarenti ſaturi, id eſt, fertilis. & petito campum: qualem Mantua infelix amiſit, ſubaudi in bello ciuili: paſcentem cygnos niueos in flumine herboſo, ſcilicet Mincio: fontes liquidi non deſunt in agro Mantuano gregibus, & gramina non deſunt. & quantum armenta carpent, id eſt, paſcentur in diebus longis, id eſt, in æſtate, tantum ros gelidus reponit, id eſt reſtaurat in nocte exigua. Terra nigra fere, & pinguis ſub uomere preſſo: & terra, cui ſolum eſt putre, id eſt reſolubile: eſt optima frumentis: & per parentheſim interpoſuit. namque hoc imitamur, id eſt, experimur arando. Non ullo, id eſt, nullo ex æquore, id eſt, campo tu cernes plura plauſtra frumentis onuſta decedere domum iuuencis tardis & natura ſua, & quia onuſta uehunt plauſtra. Aut illa terra eſt optima frumentis, unde arator iratus propter arationis difficultatem, deuexit ſyluam extirpando arbores: & euertit nemora ignaua, id eſt, inculta ꝑ multos annos: & eruit, id eſt, eradicauit

Antiquasq; domos auium, cum stirpibus imis
Eruit. illæ altum nidis petiere relictis:
At rudis enituit impulso vomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris,
Vix humiles apibus casias; roremq; ministrat,
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta, negant alios æque serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq; volucres,
Et bibit humorem, &, cum vult, ex seipsa remittit:
Quæq; suo viridi semper se gramine vestit;
Nec scabie, & salsa lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos:
Illa ferax oleæ est, illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem diues arat Capua, & vicina Veseuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.
Nun quo quanq; modo possis cognoscere, dicam:


Ea est optima, q̃ sæpe ex se exhalat.

alias semper uiridi.

Veseuũ falso putat Serui⁹ mõtem esse Liguriæ sub Alpib⁹ positũ: is enim Vesul⁹ appellatur: de quo alibi Vegr. Vesulus quem pinifer adfert. Veseuus autem de quo hic Verg. Cãpaniæ mõs est, q et Vesuui⁹ et Vesulus d'r.

¶ Ecphrasis.

antiquas auiũ domos .i. nidos cũ stirpibus imis .i. cũ arborũ rãdicibus. Illæ .s. aues petiere altũ aërẽ relictis nidis. At cãpus rudis .i. incult⁹ enituit uomere impulso .i. cultura arationis. Nã glarea .i. terra glareosa i. iuna .i. sterilis ruris cliuosi .i. in cliuos surgẽtis uix ministrat apibus casias humiles .i. cãtuessos: & rorẽ submarinũ. At tophus scaber, lapis est arenaceus asper in superficie, et creta .i. terra argillosa exesa .i. corrosa á nigris chelydris .i. serpẽtibus terrestribus: negãt agricolæ alios agros æque .i. æqualiter ferre dulcẽ cibũ serpẽtib⁹: et æque pˉbere latebras curuas serpẽtib⁹. Illa tell⁹ q̃ exhalat nebulã tenuẽ .i. euaporet et fumos .i. uapores uolucres, & bibit humorẽ: & remittit ipsa ex se cum uult .i. debet. & illa tellus q̃ semp uestit se suo gramine, nec lædit ferrũ scabie et .p .i. salsa rubigine. illa inquã tellus intexet tibi ulmos lætis uitib⁹. et illa est ferax oleæ .i. oliuæ. Experieris colẽdo illã talẽ terrã: et facilẽ pecori pascẽdo: et patiẽtẽ uomeris vnci .i. facilẽ culturæ. Talẽ terrã diues Capua ciuitas Cãpaniæ: et ora uicina iugo Veseuo mõti quoq; Cãpaniæ: et Clani⁹ fluui⁹ ibidẽ nõ æquus .i. infest⁹ Acerris urbi quoq; Cãpaniæ uacuis q ra ri sunt i ea habitatores. Dicã nũc quomodo possis cogn[illegible] terrã.



Rara sit, an supra morem si densa requiras:
(Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:
Densa magis Cereri, rarissima quęq; Lyæo)
Ante locum capies oculis, alteq; iubebis
In solido puteum demitti, omnemq; repones
Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas.
Si deerunt, rarum, pecoriq;, & vitibus almis
Aptius vber erit: sin in sua posse negabunt
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis,
Spissus ager: glebas cunctantes, crassaq; terga
Expecta, & validis terram proscinde iuuencis.
Salsa. Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat)
Tale dabit specimen: tu spisso vimine quallos,
Colaq; prælorum fumosis diripe tectis:

¶ *Ecphrasis.*

Nam si tu requiris an terra sit rara an densa capies. i. eliges locum ante, & per parenthesim subiungit, quoniam altera. i. densa fauet. i. apta est frumentis: altera. i. rara Baccho. i. uino. Et iterum exponit, densa magis Cereri: & rarissima quæq; Lyæo, id est, Baccho, subaudi fauet. Et ut possis deprehendere id. iubebis puteũ. i. fossam, demitti. i. defodi in solido alte. i. profunde. Et rursus repones omnem humum, id est, terram egestam prius: & æquabis pedibus conculcando summas arenas. & si deerit terra. uber rarum, id est, fertilitas terræ raræ erit aptius pecori, scilicet pascendo. Sin pro sed si, si arenæ illæ negabũt posse ire in sua loca, id est, recipi, & terra superabit repletis scrobibus. Ager ille est spissus: & specta, id est, proba glebas cunctantes, id est, propter crassitudinem resistentes uomeri: & terga crassa expecta, & proscinde talem terram iuuencis ualidis. Sed tellus salsa, & quæ perhibetur amara est infelix frugibus. i. sterilis ad frumenta. Ea terra nec mansuescit deponendo feritatem arando, id est, dum aratur. nec seruat genus Baccho, quia uinum degenerat: nec seruat pomis sua nomina, id est, suam generositatem. Hæc inquã terra tale specimen, id est, de se probationem talem dabit. Deripe. i. raptim cape de tectis fumosis prælorũ quallos. i. id est, canistra spisso uimine, id est, uiminis spissi. Et cola quibus uina colantur.

Huc ager ille malus, dulcesque a fontibus undæ
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus: & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror. *al. amaro*
Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto
Discimus: haud unquam manibus iactata fatiscit,
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.
Humida maiores herbas alit, ipsaque iusto
Lætior. ah nimium ne sit mihi fertilis illa,
Neu se prævalidam primis ostendat aristis.
Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit:
Quæque leuis, promptum est oculis prædiscere nigram,
Et quisquis color: at sceleratũ exquirere frigus
Difficile est. piceæ tantum, taxique nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.

Pinguis quomodo cognoscatur.

¶ *Ecphrasis.*

Et ille malus ager: & undæ dulces á fontibus calcẽtur huc ad plenũ. Scilicet. i. certe omnis aqua eluctabitur per poros exire, & grandes guttæ ibunt per uimina. i. per rimas, & foramina quallorum & colorum. At sapor manifestus, quẽ deprehendes, faciet indiciũ. i. experientiam. & amaror. i. terræ amaritudo torquebit ora tristia tentãtum. i. degustãtiũ sensu gustus. Deniq; hoc pacto. i. modo discimus quæ tellus sit pinguis, quia iactata manibus nõ fatiscit. i. in rimas finditur unquá. sed lentescit ad digitos. i. inter digitos habendo. i. dũ tractatur. in morẽ. i. in similitudinem picis. Terra humida alit herbas maiores: & ipsa est lætior iusto, id est, pinguior quã oportet. Ah, subaudi uerendum est, ne illa talis terra sit nimium fertilis: quia tunc messes luxuriabunt præ nimia terræ pinguetudine: & uereor ne ostẽdat se prævalidam in primis aristis: non procreando deinde grana. Quæ uero terra est grauis, & quæ leuis prodit. i. manifestat seipsam tacitam, id est, tacite nullo alio experimento, & signo quam ipso pondere, promptum est oculis prædiscere nigram. & quisquis color, id est, quicunq; alius sit terræ color: at difficile est exquirere frigus sceleratum, id est, terram, quæ sit frigida. Tamen piceæ, id est, pinus nigræ, & taxi nocentes, quia arbores sunt uenenatæ: aut hederæ nigræ: quia sunt & albæ: interdum pandunt uestigia, id est, dant signa frigiditatis.

His animaduersis, terram multo ante memento
Exquoquere, & magnos scrobibus concidere montes:
Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,
Quam lætum infodias vitis genus, optima putri
Arua solo, id venti curant, gelidæq; pruinæ,
Et labefacta mouens robustus iugera fossor.
At si quos haud vlla viros vigilantia fugit,
Ante locum similem exquirunt, vbi prima paretur
Arboribus seges: & quo mox digesta feratur:
Mutata ignorent subito ne semina matrem.
Quin etiam cæli regionem in cortice signant:
Vt quo quæq; modo steterit, qua parte calores
Austrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi,
Restituant: adeo in teneris consuescere multum est.
Collibus, an plano melius sit ponere vites,
Quære prius, si pinguis agros metabere campi,
Densa sere: in denso non segnior vbere Bacchus,

al. circundare. Scrobes faciendæ, & uertendum solum.

Translatæ arbores. ali. mutatam

al. uitem. An in colle magis conducat, an in plano.

¶ Ecphrasis.

His animaduersis, id est, consideratis: memento excoquere terram multo ante, id est, exercendo illam solibus exponere. & memẽto concidere magnos montes scrobibus, id est, foßis ad plantandas arbores. & memento ostendere ante Aquiloni, id est, frigori glebas resupinatas, id est, inuersas ex fundo. ante inquam, quam infodias, id est, plantes genus lætum uitis. Optima arua sunt in solo putri, uenti, & pruinæ gelidæ curant id, id est, efficiunt solum putre, & fossor robustus mouens iugera labefacta, id est, agros defossos. At si quos, id est, aliquos viros haud ulla, id est, nulla uigilantia fugit. id est, qui sunt diligentes, ante exquirunt locum similem, ubi prima seges paretur arboribus. s. trãsplãtandis: & quo .i. in quẽ locũ illa seges arborum digesta mox feratur: idq; faciunt, ne semina subito mutata ignorẽt matrem, immo putent esse matrem suam. Quin etiam signant regionẽ cæli in cortice arboris, & quomodo quæq; arbor steterit: & qua parte tulerit Austrinos calores: & quæ terga obuerterit axi .i. septentrioni. restituant. s. easdem partes cum plãtauerint. Adeo multum est assuescere in teneris. Quære prius, an melius sit ponere uitẽ in collibus, an in plano: si tu metaberis .i. metieris agros campi pinguis, sere dẽsa pro dense: quia Bacchus nõ est segnior in ubere .i. terra densa, & pingui.

Sin tumulis accliue solum, collesq; supinos,
Indulge ordinibus: nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Vt sæpe ingenti bello cum longa cohorteis
Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
Directæq; acies, ac late fluctuat omnis
Aere renitenti tellus, necdum horrida miscent
Prælia, sed dubius medijs Mars errat in armis,
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
Non animum modo vti pascat prospectus inanem,
Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
Terra, neq; in vacuum poterunt se extendere rami.
Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras:
Ausim vel tenui vitem committere sulco.
Altius, ac penitus terræ defigitur arbos:
Esculus in primis: quæ quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in Tartara tendit.

Scrobes vitiū nō admodū profundæ, arborum pfundæ sint

¶ *Ecphrasis.*

Sin solū est accliue tumulis .i. est cliuosum, & colles supinos .i. altos, subaudi metabere: indulge ordinib9 .i. relaxa illas. Nec secius .i. nō minus positis arborib9 oīs uia quadret limite secto in unguē .i. exactissime. Vt cū legio lōga sæpe explicuit cohortes in bello ingēti: & agmē stetit in cāpo aperto: & acies directæ steterunt, ac ois tellus fluctuat late .i. uibratur aere renitenti .i. armis fulgētibus: & nōdū miscent prælia horrida .i. antea quā exercitus ordines perturbentur: sed Mars dubius utri exercitui daturus sit uictoriā, errat in medijs armis. Eodē ordine omnia sint dimēsa paribus numeris uiarum .i. ordinum in quadrum positorum. Et hoc faciendū non modo uti prospectus pascat animū inanem .i. inanes uoluptates ex ordine illo quærentem: sed quia non aliter terra dabit æquas uires omnibus: neq; rami poterunt extendere se inuacuum: forsitan tu quæras, quæ fastigia, id est, altitudines sint scrobibus i. fossis. Ausim dicit Vergilius .i. audebo cōmittere .i. plātare uitē sulco tenui .i. fossa non profundiore, quā est sulcus. Arbos cætera a uite defigitur, i. plantatur altius .i. profundius, ac penitus .i. penitissime terræ, idest, in terra. sed Esculus in primis, quæ inter glandiferas numeratur: quæ quantum uertice .i. cacumine tendit ad auras æthereas, id est, altas: tantum radice tendit in tartara .i. in profundum.

Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres
Conuellunt, immota manet, multosq; per annos
Multa virum voluens durando sæcula vincit.
Tum forte late ramos, & brachia tendens
Huc, illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram.
Ne ve tibi ad Solem vergant vineta cadentem:
Ne ve inter vites corylum sere: ne ve flagella
Sūma pete, aut summas defringe ex arbore plantas:
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso
Semina: ne ve oleæ syluestres insere truncos.
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui primum sub cortice tectus
Robora comprendit, frōdesq; elapsus in altas
Ingentem cælo sonitum dedit: inde secutus
Per ramos victor, perq; alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, eruit atram
Ad cælum picea crassus caligine nubem:

al. nepotes

nō vĝgāt ad Occidētē.

ali. summa destringe.

Nō ex summis arboribus defringendæ plātæ.

Non inserēdus oleaster oleæ.

¶ *Ecphrasis.*

Ergo hyemes, id est, tempestates, & flabra, id est, uenti, & imbres non conuellunt illam esculum. sed manet immota: & durando per multos annos uoluens multa sæcula uirum pro uirorum uincit ætates multas hominum. tum præterea tendens huc illuc, id est, in omnes partes ramos late, & brachia ipsa media sustinet ingentem umbram. & caue ne uineta surgant tibi ad solem cadentem, id est, ad solis occasum. & ne seras corylum inter uites: & ne pete summa flagella, id est, plantas, quas plantas plantaturus, aut insiturus es. i. non capias ex summitate arboris: ideo exponens subdit: aut ne defringe plantas ex summa arbore: tantus est amor terræ, q; humiles sunt fertiliores. Nec cede, id est, putes semina, id est, nouas plantas ferro retuso, id est, falce obtusa. & non inseras truncos syluestres oleæ. id est, oliuis. Nam ignis excidit, id est, elabitur sæpe pastoribus incautis: qui ignis primum tectus sub cortice pingui propter oleum comprendit robora furtim, id est, latenter: & elapsus ignis ille in frondes altas dedit ingentem sonitū cælo, id est, in cælū. & inde secutus uictor regnat per ramos, & per alta cacumina. & inuoluit flammis totum nemus. i. omnes oliuas, & ignis ille crassus caligine picea, id est, nigro fumo. eruit. i. emittit ad cælum nubem atram.

Præſertim ſi tempeſtas a vertice ſyluis
Incubuit, glomeratq; ferens incendia ventus.
Hoc vbi, non a ſtirpe valent, cæſæ que reuerti
Poſſunt, atque ima ſimiles reuireſcere terra:
Infelix ſuperat folijs oleaſter amaris.
Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat autor
Tellurem Borea rigidam ſpirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems: nec ſemine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima vinetis ſatio eſt, cum vere rubenti
Candida venit auis longis inuiſa colubris:
Prima vel Autumni ſub frigora, cum rapidus Sol,
Nondum hyemem cõtingit equis, iam præterit æſtas.
Ver adeo frondi nemorum, ver vtile ſyluis:
Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omneis

Nõ fodiendũ aut arãdũ ſpirãte Borea.

ali. mouerí

Vere ſerẽdæ uites, aut Autũno.

Deſcriptio ueris.

¶ Ecphraſis.

quod fit præſertim, ſi tẽpeſtas incubuit ſyluis.i. inuaſit a uertice.i. á ſeptẽtrione. & uentus ferens.i. ſpirans glomerat, id eſt, inuoluit incẽdia. Hoc ubi, ſubaudi fit: oliuæ & cæſæ nõ ualent, neq; poſſunt reuerti á ſtirpe.i. á radicibus: neq; poſſunt reuireſcere ſimiles ab ima terra.i. á radicibus. hoc inquã ubi fit: oleaſter infelix.i. ſterilis ſuperat.i. ſuboritur folijs amaris. Præterea nec quiſquam autor tã prudens.i. tantæ prudentiæ & autoritatis uir nõ perſuadeat tibi mouere tellurem rigidam.i. congelatam Borea uento ſeptẽtrionali ſpirante: & ſubdit cauſam, quia hyems claudit rura gelu, ne poßint fodi aut arari. Et ſemine iacto nõ patitur affigere.i. cõmiſcere terræ radicem ſeminis cõcretã.i. congelatã Optima ſatio.i. plantatio eſt uinetis, cũ auis cãdida inuiſa.i. odioſa colubris longis, & per circuitionẽ deſcribit ciconiam, uenit in uere rubenti.i. purpureo propter flores: uel ſatio eſt optima ſub prima frigora Autũni, cũ Sol rapidus nondũ contingit hyemẽ equis: & iam æſtas præterit.i. in Autũno: qui eſt inter æſtatẽ, & hyemẽ medius. Ver eſt adeo utile frondi nemorũ, & eſt utile ſyluis. terræ tumẽt uere: & poſcunt ſemina genitalia.i. generatiua. Tunc æther.i. Iupiter pater omnipotens deſcẽdit in gremium lætæ coniugis.i. Iunonis imbribus fœcundis.i. quibus omnia germinant.

Magnus alit magno commistus corpore foetus.
Auia tum resonant auibus virgulta canoris:
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager: Zephyriqꝫ tepentibus auris
Laxant arua sinus: superat tener omnibus humor:
Inqꝫ nouos soles audent se gramina tuto
Credere: nec metuit surgentes pampinus Austros,
Aut actum cælo magnis Aquilonibus imbrem,
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.
Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, alium ve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri,
Cum primum lucem pecudes hausere: virumqꝫ
Ferrea progenies duris caput extulit aruis,
Immissæqꝫ feræ syluis, & sydera cælo.
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem.

al'. germina Celsus non gram'na. Vergil'. dicit scripsisse: loquitur enim de arborũ omnium fœtu.

al'. primæ

al'. terreale git Lactãt. libro .s. de Orig. error.

¶Ecphrasis.

Et Iupiter commistus magno corpore Iunonis ipse magnus alit omnes fœtus: quod uel ex eo patet, quia uirgulta auia .i. non peruia resonant tunc auibus canoris .i. suauiter canentibus. Et armenta repetunt uenerem certis .s. diebus, id est, uere. Et almus ager parturit .s. in uere. & arua laxant .i. aperiunt sinus auris tepentibus Zephyri uenti Occidentalis. omnibus superat tunc humor tener. Et gramina audent credere se tuto in nouos soles: quia iam non timent frigora. Nec pampinus metuit Austros surgentes, á quibus decutiantur: aut metuit imbrem actum id est, impulsum magnis Aquilonibus cælo, id est, per aerem. Sed pampinus trudit, id est, aperit gemmas, & explicat omnes frondes, id est, expandit folia. Ego non crediderim, alios, quam hos dies, illuxisse á prima origine mundi crescentis, uel mundum habuisse alium tenorem: illud tempus rerum creationis erat uer: & magnus orbis tunc agebat uer: & Euri parcebant, id est, abstinebant flatibus hybernis: cum quo tempore primæ pecudes hausere lucem. & ferrea progenies uirum pro uirorum extulit caput aruis duris: cum more fungorum nascerentur. Et cum feræ fuerunt immissæ syluis. & sydera sunt immissa cælo. Nec res teneræ possent perferre hunc laborem, id est, temporis intẽperiem

Si non tanta quies iret, frigusque, caloremque
Inter: & exciperet cæli indulgentia terras.
Quod superest, quæcunque premes virgulta per agros
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulum, aut squallenteis infode conchas,
Inter enim labentur aquæ, tenuisque subibit
Halitus, atque animos tollent sata. iamque reperti,
Qui saxo super, atque ingentis pondere testæ
Vrgerent, hoc effusos munimen ad imbres:
Hoc vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua.
Seminibus positis superest deducere terram
Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes:
Aut presso exercere solum sub vomere: & ipsa
Flectere luctantes inter vineta iuuencos.
Tum leues calamos, & rasæ hastilia virgæ,
Fraxineasque aptare sudes, furcasque bicornes:

Fimū inijciēdum uitibus.

Fodiēdum singulis mēsib⁹, et herbæ extirpādæ.

Pedaminibus subleuandæ teneræ uites

¶ *Ecphrasis.*

Si tanta quies, quanta ueris est, non iret inter frigus, & calorem: & indulgentia, id est, clementia cæli, id est, aëris non exciperet terras. Quod superest, id est, reliquum est sparge fimo, id est, stercore pingui quæcunque uirgulta, id est, plantas premes. i. plantabis per agros: & tu memor huius præcepti occule. i. tege illas plātas multa terra. aut infode ad plantæ radicem lapidem bibulum, id est, spongiosum: aut conchas squallentes. i. squāmosas. Enim. i. quia aquæ interlabētur: & halitus tenuis, id est, spiraculum subibit: & sata tollent animos. Et iam reperti sunt: qui urgerent super plantarum radices saxa: & urgerent pondere testæ ingentis. putantes esse hoc munimen ad imbres effusos, id est defensionē ad nimias pluuias. & putantes hoc esse munimen. i. defensionē contra siccitatem: ubi canis æstifer. i. stella urgens in æstate findit arua hiulca. i. rimosa siti, id est, siccitate. Seminibus, id est, plantis positis: superest deducere, id est, aggerare terram sæpius ad capita. i. truncos. Et iactare duros bidentes. i. ferreos: quod fossores faciunt. aut exercent terram sub uomere presso arando. & superest flectere iuuencos luctantes, id est, resistentes inter ipsa uineta, id est, uites. Tum superest aptare. i. uitibus applicare læues calamos. i. arūdines deglabratas: & hastilia uirgæ rasæ. i. excorticatæ, & sudes fraxineas: & furcas bicornes. i. bifurcatas: ex quibus fiunt ridicæ uitibus.

Viribus eniti, quarum & contemnere ventos
Assuescant, summasq; sequi tabulata per vlmos.
Ac dum prima nouis adolescit frondibus ętas,
Parcendum teneris: & dum se lætus ad auras
alias aget Palmes agit laxis per purum immissus habenis,
al. nōdū falcis. Ipsa acie falcis nondum tentanda: sed vncis
Carpendæ manibus frondes, interq; legendæ.
Inde vbi iam validis amplexæ stirpibus vlmos
Exierint: tunc stringe comas, tunc brachia tonde:
(Ante reformidant ferrum) tunc deniq; dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.
Texendæ sepes etiam & pecus omne tenendum est.
Frons. Præcipue dum frons tenera, imprudensq; laborum:
Cui super indignas hyemes, Solemq; potentem,
Syluestres vri assidue, capreęq; sequaces
Illudunt, pascuntur oues, auidęq; iuuencę.
Frigora nec tantum cana concreta pruina:

¶ Ecphrasis.

quarum ridicarum uiribus uites assuescant eniti: & cōtemnere uentos: & sequi tabulata per vlmos summas. At dum prima ætas adolescit nouis frondibus: parcendum est teneris uitibus: & dū palmes lætus agit se ad auras .i. exit in uacuum habenis laxis immißis .i. solutis per purum aërem: nōdū tētanda, subaudi est uitis ipsa acie falcis .i. ferro falcis putatoriæ: sed frōdes carpēdæ sunt: & interlegēdæ manibus: quæ nō ita nocent, ut ferrum. Inde vbi uites amplexæ ulmos ualidis stirpibus iam exierint .i. pāpinos, & palmites explicauerint: tum stringe comas .i. frondes compesce: tum tonde .i. puta brachia .i. palmites steriles. Ante cum uites sunt nouellæ reformidant ferrū. Tum demq; cum .s. uites sunt duriores: exerce dura imperia. & compesce ramos fluentes .i. laxos & solutos. Etiā sepes sunt texendæ pro uitium defensione .i. plantandæ, sic ut postea texantur: & pecus omne tenendum est .i. abstinendum est á uitibus: præcipue dum frons est tenera, imprudensq; .i. inexperta laborum. Cui .s. frondi uri syluestres .s. feræ in alpibus. & capreæ sequaces .i. persecutrices illudunt assidue super hyemes indignas & Solē potentem .i. præter frigora hyemis, & calorem æstatis. Oues preterea pascuntur, & iuuencæ auidæ pascuntur uites. Nec frigora concreta pruina cana, id est, alba

Aut grauis incumbens scopulis arētibus æstas; *alias æstus*
Quantum illi nocuere greges, duriq́ꝫ venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris *Caper Baccho immolatur.*
Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi:
Præmiaq́ꝫ ingentes pagos, & compita circum
Theseidæ posuere: atq́ꝫ inter pocula læti
Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.
Necnon Ausonij Troia gens missa coloni *Deductitij ciues.*
Versibus incomptis ludunt, risuq́ꝫ soluto,
Oraq́ꝫ corticibus sumunt horrenda cauatis,
Et te Bacche vocant per carmina læta: tibiq́ꝫ
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu:
Complentur vallesq́ꝫ cauæ, saltusq́ꝫ profundi,
Et quocunq́ꝫ Deus circum caput egit honestum.

¶ *Ecphrasis.*

Aut æstas grauis incumbens scopulis arentibus nōcuere tantum illi frondi: quā̄tum greges: & pro id est uenenum duri dentis: & cicatrix signata in stipite admorso ab illis pecoribus. Et *non ob aliam causam, uel culpam caper cæditur, id est, sacrificatur omnibus aris: & ludi ueteres ineunt proscænia, id est, eunt in theatra singulis annis.* Nam *proscænium locus est in theatro ante scænam, ubi ludi fiebant, &* Thesidæ, *id est,* Athenienses, *á* Theseo *dicti suæ urbis cōditore posuere in illus ludis præmia circum pagos ingentes, id est, uicos rusticanos: & circū compita, id est, triuia & quadriuia agrorum: atq; ipsi læti inter pocula saliere,, id est, saltum fecere in pratis per utres unctos.* Necnon, *id est, præterea* Ausonij. *i. in tali coloni. gēs missa á* Troia *duce* Acnea, *et* Antenore *ludūt uersibus incōptis, id est, inornatis. & risu soluto propter turpia quæ dicuntur. & sumunt ora horrenda, id est, terribiles personas ex corticibus cauatas. & ó* Bacche *uocant te per carmina læta, id est, hymnos cantando: & suspendunt tibi, id est, in honorem tuum ex pinu alta oscilla, id est, imagunculas, mollia, id est, pensilia.* Hinc. *i. ex causa ludorum omnis uinea pubescit, id est, floret largo fœtu, id est, multis vuis, & ualles concauæ, & saltus profundi complentur vuis.* Et *locus ille cōpletur quocunq; Deus* Bacchus *egit. i. mouit caput honestum, id est, pulchrum.*

al'.suos. Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
al'.honorss Carminibus patrijs, lancesq;, & liba feremus:
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,
Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis.
De fodien Est etiam ille labor curandis vitibus alter:
dis uineis. Cui nunquam exhausti satis est. namq; omne quotannis
Terq; quaterq; solum scindendum: glebaq; versis
Aeternum frangenda bidentibus: omne leuandum
Fronde nemus, redit agricolis labor actus in orbem:
Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.
al'.At. Et iam olim seras, posuit cum vinea frondes,
Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem,
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Post uinde Rusticus, & curuo Saturni dente relictam
miā sequi= Persequitur vitem attondens, fingitq; putando.
tur puta= Primus humum fodito, primus deuecta cremato
tio. Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto:
Bis pampi Postremus metito; bis vitibus ingruit vmbra;
nandum.

¶ *Ecphrasis.*

Ergo nos dicemus suū honorē Baccho carminib⁹ patrijs.i.latinis uerbis cōpositos hymnos.et feremus illi lāces et liba.et hirc⁹ sacer.i.sacrificād⁹ ductus cornu stabit ad aras.& torrebim⁹ exta pinguia.i.hirci intestina in uerub⁹ colurnis.i.ex arbore corylo factis. Est etiā ille labor alter.i.sequēs uitib⁹ curādis, cui nūq̃ est satis exhausti.i.q nō habet finē ullū operis. Nāq; omne solū scindēdū est.i.fodiēdū ter et q̃ter quotānis.i.singulis annis, et gleba frāgēda est bidētib⁹ aeternū.i.sine fine, et oē nemus.i.uites leuādū est frōde pāpinādo uites. et labor act⁹ anno p̄terito redit i orbē.i.in circuitū.& annus uoluitur in seipsū per sua uestigia. ac cū iā uinea deposuit frōdes seras.i.p finē Autūni, et Aqlo frigid⁹ decussit honorē.i.pulchritudinē syluis.i.arboribus, rusticus acer.i.diligens iā tunc.i.ab eo tēpore extendit curas in annū uenientē, & persequitur uitē relictā sine uuis attondes.i.putās illam dente curuo Saturni .i.falce putatoria, quā Saturnus in Italia monstrauit primus. & fingit.i. componit & ornat uitem putando. Primus fodito humum. & primus cremato sarmenta deuecta, scilicet in domum. & tu primus referto uallos sub tecta. & postremus metito, id est, uindemiato. Vmbra bis ingruit uitibus, id est, uocetur

Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ:
Durus vterq; labor. laudato ingentia rura,
Exiguum colito. necnon etiam aspera rusci
Vimina per syluam, & ripis fluuialis arundo
Cæditur: incultiq; exercet cura salicti.
Iam vinctæ vites, iam falcem arbusta reponunt,
Iam canit extremos effœtus vinitor antes,
Solicitanda tamẽ tellus, puluisq; mouendus:
Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.
Contra, non vlla est oleis cultura: neq; illæ
Procuruã expectant falcem, rastrosq; tenaces, Oliuæ.
Cum semel hęserunt aruis, aurasq; tulerunt:
Ipsa satis tellus, cum dente recluditur vnco,
Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges:
Hoc pinguem, & placitam paci nutritor oliuam.
Poma quoq; vt primum truncos sensere valentes,

¶Ecphrasis.

& herbæ bis obducũt. i. operiunt segetem sentibus. i. spinis densis. uterq; labor est durus, scilicet in ulneis, & in frumentis tollere umbras. Laudato tu ó agricola rura ingentia, sed colito exiguum. Necnon, id est, præterea uimina aspera rusci, qui ex frutex spinosus, cæduntur per syluam. & arundo fluuialis cæditur ripis, in quibus nascitur. & cura salicti, id est, salicis inculti, quia non colitur salix. exercet agricolas. iam uites sunt uinctæ, id est, ligatæ. & iam arbusta uitibus maritata reponunt falcem. & uinitor effœtus, id est, defessus canit iam antes extremos, id est, ultimos uitium ordines: tamen nihilominus tellus est sollicitanda, & puluis est mouendus. & Iuppiter est metuendus vuis iam maturis ne, scilicet grandine decutiantur. Contra non ulla, id est, nulla est cultura oleis, neque illæ expectant falcem procuruam, qualis est falx putatoria: & rastros tenaces, quod uites faciunt: cum oleæ semel hæserunt aruis, id est, egerunt radices: & tulerunt auras, id est, resistere possunt uentis. Ipsa tellus satis sufficit, id est, subministrat humorem: cum reducitur, id est, aratur vnco dente, id est, uomere. Et etiam sufficit fruges grauidas, cum uomere tellus reducitur. Hoc, scilicet uomere nutritor pro nutrito oliuam pinguem & placidam paci. Poma quoque, ut primum sensere truncos ualentes. i. potentes.

Et vires habuere suas, ad sydera raptim
Vi propria nituntur, opisque haud indiga nostræ.
De arbustis & fruticibus. Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit:
Sanguineisque inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur cytisi: tædas sylua alta ministrat:
alias ac Pascunturque ignes nocturni, & lumina fundunt.
Et dubitant homines serere, atque impendere curam?
Quid maiora sequar: salices, humilesque genistæ,
al. umbras. Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus vmbram
Sufficiunt, sępemque satis, & pabula melli.
Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
Nariciæque picis lucos: iuuat arua videre
Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ.
Ipsæ caucaseo steriles in vertice syluæ,
Quas animosi Euri assidue franguntque, feruntque,
Dant alios aliæ fœtus: dant vtile lignum
Nauigijs pinos, domibus cedrosque, cupressosque.

¶ *Ecphrasis.*

& habuere uires suas: nitūtur sua ui. i. per se sustentātur haud indiga. i. non indigentia nostræ opis. i. auxilij. Nec *minus omne nemus grauescit fœtu interea dum cultiuæ arbores exercentur. & auiaria. i. syluæ in quibus aues nidificāt inculta rubent baccis sanguineis. i. rubeis pomis. & cytisi tondētur ad pecoris pastū. sylua alta ministrat tædas nocturno lumini.* Et *ideo subditur, pascuntur ignes nocturnis ac fundunt lumina, & dubitant homines serere, atq; impēdere curā? quando uides arbores incultas esse fructuosas. Quid ego sequar maiora, id est, arbores grandiores: salices & genistæ humiles: aut illæ sufficiunt, idest, subministrant frondem pecori, aut sufficiunt umbras pastoribus: & sepem satis: & pabula melli.* Et *iuuat spectare Cytorum montem Macedoniæ, & lucos picis, id est, pinos nariciæ. i. patriæ Vlyßis: & iuuat uidere arua non obnoxia, id est, obligata rastris hominum: & non obnoxia ulli curæ, scilicet hominum: quia inculta sunt.* Ipsæ *syluæ steriles in uertice caucaseo: quas* Euri *animosi, id est, uiolenter spirantes feriunt, & ferunt, id est, rapiunt aßidue: aliæ dant alios fœtus, id est, utilitates.* Dant *pinos lignum utile nauigijs, id est, nauibus fabricandis. & dant cedrum & cupressos lignum utile domibus, subaudi ædificandis.*

Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, frondibus ulmi:
At myrtus ualidis hastilibus: & bona bello
Cornus: Ithyreos taxi torquentur in arcus. *Alias. Ityreos.*
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,
Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto. *Alias. curuantur, ex Strabone.*
Nec non & torrentem undam leuis innatat alnus
Missa Pado: nec non & apes, examina condunt
Corticibusq; cauis, uitiosæq; ilicis alueo,
Quid memorandum æque, Baccheia dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentes
Centauros leto domuit, Rhœtumq;, Pholumq;, *Rhœcũq; ex Calimachi commentarijs.*
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.
O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas, quibus ipsa, procul discordibus armis, **Propositio.**

¶ *Ecphrasis.*

Et Agricolæ triuere radios rotis plaustrorum hinc, id est, á quibusdam arboribus. & hinc, id est, ab alijs triuere tympana, uulgo las maças, & imposuere carinas pandas, id est, latera curua ratibus. Salices sunt fœcundæ uiminibus, & uirgis. & ulmi sunt fœcundæ frondibus ad pecoris pastum. & myrtus est fœcunda ualidis hastilibus. & cornus est bona bello, id est, hastis bellicis. & taxi torquentur in arcus Ityreos, id est, Parthicos, hoc est, optimos. Nec non, id est, praeterea tiliæ læues arbores, quarum est materia leuißima. aut buxum rasile torno, id est, quod raditur in torno accipiunt formam, & cauantur ferro acuto in quamcunq; uelis formam. Nec non, id est, prætera alnus leuis innatat undam torrentem missa Pado flumini Italiæ, quia est apta nautgijs faciendis. Nec non. i. prætera apes condunt examina & corticibus cauis suberum, & aluo, id est, alueo ilicis uitiosæ. i. exesæ. Dona Baccheia. i. uina Bachi, quid tulerũt æque memorãdũ his, quæ supra retulimus. Bacchus dedit causas ad culpam, quod exemplo probat, quia domuit leto, id est, morte furentes centauros, scilicet, Rhœtũ & Pholũ & Hylæũ minantem Lapithis magno cratere, quod in Pirithoi nuptijs est factũ. O Agricolas nimium fortunatos, id est, fœlices, si norint, id est, cognouerint sua bona, quibus ipsa tellus iustißima, quia uictus ex terra iustus. fundit, id est, parit ex humo uictum facilem armis discordibus, id est, bellis procul.

Collatio bonorum. Fundit humo facilem uictum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis uomit ædibus undam,
Nec uarios inhiant pulchra testudine postes,
Alias. inclusasq;. Illusasq; auro uestes, Ephyræiaq; æra,
Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno,
Alias. neq; Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui:
Bona ruris. At secura quies, & nescia fallere uita,
Diues opum uariarum, at latis otia fundis,
Speluncæ, uiuiq; lacus, at frigida Tempe,
Alias. absunt illic Mugitusq; boum, mollesq; sub arbore somni,
Non absunt: illis saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum, paruoq; assueta iuuentus,
Sacra Deum, sanctiq; patres: extrema per illos
Iustitia. Iustitia excedens terris uestigia fecit.
Me uero primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti perculsus amore,

¶ *Ecphrasis.*

Si domus alta foribus superbis, id est, etiam altis non uomit ex totis ædibus, id est, emittit ingentem undam salutantum mane, nec Agricolæ inhiant postes uarios, id est, diuersi coloris testudine pulchra. quia ex testudinum crustis incrustabant domos, neque inhiant uestes illusas auro, id est, depictas, & æra Ephyræta, id est, statuas ex ære Corinthio, neque lana alba fucatur, id est, inficitur ueneno Assyrio, id est, purpura uel muriace, neq; usus oliui liquidi corrumpitur casia mista ad unguenta conficienda, at est Agricolis secura quies, & uita nescia fallere, et diues opũ uariarũ, et sunt illis ocia latis fundis. i. in amplis agrorũ possessionibus, et sunt spelũcæ, et lacus uiui, & Tempe frigida, id est, loca uoluptuosa. qualia in Thessalia, & sunt mugitus boum, & somni molles, id est, suaues sub arbore. Et illic, id est, in agris non absunt saltus, & lustra ferarum. & non abest iuuentus patiens operum, & assueta paruo. & non absunt sacra Deum pro Deorum. & patres sancti. Iustitia excedens terris fecit extrema uestigia per illos, scilicet, Agricolas. Musæ dulces accipiant me primum ante omnia. & per parenthesim interposuit, quarum sacra ego perculsus. i. tactus amore ingenti, fero. i. sustineo,

Accipiant: cæliq; uias, & sydera monstrent,
Defectus Solis uarios, Lunæq; labores,
Vnde tremor terris, qua ui maria alta tumescant
Obijcibus ruptis, rursusq; in se ipsa residant,
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
Hyberni, uel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin has ne possim naturæ accedere parteis,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis,
Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes,
Flumina amem, syluasq; inglorius: o, ubi campi,
Sperchiusq;, & uirginibus bacchata Lacænis
Taygeta: o, qui me gelidis in uallibus Aemi
Sistat, & ingenti ramorum protegat umbra.
Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Atq; metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille, Deos qui nouit agrestes,

Alias. ineluctabile.

¶Ecphrasis.

& illæ Musæ monstrent mihi uias, & sydera cæli, & uarios defectus Solis, & labores Lunæ, id est, eclypses utriusq; luminaris. Et etiam monstrent mihi unde sit tremor terris, & qua ui alta maria tumescant ruptis obijcibus, id est, obstaculis, & residant rursus in se ipsa, id est, recipiant se intra suos limites. & quid, id est, cur soles hyberni, id est, hyemales tantum properent tingere, id est, lauare se Oceano mari, uel quæ mora obstet noctibus tardis, id est, hyemalibus. Sin, pro sed si sanguis frigidus, id est, ignauus obstiterit circum præcordia, ne possim accedere ad has partes naturæ, tunc rura & amnes .i. fluuij rigui in uallibus placeant mihi, & ego amem flumina, & syluas inglorius, id est, sine gloria, ò, ubi cãpi, subaudi sunt. & Sperchius flumen Thessaliæ, & Taygeta mons Laconiæ bacchata, id est, in morem bacchãtium frequentata á uirginibus Lacænis, id est, Lacedæmonijs. O, qui sistat me .i. ponat in uallibus gelidis Hemi montis in Thessalia, & protegat .i. tegat me umbra ingenti ramorum. Fœlix, subaudi, est ille, qui potuit cognoscere causas rerum: & subiecit pedibus .i. contempsit omnes metus, & fatum inexorabile .i. mortem, quæ parcit nemini. & strepitum Acherontis fluminis inferni auari .i. qui nihil reddit eorum, quæ semel uorat, quæ omnia ad Philosophum pertinent. Sed & ille .s. agricola est fortunatus, qui nouit Deos agrestes,

Panaq́ꝫ,Syluanumq́ꝫ ſenem, Nymphaſq́ꝫ ſorores,
Illum non populi faſces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres,
Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro:
Non res Romanæ, perituraq́ꝫ regna: neqꝫ ille
Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipſa uolentia rura
Sponte tulere ſua, carpſit: nec ferrea iura,
Inſanumq́ꝫ forum, aut populi tabularia uidit.
Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntq́ꝫ
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidijs urbem, miſeroſq́ꝫ penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.
Condit opes alius, defoſſoq́ꝫ incubat auro.
Hic ſtupet attonitus roſtris: hunc plauſus hiantem
Per cuneos (geminatur enim) plebiſq́ꝫ patrumq́ꝫ

Incommoda urbis.

Alias. q́ꝫ. alias .ue

¶ *Ecphraſis.*

& Pana Deum paſtorum, & Syluanum ſenem, & Nymphas ſorores, quæ ſunt Numina ruſtica. Faſces populi, qui ſunt Conſulum, atque Prætorum inſignia, & purpura Regum non flexit illum. Et diſcordia agitans fratres non flexit illum: & Dacus populus Septentrionalis deſcendens ab Hiſtro coniurato. ubi Daci coniurarunt. Et res Romanæ, & Regna peritura non flexerunt illum. Neque ille aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti. id eſt, diuiti. Sed ille Agricola carpſit fructus, quos rami tulere, id eſt, procrearunt ſponte ſua, id eſt, natura. & quos ipſa rura uolentia tulere. Neque ille Agricola uidit iura ferrea, id eſt, dura, & forum inſanum, aut tabularia, id eſt, leges ſcriptas in tabulis populi. Alij ſolicitant, id eſt, exercent remis freta cæca, in quibus occulti ſunt ſcopuli. Alij ruunt in ferrum, ſcilicet, milites. Alij penetrant Aulas & limina Regum. Hic, id eſt, alius petit vrbem, & miſeros penates excidijs, id eſt, euerſionibus patriæ. quod facit ut bibat gemma, id eſt, uaſis gemmatis, & ut dormiat oſtro ſarrano, id eſt, purpura tyria. Alius condit opes, & incubat auro defoſſo. Hic, id eſt, alius ſtupet attonitus roſtris, id eſt, admiratur ea, quæ exercentur Romæ pro roſtris. Et plauſus Plebis, & Patrum geminatus per cuneos, id eſt, gradus theatri.

Corripuit, gaudent perfusi sanguine fratrum:
Exilioq; domos, & dulcia limina mutant,
Atq; alio patriam quærunt sub Sole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro: Cõmoda ruris.
Hinc anni labor, hinc patriam, paruosq; nepotes
Sustinet: hinc armenta boum, meritosq; iuuencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus:
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentuq; oneret sulcos, atq; horrea uincat.
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande sues læti redeunt: dant arbuta syluæ:
Et uarios ponit fœtus Autumnus: & alte
Mitis in apricis coquitur uindemia saxis.
Interea pendent dulces circum oscula nati: Alias. dulces pendẽt
Casta pudicitiam seruat domus: ubera uaccæ
Lactea demittunt: pinguesq; in gramine læto,

¶ *Ecphrasis.*

corripuit, id est, attonitum traxit hunc hiantem, id est, honores illos admirantem. Alij perfusi sanguine fratrum gaudent, & alij mutant exilio domos, & limina dulcia. Atq; alij quærunt patriam iacentem sub alio sole, id est, cælo uel horizonte. & Agricola dimouit terram aratro curuo, anni labor est illi hinc, id est, ex ea aratione, & hinc sustinet patriam ministrando frumenta, & sustinet paruos nepotes, & armenta boum, & iuuencos, quia illius operis adiutores, ideo meritos. Nec est requies, id est, intermissio, quin aut annus exuberet, id est, abundet aut pomis, aut fœtu pecorum, aut mergite, id est, manipulo culmi Cerealis, id est, frumenti. & oneret sulcos prouentu, & vincat horrea. ita quod plus frumenti habeat, quám horrea capiant. Venit deinde Hyems, & bacca Sicyonia, quæ abundat Sicyone urbe Peloponnesi, teritur trapetis, id est, molis olearijs. sues redeunt læti, id est, pingues glande, & syluæ dant arbuta, id est, poma syluestria. & Autumnus ponit uarios fœtus, id est, poma, & vindemia mitis, id est, vua matura. coquitur in saxis apricis alte, vbi vuæ insolantur. Interea nati dulces pendent ex collo circum oscula. & domus, id est, vxor casta seruat pudiciciam. Vaccæ demittunt, id est, deorsum mittunt vbera lactea.

Inter ſe aduerſis luctantur cornibus hœdi.
Otium. Ipſe dies agitat feſtos, fuſuſq; per herbam,
Ignis ubi in medio, & ſocij cratera coronant,
Te libans Lenæe uocat: pecoriſq; magiſtris
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo:
Corporaq; agreſti nudant prædura paleſtra.
Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini:
Hanc Remus, & frater: ſic fortis Hetruria creuit:
Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma,
Septem quæ una ſibi muro circundedit arces.
Ante etiam ſceptrum Dictæi regis, & ante,
Impia quam cæſis gens eſt epulata iuuencis,
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierant inflari claſſica: necdum
Præciſio. Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.
Sed nos immenſum ſpatijs confecimus æquor,
Alias. ſpumantia. Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla.

¶ *Ecphraſis.*

& hœdi pingues luctantur inter ſe cornibus aduerſis in gramine læto .i. prato herboſo. Ipſe Agricola paterfamilias agitat .i. exercet dies feſtos, fuſus per herbam, ubi ignis eſt in medio, & ſocij coronant cratera .i. poculum. O Lenæe .i. ó Bacche libans uocat te. & ponit .i. proponit in ulmo certamina .i. præmia iaculi uelocis magiſtris pecoris, ut qui in eo certamine uicerit, præmium tollat. & nudant corpora prædura .i. robuſta paleſtra agreſti. Sabini Italiæ populi ueteres hanc uitam .ſ. ruſticam coluere .i. exercuerunt. & Remus, & frater Romulus hanc uitam coluere. Hetruria Regio ſic creuit .ſ. per uitam illam ruſticam. & Roma ſcilicet .i. certe ſic eſt facta pulcherrima rerum. quæ Roma circundedit ſibi muro ſeptem montes, cum tamen una ſit. etiam ante ſceptrum Regis Dictæi .i. ante Regnum Iouis Cretenſis. & antequám gens impia epulata eſt iuuencis .i. iuuencorũ carnibꝰ, quod ſub Ioue primum eſt factum. Saturnus aureus .i. ſub quo fuit ætas aurea, agebat hanc uitam in terris .i. ruſticam. etiam illius ætatis homines necdũ audierant claſsica .i. tubas inflari, ſicut nunc in bello fit, & necdum audierant enſes impoſitos duris incudibus crepitare, cum formarentur. Sed nos confecimus immenſum æquor ſpacijs .i. multum ſumus uecti ſcribendo. & iam tẽpus, ſcilicet, eſt ſoluere colla fumantia equũ .i. equorũ .i. ceſſare, atq; imponere finem libro.

TETRASTICHON OVIDII IN
Librum tertium Georgicon.

TEq; Pales,& pastorum memorande per orbem:
Et pecorum cultus,& gramine pascua læta:
Quis habitent armenta locis,stabulentur & agni:
Omnia diuino monstrauit carmine Vates.

¶ Ecphrasis.

TEq; Pales. Vates.i. Vergilius monstrauit omnia diuino carmine,scilicet,ó Pales Dea pascuorum monstrauit te. & te ó Apollo pastorū memorāde per orbem. & monstrauit cultus pecorum,& pascua læta gramine.& monstrauit quis, id est,quibus locis armenta habitent. & quibus locis agni stabulentur.

PVB. VERGILII MARONIS GEORGICON
Liber Tertius.



TE quoq; magna Pales, & te memorāde canem⁹
Pastor ab Amphryso:uos syluę,āneśq; lycęi.
Cętera,quę uacuas tenuissēt carmina mētes,
Omnia iā uulgata. quis aut Euristhea durū,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui nō dict⁹ Hylas puer, & Latonia Delos?

Tertius liber continet descriptionē animantium, & quarū bestiarum est maximus usus.

Carmina. Ali. carminē.

¶ Ecphrasis.

O Magna Pales pastorum,& pascuorum Dea nos canemus te.& te quoque ó Apollo nomine pastor ab Amphryso flumine memorande canemus. & uos præterea ó syluæ,& amnes Licæi montis Arcadiæ canemus. Cætera omnia carmina,quæ tenuissent.i.tenere potuissent mentes uacuas.i.ociosas. iam sunt uulgata á Poëtis. Nam quis nesciat aut Euristea durum,cui Hercules obsequebatur in domandis monstris. aut quis nescit aras Busiridis tyranni Aegypti hospites immolantis, quem Hercules interfecit, illaudati, id est, qui non meretur laudem: & Hylas puer comes Herculis cui, id est, á quo non est dictus? & Delos Latonia? id est,in qua Delo scilicet, Latona peperit Apollinē, & Dianā.

Immanemq; rotam, & non exuperabile saxum.
Interea Dryadum syluas, saltusq; sequamur
Intactos, tua Mecœnas haud mollia iussa:
Te sine nil altum mens inchoat: en age segneis
Rumpe moras, uocat ingenti clamore Cithæron,
Taygetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorum;
Et uox assensu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas
Cæsaris: & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.
Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Pascit equos: seu quis fortes ad aratra iuuencos:
Corpora præcipue matrum legat. optima toruæ
De bobus: Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus a mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:

¶ *Ecphrasis.*

á furijs, & rotam immanem, in qua uoluitur Ixion. & saxum Sysiphi non exuperabile á Sysipho, quia semper uincitur, Interea ó Mecœnas sequamur syluas Dryadum, quæ sunt Deæ arborum, & saltus intactos, quia latinorum ante Vergilium nemo tetigit hanc materiam, tua iussa haud mollia, id est, difficilia. Mens mea nil altum inchoat sine te. en age, id est, eia rumpe moras segnes. Cytheron. s. mons Bœotiæ uocat nos ingenti clamore, & canes Taygeti uocant nos, qui mons est Lacedæmoniæ. & Epidaurus domitrix equorum uocat nos, quia Epirus equis abundat. & uox ingeminata. i. repetita remugit assensu nemorum, id est, resonat per Echo. Tamen mox. i. cum hoc opus absoluero, accingar. i. expediam me dicere pugnas ardentes Cæsaris, & ferre, id est, diuulgare nomen illius fama per tot annos, quot Cæsar distat á prima origine Tithoni, qui fuit Laomedontis frater á Dardano trahens originem. Seu quis pascit equos miratus, id est, magnifaciens præmia palmæ Olympiacæ, aut si quis pascit iuuencos fortes ad aratra, ille legat, id est, eligat præcipue corpora matrum. optima forma est bouis toruæ, id est, toruatiles oculos habentis. & cui caput est turpe, id est, magnum. & cui ceruix est plurima, id est, longa, et cui palearia, id est, pelles illæ dependentes, pendent á collo tenus crurum, id est, usq; ad crura. Tum, id est, præterea, nullus est illi modus, id est, mediocritas lateris. Omnia itaque sint magna

Pes etiam:& camuris hirtæ sub cornibus aures.
Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo:
Aut iuga detrectans,interdumq; aspera cornu:
Et faciem tauro propior,quæq; ardua tota,
Et gradiens ima uerrit uestigia cauda.
Aetas Lucinam, iustosq; pati Hymenæos
Desinit ante decem,post quatuor incipit annos.
Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
Interea, superat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares:mitte in Venerem pecuaria primus:
Atq; aliam ex alia generando suffice prolem.
Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit: subeunt morbi,tristisq; senectus,
Et labor,& duræ rapit inclementia mortis.
Semper erunt,quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice:ac,ne post amissa requiras,
Ante ueni,& sobolem armento sortire quotannis.

Tēp⁹ idoneum partui.

¶Ecphrasis.

& pes etiam sit magnus, & aures sint hirtæ, id est, hirsutæ sub cornibus camuris, id est, curuis. Nec bos insignis, & maculis, & albo, id est, maculis albis displiceat, immò placebit, aut bos detrectans, id est, excutiens iuga, & aspera cornu, id est, cornupetens interdum, & propior faciem tauro, id est, habens faciem propinquiorem tauro. & quæ est tota ardua. & gradiens uerrit uestigia ima cauda, id est, prolixa usque ad pedes. Aetas uaccarum desinit ante decem annos. & incipit post quatuor annos, pati Lucinam, & Hymenæos iustos, quæ Lucina Dea est partus, & Hymenæus Deus nuptiarum. Cætera, scilicet,ætas nec est habilis fœturæ, id est, fœtui, nec est fortis aratris. Interea solue mares, id est, fac ad missuram, dum iuuentus læta superat gregibus. & tu primus mitte pecuaria in Venerem, atque suffice, id est, refice aliam prolem ex alia generando, id est, admittendo tauros ad generationem. Quæque dies æui optima prima miseris mortalibus fugit, & subeunt, id est, succedunt morbi,& senectus tristis,& labor. & tandem inclementia mortis duræ rapit mortalia. Semper erunt, subaudi uaccæ, quarum corpora malis mutari.i.uelis renouari. Semper igitur refice. i.restaura, nec requiras post amissa, anteueni.i.anticipa,& sortire sobolē.i.fœturam armēto quot annis.i.singulis annis.

Nec non & pecori est idem delectus equino.
Tu modo, quos in spem statuis submittere gentis,
Præcipuum iam inde a teneris impende laborem.
Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire uiam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponti:
Nec uanos horret strepitus: (illi ardua ceruix,
Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga,
Luxuriatq; toris animosum pectus. honesti
Spadices, glaucíq;: color deterrimus albis,
Et giluo) tum, si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit: micat auribus, & tremit artus:
Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem.
Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina; cauatq;

Ali. statues. De equis Ali. ponto Equi forma. Alias. fremens.

¶ Ecphrasis.

Nec non, id est, præterea idem. i. similis est, delectus, id est, electio pecori equino, id est, equis pascendis. Tu modo impende laborem præcipuum illis equis, iam inde á teneris, quos statuis submittere, id est, admissarios facere, in spem gentis, id est, ad sobolem procreandam. & ponit signa pulli, qui futurus est admissarius, dicens. Pullus pecoris generosi continuo ingreditur altius in aruis. & reponit crura mollia, id est, ad numerum mouet crura. & ille nihil reformidans audet primus ire uiam incognitam. & audet tentare fluuios minaces, id est, rapidos. & audet credere se, & committere ponto ignoto, nihil inde pauefactus. nec horret, id est, timet strepitus uanos, id est, sine causa, quæ sunt signa magni, & generosi animi. Ceruix est illi ardua. & caput est illi argutum, id est, breue. & aluus est illi breuis. & terga sunt illi obesa. Pectus quoq; animosum luxuriat, id est, tumescit toris, id est, musculosis neruis. & spadices sunt honesti, id est, pulchri. est autem spadix color palmularum. glauci quoq; sunt honesti, color deterrimus est albis, & giluo, uulgo est vayo. Tum si qua arma dedere sonum procul, nescit stare loco, scilicet, pullus bonæ indolis. micat auribus, id est, crispat aures. & arctus tremit. et uoluit sub naribus præmẽs ignẽ. i. spiritũ igneũ. collectũ. i. retentũ. & cui iuba est densa, & iactata recũbit in armo dextro. & cui spina duplex. i. robusta agit. i. porrigit p lũbos. & qui cauat

Tellurem & solido grauiter sonat ungula cornu. Al.quatit.
Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus: &, quorum Graij meminere poëtæ Al.Grati.
Martis equi bijuges & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hunc quoque, ubi aut morbo grauis, aut iam segnior annis Admissari
Deficit, abde domo: nec turpi ignosce senectę. us.
Frigidus in Venerem senior, frustraque laborem
Ingratum trahit: & siquando ad prælia uentum est,
Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis, Al.stipula
Incassum furit. ergo animos, æuumque notabis
Præcipue: hinc alias artes, prolemque parentum,
Et quis cuique dolor uicto, quæ gloria palmæ.
Non ne uides cum præcipiti certamine campum Quomodo depræ

¶Ecphrasis.

Tellurem. & cui ungula sonat grauiter cornu, id est, materia illa cornea, solido, id est, non inani. Talis fuit Cyllarus. n. p. equi Castoris, domitus habenis Pollucis Amyclei pro castoris. & tales fuerunt equi bijuges, id est, duo Martis, quorũ poëtæ Graij, id est, græci meminere, & talis fuit currus magni Achillis, id est, equi. Et Saturnus cum compreßit Phylliram Nympham superueniente Ope uxore in equum uersus est. Ergo Saturnus ipse pernix. i. uelox talis effudit iubam equina ceruice aduentu coniugis. scilicet, Opis, & fugiens impleuit hinnitu acuto. i. sonoro Pelion montem Thessaliæ altum. Vbi hic talis equus grauis morbo, aut segnior annis deficit, abde. i. absconde hunc domo. nec ignosce ipsi senectæ turpi. ordo est. ignosce senectæ non turpi. quia nulli est turpitudini senectus, quia equus senior est frigidus in Venerem, & trahit frustra laborem ingratum non effundendo semen cuius causa laborabat. Et si quando uentum est ad prælia, id est, concubitũ furit in cassum. id est, frustra, ut ignis furit quondam in stipulis sine magnis uiribus, quia statim euanescit. ergo notabis præcipue in admissario animos & æuum, id est, ætatem. Hinc notabis alias artes, id est, dotes. & prolem parentum, id est, ex quo genere est. & cuique equo quis dolor est uicto, id est, si dolet uinci, & quæ gloria est palmæ. id est, si gaudet uincere. Nonne uides cum currus effusi carcere, id est, equi emißi carceribus corripuere campum præcipitem certamine,

hēdatur á nimositas. *Alias. conamine.*

Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus,
Cum spes arrectæ iuuenum: exultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans, illi instant uerbere torto,
Et proni dant lora, uolat ui feruidus axis,
Iamq; humiles, iamq; elati sublime uidentur
Aëra per uacuum ferri, atq; assurgere in auras,
Nec mora, nec requies, aut fuluæ nimbus arenæ
Tollitur, humescunt spumis, flatuq; sequentum,
Tantus amor laudum, tantæ est uictoria curæ.
Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere uictor.
Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedere,
Impositi dorso: atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Aequus uterq; labor: æque iuuenemq; magistri
Exquirunt, calidumq; animis. & cursibus acrem:
Quamuis sæpe fuga uersos ille egerit hosteis,

Alias. rapidusq;.

¶ *Ecphrasis.*

& ruunt, id est, impetum faciunt, cum spes iuuenum est arrecta propter uictoriæ spem, & pauor pulsans corda iuuenum haurit, id est, percutit corda. Illi iuuenes instant uerbere torto stimulando equos ad cursum, & proni, id est, incumbentes dant lora. & axis feruidus uolat ui, id est, uelocitate equorum. & iam humiles, iam elati, id est, alti uidentur ferri sublime, id est, sublimiter per aëra uacuum opinione uulgi, qui aërem non putat esse corpus, atq; uidentur exurgere in auras. nec est mora, nec est requies. At ex eo cursu nimbus, id est, nubes arenæ fuluæ tollitur. & equi humescunt spumis, & flatu sequentium, tantus est illis amor laudum, & uictoria est illis tantæ curæ. Erichthonius Rex Atheniensium primus ausus est iungere currus, & quatuor equos, & uictor ausus est insistere rotis. Lapithæ Pelethronij, id est, Thessaliæ populi impositi dorso equorum dedere fræna, & gyros. & docuere equitem, id est, equum insultare solo sub armis, id est, sub homine armato. & docuerunt glomerare gressus superbos. vterque labor est æquus, id est, æqualis. & magistri equorum æque, id est, æqualiter exquirunt iuuenem equum ætate, & calidum animis, & acrem cursibus, & nihil æstimant equum, quãuis sæpe egerit. i. impulerit fuga hostes uersos. i. fugiẽtes,

Et patriam Epeirum referat, fortesq; Mycenas,
Neptuniq; ipsa deducat origine gentem.
His animaduersis instant sub tempus, & omneis
Impendunt curas denso distendere pingui,
Quem legere ducem, & pecori dixere maritum:
Florentesq; secant herbas, fluuiosq; ministrant,
Farraq;, ne blando nequeant superesse labori,
Inualidiq; patrum referant ieiunia nati.
Ipsa autem macie tenuant armenta uolentes.
Atq; ubi concubitus primos iam nota uoluptas
Sollicitat, frondesq; negant, & fontibus arcent:
Sæpe etiam cursu quatiunt, & Sole fatigant,
Cum grauiter tonsis gemit area frugibus, & cum
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes,
Sed rapiat sitiens Venerem, interiusq; recondat.

Ali.nomē.
De sagi-nandis ad-missarijs.
Ali.pubentes.
Ali.nequeat.
De equabus.
Descri-ptio meri-diei rusti-ca.

¶*Ecphrasis.*

& quamuis referat patriam Epirum, unde sunt generosi equi, & quamuis referat fortes Mycenas, & quamuis ducat gentem ab ipsa origine Neptunii, id est, ab equo, quem ex terra produxit. his animaduersis sub tempus admissuræ instant magistri equorum, & impendunt omnes curas distendere pingui denso, id est, pinguefacere illum equum, quem legere ducem, & dixere maritum pecori equino, & secant herbas florentes, & ministrant illis fluuios, & farra, ne nequeant supuresse, id est, ut poßint sufficere labori blando, id est, uoluptati Venereæ, & ne nati inualidi referant, id est, repræsentent ieiunia, id est, maciem patrum. & magistri equorum uolentes, id est, de industria tenuant macie armenta, id est, equas, atq; ubi uoluptas nota sollicitat iam primos concubitus, negant frondes, & arcent equas à fontibus, & etiam quatiūt illas cursu, et fatigant Sole, cum area gemit, id est, sonat grauiter frugibus tonsis. i. tritis, & cū paleæ inanes. i. sine granis iactantur. i. uentilantur ad Zephyrū surgentē. Magistri equarum faciūt hoc, ne usus sit aruo genitali. i. uuluæ obtusior. i. cæcior nimio luxu. i. ciborum & potus superfluitate, & oblimet. i. quasi cœno confundat sulcos inertes, id est, uias genitales steriles factas ex illo luxu. sed uulua sitiens rapiat Venerem, id est, semen, & recondat illud interius per meatus illos genitales.

Quomo=
ſint graui
dæ curan=
dæ.

Rurſus cura patrum cadere,& ſuccedere matrum
Incipit, exactis grauidæ cum menſibus errant,
Non illas grauibus quiſquam iuga ducere plauſtris,
Non ſaltu ſuperare uiam ſit paſſus,& acri
Carpere prata fuga,fluuioſq; innare rapaces.
Saltibus in uacuis paſcant,& plena ſecundum
Flumina,muſcus ubi,& uiridiſſima gramine ripa,
Speluncæq; tegant,& ſaxea procubet umbra.
Eſt lucos Silari circa,ilicibuſq; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans (cui nomen Aſilo
Romanum eſt, œſtron Graij uertere uocantes)
Aſper acerba ſonans:quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta:furit mugitibus æther
Concuſſus,ſyluæq;,& ſicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencę.
Hunc quoq; (nam medijs feruoribus acrior inſtat)

Ali.uocan
do.

¶ *Ecphraſis.*

Rurſus poſt conceptionem,cura patrũ incipit cadere,et cura matrũ incipit ſucce=dere. Cum ipſæ grauidæ menſibus exactis errant.i.ſunt prope pariendi tẽpus,quiſquàm non ſit paſſus illas ducere iuga plauſtris grauibus,& non ſit quiſquám paſſus ſuperare uiam ſaltu,id eſt,ſaltando ingredi.et quiſquàm non ſit paſſus carpere prata fuga acri,id eſt,ueloci.& innare fluuios rapaces, ſed paſcant illas in ſaltibus uacuis,id eſt,amplis,& ſecundum flumina plena,id eſt, prope flumina,ne inclinentur ad potum,ubi eſt muſcus,& ripa uiridiſſima gramine,& ſpeluncæ tegant equas,& umbra ſaxea.i.ſaxi pendentis in antrum. Plurimus uolitans,id eſt, animal uolucre eſt circa lucos Silari fluminis Lucaniæ,& Alburnum montem ibidem uirentem. cui uolucri nomen Romanum eſt Aſilo,id eſt, dicitur latine aſilus, ſed graij.i.græci uertere.i.interp̃tati ſunt œſtrũ,uolitãs dico aſper,ſonãs acerba.i. acerbe,quo tota armẽta exterrita ſyluis diffugiũt.et æther furit mugitibus boũ fugiẽtiũ concuſſus.i.impulſus,& ſyluæ furiunt,& ripa Tanagri fluminis furit. Iuno meditata peſtem, id eſt, perditionem iuuencæ Inachiæ, id eſt, Ius Inachi filiæ in iuuencam mutatæ. Hunc quoque Aſilum arcebis pecori grauido, id eſt, prægnanti.nam in medijs feruoribus, id eſt, per meridiẽ ille inſtat acrior.

Arcebis

Arcebis grauido pecori: armentaq́ pasces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.
Post partum cura in uitulos traducitur omnis:
Continuoq́ notas, & nomina gentis inurunt,
Et quos aut pecori malint submittere habendo:
Aut aris seruare sacris: aut scindere terram, Ali. sacros
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cætera pascuntur uirides armenta per herbas.
Tu quos ad studium, atq; usum formabis agrestem,
Iam uitulos hortare, uiamq́ insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Ac primum laxos tenui de uimine circlos
Ceruici subnecte: dehinc, ubi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis e torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos:
Atq; illis iam sæpe rotæ ducantur inanes

¶ *Ecphrasis.*

& pasces armenta Sole orto recens, pro recenter, aut astris ducentibus noctem. Post partum cura omnis traducitur in uitulos parentibus neglectis. & pastores inurunt, id est, cauterio signant continuo notas, id est, signa, & nomina gentis, id est, quæ sunt loco nominis proprij inurenda. & signant uitulos, quos malint submittere, id est, admissarios facere habendo pecori, id est, procreando, aut quos malint seruare aris sacris, ubi sacrificentur, aut quos malint scindere terram, id est, arare, & inuertere campum horrentem, id est, incultum glebis fractis. Cætera armenta pascuntur per herbas uirides, quasi diceret, non tanta opus est diligentia, & cura, quanta in pregnantibus est uitulis. Tu hortare, atque insiste uiam domandi uitulos, quos formabis, id est, destinabis ad studium, & ad usum agrestem, id est, ad agriculturam, dum animi iuuenum, id est, iuuencorum sunt faciles domari, & dum ætas est mobilis, id est, tenera. At primum subnecte illorum ceruici circlos, id est, circulos laxos. i. non arctos de uimine tenui, subaudi factos. Dehinc ubi assueuerint, id est, consuefecerint seruitio colla libeera, priusquám essent domiti, iunge pares aptos, id est, duos quosque maxime sibi conuenientes ex ipsis torquibus. i. ex circulis illis uimineis, & coge iuuēcos conferre gradū. i. simul incedere. Atq; rotæ inanes. i. plaustra exonerata ducantur sæpe illis, id est. ab illis

Per terram, & summo uestigia puluere signent:
Post ualido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes,
Interea pubi indomitæ non gramina tantum,
Nec uescas salicum frondes, uluamq; palustrem;
Sed frumenta manu carpes sata: nec tibi fœtæ
Mulctralia. alij commulgaria. More patrum niuea implebunt mulctralia uaccæ,
Sed tota in dulces consument ubera natos.
Sin ad bella magis studium, turmasq; feroces,
De equis. Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare uolantes,
Primus equi labor est animos, atq; arma uidere
Bellantum, lituosq; pati, tractuq; gementem
Ali. stabulis. Ferre rotam, & stabulo frænos audire sonanteis:
Tum magis, atq; magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.

¶ *Ecphrasis.*

per terram, & signent uestigia in summo puluere, quia propter plaustri leuitatem non premũt uestigia. Post, cũ facti sunt duriores axis, faginus. i. ex fagi materia nitens sub pondere instrepat. i. strepitũ faciat. & temo æreus. i. robstus trahat orbes uinctos. i. rotas per axem ligatas. Interea tu carpes pubi indomitæ. i. iuuencis. non tantum gramina, quibus pascantur, nec tantem carpes frondes salicum uescas, id est, quibus uesci consueuerunt boues, nec tantũ carpes uluam palustrem, sed carpes manu frumenta sata. i. farraginem. Nec uaccæ fœtæ. i. grauidæ implebunt tibi mulctralia. i. uasa quibus lac excipitur, more parentum. i. quod maiores facere consueuerunt, sed uaccæ consument tota ubera in natos dulces. Sin, pro sed si studium est tibi magis ad bella, & ad turmas feroces. i. si uis equos alere potius, qui sunt ad militarẽ usum, aut studiũ est tibi prælabi rotis flumina Alphea. i. Alpheũ Pisæ flumen, ubi ludi Olympici fiebant, & agitare currus uolãtes in luco Iouis. i. in Olympia prope Pisam. Primus labor. i. cura equi est uidere animos, & arma bellantũ, ut adsuescat nihil inde timere, & assuescat pati lituos, id est, tubas, & ferre rotam gementem tractu, id est, dum trahitur, et assuescat in stabulo audire frænos sonantes, & assuescat gaudere magis, atque magis laudibus blandis magistri, qui illum alit, & amare sonitum ceruicis plausæ. i. in signum fauoris attrectatæ.

Atq; hæc iam primo depulsus ab ubere matris
Audiat, inq; uicem det mollibus ora capistris
Inualidus, etiamq; tremens, etiam inscius æui. Ali. & id.
At tribus exactis ubi quarta accesserit ætas, Ali. æstas.
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare
Compositis, sinuetq; alterna uolumina crurum.
Sitq; laboranti similis: tunc cursibus auras
Prouocet, ac per aperta uolans, ceu liber habenis,
Aequora: uix summa uestigia ponat harena.
Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris Homerica cõparatio
Incubuit, Scythiæq; hyemes, atq; arida differt
Nubila: tum segetes altæ, campiq; natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem
Dant syluæ, longiq; urgent ad littora fluctus:
Ille uolat, simul arua fuga, simul ęquora uerrens.
Hic uel ad Elei metas, & maxima campi All. hinc.

¶ *Ecphrasis.*

Atq; equus depulsus ab ubere matris, id est, ablactatus audiat hoc iam primum. & det ora capistris, id est, frænis mollibus, id est, non duris inuicem, id est, uicissitudinarie dum est inualidus, id est, tener. & etiam dum est tremens & inscius æui, id est, inexpertus. At ubi quarta ætas, id est, annus quartus accesserit exactis tribus, incipiat mox carpere gyrum, id est, flectere se in orbem, & incipiat sonare gradibus compositis, id est, ordinatis, & sinuet, id est, glomeret alterna uolumina crurum, id est, moueat crura alternatim. & sit similis laboranti, id est, pareat uero labori. Tum prouocet auras cursibus, & ceu liber habenis, id est, quasi non habens fræna uolans per aperta æquora, id est, per campos uix ponat uestigia in summa arena, scilicet præ nimia leuitate, qualis cum Aquilo densus incubuit ab oris Hyperboreis, id est, Septentrionalibus. & differt, id est, dissipat hyemes atque nubila arida, id est, non pluuiosa Scythiæ, tum segetes altæ, & campi natantes, id est, fluctuantes horrescunt, id est, tremunt flabris, id est, uentis lenibus, & summæ syluæ dant sonorem, id est, sonitum, & urgent, id est, impellunt fluctus longos ad littora. Ille, scilicet, equus uolat uerrens fuga, id est, cursu simul arua & æquora. Hic, i. talis equ9 sudabit ad metas, et maxima spacia cãpi Elei, i. Olympici i Elide,

Sudabit ſpatia, & ſpumas aget ore cruentas:
Belgica uel molli melius feret eſſeda collo.
Tum demum craſſa magnum farragine corpus
Creſcere iam domitis ſinito: nanque ante domandum
Ingentes tollent animos, prenſiq; negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.
Alias. ſer= Sed non ulla magis uires induſtria firmat,
uat. Quam Venerem, & cæci ſtimulos auertere amoris,
Siue boum, ſiue eſt cui gratior uſus equorum.
Atq; ideo tauros procul, atq; in ſola relegant
Paſcua, poſt montem oppoſitum, & trans flumina lata:
Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant.
Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo
Alias. neq; Fœmina: nec nemorum patitur meminiſſe, nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris & ſæpe ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes.
Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca:
Illi alternantes multa ui prælia miſcent

¶ *Ecphraſis.*

& aget ore, id eſt, emittet ſpumas cruentas, uel feret melius eſſeda, id eſt, currus belgica à Belgis populis Galliæ, collo molli, id eſt, domito. Tum demum ſinito, id eſt, permitte magnum corpus creſcere farragine craſſa ab effectu, quia pinguefacit, ſed hoc equis iam domitis. Nam ante domandum, id eſt, antequám domentur, ſi id feceris, tollent animos ingentes, id eſt, ſuperbi erunt, & illi prenſi negabunt pati uerbera lenta, id eſt, flexibilia, & negabunt parere, id eſt, obedire lupatis, id eſt, frenis duris. Sed non ulla, id eſt, nulla induſtria magis firmat equorum animos, quam auertere, id eſt, prohibere Venerem, & ſtimulos amoris cæci, id eſt, occulti. & hoc, ſiue cui uſus equorum eſt gratior, ſiue uſus boum. Atq; ideo paſtores relegant, id eſt, mittunt tauros procul, atque in paſcua ſola. i. ſolitaria, trans montem oppoſitum, & flumina lata, aut ſeruãt int⁹. i. domi illos clauſos ad præſepia ſatura. i. plena. enim, ꝓ quia fœmina carpit uires marium paulatim, et urit uidẽdo. i. dũ uidet, nec patitur illos memeniſſe nemorũ. neq; herbæ. i. paſtiõis. & illa. ſ. fœmina bos ſubigit. i. cogit dulcib⁹ illecebris. i. blãdiciis amãtes ſupbos. i. tauros, decernere. i. decertare inter ſe. iuuẽca formoſa paſcit in magna ſylua, non curans de illorũ amoribus. & illi alternantes. i. alternatim certantes miſcẽt

Vulneribus crebris, lauit ater corpora ſanguis:
Verſaq; in obnixos urgentur cornua uaſto
Cum gemitu: reboant ſyluæq;, & magnus Olympus.
Nec mos bellantes una ſtabulare: ſed alter
Victus abit, longeq; ignotis exulat oris
Multa gemens, ignominiam, plagaſq; ſuperbi
Victoris, tum quos am ſit inultus amores:
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis.
Ergo omni cura uires exercet: & inter
Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili, Ald. pnox
Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta:
Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco, uentoſq; laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Poſt, ubi collectum robur, uireſq; receptæ,
Signa mouet, præcepſq; oblitum fertur in hoſtem:

¶ *Ecphraſis.*

prælia multa ut, & crebris uulnerib9, et ſanguis ater lauat corpora illorũ, & cornua uerſa in obnixos, id eſt, contra reluctantes urgentur, id eſt, impelluntur cum gemitu uaſto, id eſt, magno. atq; ex eo gemitu ſiue mugitu ſyluæ reboant, id eſt, reſonant, & magnus olympus reboat. Nec mos eſt tauros bellantes ſtabulare una, id eſt, ſimul paſci, ſed alter, ſcilicet, uictus abit, & gemens multa pro multum ignominiam, id eſt, infamiam, quia eſt uictus, exulat longe in oris ignotis, id eſt, regionibus ſecretis. Tum, id eſt. præterea ipſe inultus exceßit ex regnis auitis, id eſt, paſcuis ſibi & maioribus ſuis aſſuetis aſpectans, id eſt, frequenter aſpiciens amores, quos amiſit, id eſt, iuuencam. Ergo ſic expulſus exercet uires omni cura & diligentia, & pernix, id eſt, conſtans & perſeuerans iacet cubili ſtrato inter dura ſaxa, ut ſe ad pugnam ſequentem induret, paſtus frondibus hirſutis, id eſt, aſperis & carice acuta, uulgo carizo. q. d. non herbis mollibus. ſed quibus uires augentur, & tentat ſeſe, id eſt, experitur uires ſuas, & obnixus, id eſt, contra nitens trunco arboris diſcit iraſci in cornua, quaſi exprobrãs quod in ſuperiori certamine ſint uicta, & laceßit, id eſt, prouocat, & ferit uentos ictibus. & proludit, id eſt, præexercet ſe ad pugnam arena ſparſa. ſubaudi pedibus. Poſt ubi. i. poſtquã robur eſt collectum, & uires ſunt refectæ, mouet ſigna, quaſi pugnaturus miles, & præceps, id eſt, uiolentus fertur in hoſtem oblitum. & ſubdit comparationem. d.

All[illegible]ci — Fluctus ut in medio cœpit cum albeſcere ponto
Longius, ex altoq; ſinum trahit, utq; uolutus
Alias. neq; — Ad terras immane ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor procumbit, at ima exeſtuat unda
Ali. ſubiectat — Vorticibus, nigramq; alte ſubiectat arenam.
Omne adeo genus in terris hominumq;, ferarumq;,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; uolucres
Amoris uis. — In furias, ignemq; ruunt, amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Leæna. — Sæuior errauit campis: nec funera uulgo
Tam multa informes urſi, ſtragemq; dedere
Vrſi. Aper. Tigris. — Per ſyluas tum ſæuus aper, tum peſſima tigris.
Heu male tum Libyæ ſolis erratur in agris.
Equi. — Non ne uides, ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, ſi tantum notas odor attulit auras?
Ac neq; eos iam fræna uirum, nec uerbera ſæua,
Non ſcopuli, rupeſq; cauæ, atq; obiecta retardant

¶*Ecphraſis.*

uti, id eſt, tanquam cum fluctus cœpit albeſcere propter ſpumas in medio ponto. trahit fluctus ille ſinum, id eſt, undam ſinuatam, atque uolutus ad terras ſonat per ſaxa immane, pro immaniter. & procumbit, id eſt, in littore frangitur non minor ipſo monte. At ima unda exæſtuat uorticibus. i. feruet, et ſubiectat. i. ab imo iactat alte arenam nigram. & omne genus hominum & ferarum, & genus æquoreum, & pecudes, & uolucres pictæ in terris ruunt adeo, id eſt, ualde in furias & in ignem, id eſt, in amorē furioſum. Nam idem eſt amor omnibus. Non alio tempore, ſubaudi, quam coitus, leæna oblita catulorum errauit ſæuior in campis, nec alio tempore urſi informes dedere uulgo, id eſt, ubiq; tam multa funera & ſtragem per ſyluas, & tum. i. eo tempore concubitus aper eſt ſæuus, & tum Tigris eſt peßima. Heu, tum erratur, id eſt, homines errant male in aruis Libyæ, id eſt, Africæ, quæ tota ſcatet ſerpentibus. Nonne uides, ut, id eſt, quemadmodum tremor pertentat tota corpora equorum, quo tempore corripiuntur uoluptate coitus, ſi tantum odor, qui exalat ex genitalibus equarum, attulit auras notas. At neq; fræna uirum, pro uirorum, neq; uerbera ſæua uirorum, non ſcopuli & rupes cauæ, id eſt, profundæ, & flumina obiecta, id eſt, oppoſita

Flumina, correptos unda torquentia montes.
Ipse ruit, denteſq; Sabellicus exacuit ſus, Sues.
Et pede proſubigit terram, fricat arbore coſtas,
Atque hinc, atq; illinc humeros ad uulnera durat.
Quid iuuenem, magnum cui uerſat in oſſibus ignem Homines.
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca ſerus freta: quem ſuper ingens
Porta tonet cæli, & ſcopulis illiſa reclamant
Aequora nec miſeri poſſunt reuocare parentes,
Nec moritura ſuper crudeli funere uirgo.
Quid lynces Bacchi uariæ? & genus acre luporum? Lynces.
Atq; canum? quid quæ imbelles dant prælia cerui? Lupi.
Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum: Canes.
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore glauci Cerui.
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ. Equæ.

¶ *Ecphraſis.*

& torquentia montes, id eſt, montium lapides correptos. Hæc (inquam) *omnia non retardant eos, ſcilicet, equos in coitum prurientes. Ipſe quoque ſus Sabellicus á loco* Italiæ, *ubi ſues abundant, ruit, id eſt, impetum facit, & exacuit dentes, & proſubigit pede terram, id eſt, in tauri morem ſpargit arenam pedibus, & fricat coſtas arbore, atq; durat. i. duros facit humeros hinc atque illinc. i. ab utroq; latere.* Quid *dicam iuuenem, ſcilicet,* Leandrum Abydeum Erus *puellæ* Sextiæ *amatorem, cui durus amor uerſat magnum ignem in oßibus? nempe ille ſerus nocte, id eſt, noctis tempore natat freta cæca, id eſt, obſcura turbata procellis abruptis. ſuper quem* Leandrum *ingens porta cæli tonat, & æquora illiſa ſcopulis, id eſt, impulſa ad ſcopulos reclamant, id eſt, reuocare illum uidentur, nec parentes miſeri poſſunt reuocare illum, nec uirgo, id eſt, amica ipſa ſuper moritura funere crudeli, quia extincto in mari* Leãdro Ero *quoq; ſeipſam in mare deiecit.* Quid *dicam? aut quid non faciunt tempore concubitus* Lynces Bacchi *uariæ, id eſt, maculoſæ, & genus acre luporum atq; canum. & quid dicam? quæ prælia dant cerui imbelles? Scilicet. i. certe furor, id eſt, amor furioſus eſt inſignis equarum ante omnes reliquas animantes. & ipſa* Venus, *id eſt, libidinis impetus dedit illis mentem, id eſt, furias & iram, eo tempore quo quadrigæ* Potniades *dictæ á* Potnia *ciuitate, unde fuit* Glaucus, *abſumpſere, id eſt, conſumpſere malis, id eſt, mandibulis, mēbra* Glauci, *qui fuit ab equabus ſuis deceptus,*

Illas ducit amor trans Gargara transq́ sonantem
Ascanium:superant montes,& flumina tranant,
Continuoq́,auidis ubi subdita flamma medullis
Vere magis(quia uere redit calor ossibus) illæ
Ore omnes uersæ in Zephyrum stant rupibus altis.
Exceptantq́ leueis auras:& sæpe sine ullis
Coniugijs uento grauidæ(mirabile dictu)
Saxa per,& scopulos,& depressas conualles
Diffugiunt,non Eure tuos,neq́ Solis ad ortus,
In Boream,Caurumq́,aut unde nigerrrimus Auster
Nascitur,& pluuio contristat frigore cælum.
Hinc demum Hippomanes,uero quod nomine dicunt
Pastores,lentum distillat ab inguine uirus,
Hippomanes,quod sæpe male legere nouercæ:
Miscueruntq́ herbas,& non inoxia uerba.
Sed fugit interea,fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circunuectamur amore.

In Ali. ad.
Equas cōcipere sine maribus, qui part⁹ durat solū triennium
Ali. sydere
Ali. hic.
Hippomanes.
Ali. destillat.

¶ *Ecphrasis.*

quia amor.i.libido ducit illas.s.equas,trās Gargara,montes sunt Phrygiæ,& trās Ascanium sonantem fluuium,id est,cū sonitu fluentem in eadē Phrygia Superāt.i. transiliunt montes equæ illæ,& tranāt.i.natatu transeunt flumina & ubi.i.postquám flamma est subdita medullis auidis equarū,illæ omnes uersæ continuo.i.statim in Zephyrum uentum occidentalem stāt in montibus altis.& per parēthesim interposuit,uere.i in tēpore ueris faciunt hoc magis,quia uere redit calor ossib⁹ equarū.exceptantq́;.i.spirāt leues auras,& grauidæ uento sine ullis coniugijs.i.maritis,mirabile dictu.diffugiunt per saxa,& scopulos,et conualles depressas.i.profundas.diffugiunt(inquā)ó Eure uētus est Oriētalis non ad ort⁹ tuos.neq; ad ort⁹ Solis,sed in Boreā & Caurū uentos frigidißimos,aut unde Auster nigerrim⁹ pluuijs nascitur,& contristat cælum,id est,aërem frigore pluuio.id est,pluuioso. Demum Hippomanes.appositiue.uirus lentum,id est,glutinosum distillat ab inguine equarum.quod uero nomine pastores di unt,quia hippe est equa,hippomanes dico,quod malæ nouercæ legere,id est,collegerunt in priuignorum perniciem,& cum illo miscuerunt herbas,& uerba non innoxia.immo nociua. Sed interea.i. dum hæc loquimur,tempus irreparabile,id est,quod recuperari non potest,fugit,dum nos capti amore scribendi uectamur circum singula scribenda.

Hoc ſatis armentis: ſuperat pars altera curæ
Lanigeros agitare greges, hirtaſq; capellas. De minoribus pecudibus.
Hic labor: hinc laudem fortes ſperate coloni.
Nec ſum animi dubius uerbis ea uincere, magnum
Quam ſit, & anguſtis hunc addere rebus honorem:
Sed me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor: iuuat ire iugis, qua nulla priorum
Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo. Alias. deuertitur.
Nunc ueneranda Pales, magno nunc ore ſonandum.
Incipiens ſtabulis ędico in mollibus herbam
Carpere oueis dum mox frondoſa reducitur æſtas: De curandis ouibus
Et multa duram ſtipula, filicumq; maniplis
Sternere ſubter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus, ſcabiemq; ferat, turpeiſq; podagras.
Poſt hinc digreſſus, iubeo frondentia capris De capris
Arbuta ſufficere, & fluuios præbere recenteis:

¶Ecphraſis.

Ideo hæc fuerint ſatis armentis, id eſt, equis & bobus, nunc altera pars huius curæ ſupereſt, ſcilicet, agitare greges lanigeros, id eſt, oues, & capellas hirtas propter lanæ aſperitatem. Hinc, id eſt, ex ouibus & capris eſt labor. & ò Coloni fortes hinc ſperate laudem. Nec ſum ego dubius animi, quam ſit magnum uincere ea, quæ pollicemur, & quám ſit magnum addere hunc hororem rebus anguſtis, id eſt, uenuſtatem rebus infimis. Sed dulcis amor Parnaßi, id eſt, Muſarum raptat me per ardua deſerta Parnaßi, et iuuat, id eſt, delectat me ire ea parte, qua nulla orbita, id eſt, rotæ ueſtigium priorum, id eſt, antiquorum diuertitur caſtalium fontem, id eſt, peruenit molli, id eſt, facili cliuo. Nunc Pales paſtorum Dea eſt ueneranda. & nunc eſt ſonandum, id eſt, canendum magno ore, id eſt, ſublimi ſtilo. ego incipiens de cura pecudum ſcribere, ædico quaſi huius rei iudex, oues carpere herbam in ſtabulis mollibus, id eſt, ſtratis palearum, dum pro donec, æſtas frondoſa reducitur mox. & ædico ſternere ſubter humum duram multa ſtipula & manipulis filicum, id eſt, herbarum aridarũ, & hoc, ne glacies frigida per illud tempus ingruens lædat molle, id eſt, infirmum pecus, & ferat ſcabiem, & podagras turpes, id eſt, turpitudinem pedum facientes. Poſthinc .i. deinde ego digreſſus ab eo, quod incœpi, iubeo ſufficere .i. ſufficienter dare capris arbuta frondentia. & iubeo præbere fluuios recẽtes .i. aquas fluuiorũ.

Et ſtabula a uentis hyberno opponere Soli
Ad medium conuerſa diem, cum frigidus olim
Iam cadit, extremoq; irrorat Aquarius anno.
Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuenda,
Nec minor uſus erit; quamuis Mileſia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores,
Denſior hinc ſoboles: hinc largi copia lactis.
Quam magis exhauſto ſpumauerit ubere mulctra:
Læta magis preſſis manabunt ubera mammis.
Nec minus interea barbas, incanaq; menta
Ciniphij tondent hirci, ſetaſq; comanteis
Vſum in caſtrorum, & miſeris uelamina nautis.
Paſcuntur uero ſyluas, & ſumma Lycæi,
Horrenteiſq; rubos, & amantes ardua dumos,
Atq; ipſæ memores redeunt in tecta, ſuoſq;
Ducunt, & grauido ſuperant uix ubere limen.

Hæc. alias Hæ. Hæc tamē genere fœ. ueteres dicebant. Ali. tuēdæ Alias. colores. Vtilitas ex capris. Ali. Quo Ald. flūina Hircis, codex uetuſt9, ſed Priſci. tondēt dictū uult

¶ Ecphraſis.

& iubeo opponere ſtabula Soli hyberno. i. ſic illa diſponere, ut ſint aperta ad excipiendum Solem hybernum, & conuerſa ad Meridiem, & á uentis Septentrionalibus præcipue. ſubaudi defenſa, & hoc maxime cum Aquarius frigidus olim, id eſt, aliquando cadit occaſu heliaco, & irrorat. ſcilicet, pruinas extremo anno. i. in fine anni. Hæc quoq; quæ pertinent ad capras tuenda. id eſt, exequenda ſunt cura non leuiori, quám in ouibus, quia ex capris non minor uſus. i. utilitas erit, quamuis uellera ouium Mileſia. i. apud Miletum urbem Ioniæ incocta tyrios rubores. i. purpurá mutētur magno precio. Hinc. i. á capris denſior ſoboles prouenit, & prouenit etiá copia lactis largi. i. copioſi. Quám. i. quanto magis mulctra. i. uas quo lac excipiatur, ſpumauerit. i. plenum fuerit, ubere. i. mamma exhauſto. i. palmis expreſſo, tanto magis ubera læta. i. pinguia manabunt mammis preſſis paſtorum manibus. Nec minus. i. præterea paſtores tondent interea barbas & menta incana. i. alba hirci Ciniphij. i. Libyci, quia Ciniphs fluuius eſt Libyæ, et ſetas. i. pilos craſſiores comantes. i. quaſi comas in uſum caſtrorū ad faciēda cilicia tētorijs et uelamina. i. ueſtes nautis miſeris. & capræ non indigēt pratis, ſed paſcūtur ſyluas et ſumma. i. altitudinē Lycæi montis Arcadiæ. & rubos horrētes. i ſpinoſos. & dumos amātes ardua. i. qui in arduis naſcūtur, atq; ipſæ capellæ memores redeūt in tecta. i. domū, & præcedētes ducūt ſuos paſtores, & uix ſuperāt limē domus ubere grauido. i. lacte diſtento.

Ergo omni studio glaciem, uentosq; niuales,
Quo minor est illis curæ mortalis egestas, All.minus
Auertes: uictumq; feres, & uirgea lætus
Pabula: nec nota claudes fœnilia bruma.
At uero Zephyris cum læta uocantibus æstas,
In saltus utrunq; gregem, atq; in pascua mittes.
Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent:
Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Inde ubi quarta sitim cæli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadę,
Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam:
Aestibus at medijs umbrosam exquirere uallem:
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos: aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra.

¶ *Ecphrasis.*

ergo tu auertes, id est, prohibebis á capris omni studio glaciem, & uentōs niuales, quo, id est, in quantum minor egestas est illis, id est, minus egent curæ mortalis, id est, humanæ, nec claudes illis fœnilia tota bruma, id est, hyeme. At *uero cum æstas erit læta Zephyris uocantibus ipsam æstatem, tu mittes utrumque gregem, scilicet, ouium & caprarum in saltus atque pascua, sed non in omnibus diei horis, sed tantum carpamus, id est, per greges pascamur rura frigida primo sydere Luciferi, id est, cum Lucifer exoritur, & dum mane est nouum, id est, incipiens, & dum gramina canent, id est, rore albizant, & dum ros est gratissimus pecori in herba tenera.* Inde *ubi quarta diei hora post Solis ortum collegerit, id est, auxerit sitim ouium & caprarum, & cicadæ querulæ, id est, stridentes rumpent cantu, id est, cantando arbusta, id est, arbores: iubeto greges potare undam, id est, aquam currentem canalibus ilignis, id est, ex ilice factis, & hoc ad puteos, aut ad stagna alta.* At *iubeto exquirere uallem umbrosam æstibus medijs, id est, in meridiei feruore sicubi, id est, si alicubi quercus magna Iouis, id est, Ioui dedicata tendat, id est, extendat ramos ingentes robore, id est, stipite antiquo, aut sicubi nemus nigrum id est, umbrosum umbra sacra, id est, incedua accubet, id est, iaceat crebris ilicibus.i. frequentibus.*

Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursus
Solis ad occasum: cum frigidus aëra Vesper
Temperat, & saltus reficit iam rosida Luna:
Littoraq; Halcyonem resonant & acanthida dumi.

Pastores Libyæ.

Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua uersu
Prosequar? & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem, noctemq;, & totum ex ordine mensem
Pascitur, idq; pecus longa in deserta sine ullis
Hospicijs, tantum campi iacet: omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumq;, laremq;,
Armaq;, Amyclæumq; canem, Cressamq; pharetram:

Compàrat pastores Romano militi.

Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce uiam cum carpit: & hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.

Scytiæ pastores, & pascua.

At non, qua Scythiæ gentes, Mæoticaq; unda,
Turbidus, & torquens flauentes Ister arenas,

¶ *Ecphrasis.*

Tum ad occasum Solis iubeto rursus dare aquas tenues, & rursus pascere, cum frigidus uesper, id est, stella Veneris uespertino tempore occidens, temperat aërem. & Luna rosida, id est, rorem spargens reficit saltus, & littora maris resonāt Alcyonem, id est, cantu illarum auium, dumi resonant acanthida, id est, carduelem pictum, in quem dicitur uersus Ithys prognes ex Tereo filius. Quid ego prosequar tibi uersu, id est, carmine pastores Libyæ? hoc est, Nomades, & pascua, & mapalia? id est, domos pastorum uagas, habitata raris tectis, & per campos sparsis. Nam sæpe pecus pascitur, & id diem. & noctem, & totum mensem ordine in deserta longa & sine ullis hospitijs, quia ibi nullæ sunt habitationes populorm, tantum campi deserti iacet. & armentarius afer, id est, armenti custos agit secum omnia, scilicet tectum, id est, tentorium, & Larem Deum familiarē. & arma, & canē Amyclæū. i. Laconē, & pharetrā Cressam. i. Cretesem, ubi abundant sagittæ. Non secus hi sequuntur oues, & armenta, ac. id est, quam Romanus acer. i. fortis in armis patrijs carpit. i. arripit uiā sub fasce. i. onere iniusto. i. immodico, quia humeris præter arma etiā cibos subuehāt. & stat in agmine. i. in acie positis castris. ante expectatū hosti. i. antequā hostis putaret. At non, subaudi eodē modo fit, quo in Africa, ea parte qua gentes Scythiæ sunt. & unda Mæotica. i. paludis Mœotidis. & Ister turbid⁹ torquēs. i. inuoluēs arenas flauentes á colore

Quaꝗ; redit medium Rhodope porrecta sub axem,
Illic clausa tenent stabulis armenta, neq; ullæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis, et alto
Terra gelu late, septemq; assurgit in ulnas.
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.
Tum Sol pallentes haud unquam discutit umbras,
Nec cum inuectus equis altum petit æthera, nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ,
Vndaq; iam tergo ferratos sustinet orbes:
Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris.
Aeraq; dissiliunt uulgo, uestesq; rigescunt
Indutæ, cæduntq; securibus humida uina.
Et totæ solidam in glaciem uertere lacunæ:
Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.

Humida uina. Quintil. otiosū esse uult epitheton.

¶ *Ecphrasis.*

& ea parte, qua Rhodope porrecta sub medium axem redit, quia Rhodope mons Thraciæ sub polo est Septentrionali, Incolæ tenent illic armenta clausa stabulis, neque ullæ herbæ apparent in campo niuibus operto, aut frondes arbores apparent, sed terra iacet informis, id est, deformata, & inculta late, id est, ubiq; aggeribus niueis, id est, montibus niuium, & gelu alto. & hyems, id est nix hyemalis semper assurgit in septem ulnas. & semper sunt illi Cauri uenti Occidentales spirantes frigora. Tū.i. præterea Sol nunquā discutit. id est, resoluit umbras pallentes, id est, nigras nec cum Sol inuectus equis, & curru petit altum æthera, id est, cum oritur super nostrum hemispheriū, nec cum rursus.i. econtrario lauit currum præcipitem.i. uelocem, uel præcipitatum æquore Oceani.i. in plaga Occidētali. crustæ ex glacie subitæ.i. subito frigore congelatæ concrescūt.i. congelātur in flumine currenti. et unda congelata sustinet in tergo.i. in superficie orbes ferratos.i. rotarum canthos. Illa dico unda prius hospita i. frequentata puppibus & nūc hospita plaustris.i. carris onerarijs et æra.i. crustæ & lamina ex ære, dissiliunt i. crepant uulgo.i. ubiq;, & uestes rigescunt frigore, dum sunt etiam indutæ. & cedunt, id est, secant securibus uina humida, sed tunc congelata. & lacunæ totæ, id est, usq; ad fundum, uertere, id est, uersæ sunt in glaciem solidam.i. durā. & stiria horrida. i. gelu horridum pendens induruit barbis rusticorum impexis.

Interea toto non ſecius aëre ningit.
Intereunt pecudes: ſtant circunfuſa pruinis
Corpora magna boum; confertoq; agmine cerui
Torpent mole noua, & ſummis uix cornibus extant.
Hos non immiſſis canibus, non caſſibus ullis,
Puniceæ ue agitant pauidos formidine pennæ:
Alias. Et Sed fruſtra oppoſituum trudentes pectore montem
Comminus obtruncant ferro, grauiterq; rudentes
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub alta
Al. totaſq; Otia agunt terra, congeſtaq; robora totas
Aduoluere focis ulmos, igniq; dedere.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atq; acidis imitantur uitea ſorbis.
Diuiſio. Talis Hyperboreo Septem ſubiecta trioni
Gens effręna uirum Rhiphæo tunditur Euro:
Et pecudum fuluis uelantur corpora ſetis.

¶ *Ecphraſis.*

Interea non ſecius, id eſt, non minus ningit toto aëre, id eſt, toto cælo. Ex ea niuium effuſione pecudes intereunt. & magna corpora boum ſtant circumfuſa, id eſt, ſubmerſa pruinis. & cerui ſtant circumfuſi pruinis agmine ceruorum conferto, id eſt, conſtipato, & torpent mole noua, id eſt, niuibus, & uix exſtant, id eſt, eminent ſummis cornibus. & non agitant, id eſt, inſequuntur hos ceruos non caſſib⁹ ullis, uel pauidos formidine pēnæ. i. ſagittæ puniceæ. i. rubræ, qa ſic uenatores cingunt ceruos. ſed obtruncant illos ceruos commin⁹. i. ꝓpe ferro, trudentes. i. impellentes pectore montem niuis contra oppoſitum. & ſic cædunt illos rudentes. i. frementes, & uenatores læti reportant illos magno clamore. Ipſi incolæ agunt otia ſecura ſpecubus defoſſis terra ſub alta. & aduoluere focis, & dedere igni totas ulmos arbores. appoſitiue. robora congeſta, id eſt, inſuper cumulatæ & ducunt noctem ludo, id eſt, ludentes. & læti imitantur, id eſt, adulterant pocula uitea, id eſt, uiuum fermento ex ordeo, uel ex tritico, & ſorbis acidis. i. pomis ex ſorbo arbore. Talis. i. ſimilis gens effræna, id eſt, bellicoſa uirum, pro uirorum, ſubiecta Septentrioni, id eſt, Hyperboreo Septentrionali, ubi ſunt montes Hyperborei, tunditur Euro Rhiphæo, ubi ſunt etiam montes Rhiphæi. Et corpora illorum uelantur ſetis fuluis. i. nigris pecudū

Si tibi lanicium curæ, primum aspera sylua, Lanicium.
Lappæq;, tribuliq; absint: fuge pabula læta,
Continuoq; greges uillis lege mollibus albos.
Illum autem (quamuis aries sit candidus ipse)
Nigra subest udo tantum cui lingua palato,
Reijce, ne maculis infuscet uellera pullis
Nascentum: plenoq; alium circumspice campo.
Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
Pan Deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,
In nemora alta uocans: nec tu aspernata uocantem.
At cui lactis amor, cytisum, lotosq; frequentes Lac.
Ipse manu, salsasq; ferat præsepibus herbas.
Hinc & amant fluuios magis, & magis ubera tendunt;
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos prohibent a matribus hœdos;
Primaq; ferratis præfigunt ora capistris.

¶ Ecphrasis.

Si lanicium, id est, lanæ prouentus est tibi curæ, primũ lappæ, & tribuli, et sylua aspera, id est, herbæ spinosæ absint. & fuge pabula læta, id est, pinguia, quia nocent proposito. & continuo lege, id est, elige greges albos uillis mollibus, id est, non hirtis. Illum autem arietem reijce, cui nigra lingua tantum subest palato udo, quamuis ipse aries sit candidus. & hoc ne infuscet, id est, denigret uellera maculis pullis, id est, nigris nascentum, id est, agnorum, qui nascituri sunt, & circumspice alium arietem pleno campo, ubi facilis est electio. Sic Pan Deus Arcadiæ fefellit te ô Luna captam, id est, deceptam munere niueo lanæ, id est, promittendo illi uellera candida, si credere dignum est, quia fabulosum. Pan dico, te uocans ô Luna in nemora alta, tuos exoptans concubitus, nec tu aspernata es, id est, contempsisti uocantem. At ille cui amor, id est, cupiditas lactis est, ferat gregi Cythisum herbam multum lactis generantem. & lotos frequentes, herbæ sunt, & arbores nobis incognitæ. & ferat herbas salsas præsepibus. Nam hinc, id est, ex pastu herbarum salsarum amant fluuios magis, & tendunt, id est, implent magis ubera lacte. & referunt inde, id est, ex salsis herbis occultum saporem salis. Multi pastores prohibent, id est, ablactant á matribus hœdos iam excretos, id est, adultos. & præfigunt, id est, claudunt ora prima, id est, primam oris partem capistris ferratis, id est, aculeatis.

Quod ſurgente die mulſere. horiſq; diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris, & Sole cadente:
Sub lucem exportant calathis (adit oppida paſtor)
Aut parco ſale contingunt, hyemiq; reponunt.

Canum cura.

Nec tibi cura canum fuerit poſtrema: ſed una
Veloces Spartæ catulos, acremq; Moloſſum
Paſce ſero pingui: nunquam cuſtodibus illis
Nocturnum ſtabulis furem, incurſuſq; luporum,
Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros,
Et canibus leporem, canibus uenabere damas,
Sæpe uolutabris pulſos ſyluestribus apros
Latratu turbabis agens: monteſq; per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.
Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum,
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.

Ali. ignotis.

Sæpe ſub immotis præſepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cælumq; exterrita fugit:

¶ *Ecphraſis.*

Quod ſubaudi lac mulſere die, & horis diurnis nocte premunt, inde caſeum conficientes, & quod mulſerunt tenebris. & pro. id eſt, Sole cadente exportant, ſcilicet, in urbem calathis. id eſt, caniſtris ſub lucem, id eſt, diei principio. & paſtor adit oppida, ut caſeum uendat recentem, aut contingunt, id eſt, ſaliunt parco ſale. & reponunt hyemi. Nec cura canum fuerit tibi poſtrema. immo prima. ſed paſce una, id eſt, ſimul ſero pingui ueloces catulos ſpartæ, quos ſupra dixerat Amycleos, & moloſſum acrem, id eſt, canem Epiroticum. nunquam cuſtodibus illis, ſcilicet, canibus, tu horrebis furem nocturnum ſtabulis, aut incurſus luporum, aut Iberos. i. hiſpanos impacatos, id eſt, nondum ſubactos. ſæpe etiam agitabis curſu per canes onagros timidos. & uenabere leporem. & damas. & tu agens, id eſt, inſequens turbabis latratu apros pulſos ſyluestribus uolutabris, .i. paludibus, ubi uolutantur apri, & premes. i. inſequeris ad retia clamore ceruum ingentem per altos montes. Diſce etiam accendere ſtabulis cedrum odoratam. et diſce agitare Chelydros graues nidore galbaneo. Nam ſæpe uipera delituit mala tactu, id eſt, ut tractetur ſub præſepibus immotis. & exterrita fugit cælum.

Aut

Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ,
Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere virus,
Fouit humum, cape saxa manu, cape robora pastor,
Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem
Deijce: iamq; fuga timidum caput abdidit alte,
Cum medij nexus, extremæq; agmina caudæ
Soluuntur, tardosq; trahit sinus ultimus orbes.
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squamea conuoluens sublato pectore terga,
Atq; notis longam maculosus grandibus aluum,
Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent udo terræ, ac pluuialibus Austris, *dias &*
Stagna colit, ripisq; habitans hic piscibus atram
Improbus ingluuiem, ranisq; loquacibus explet.
Postquam exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt, *al. exusta*
Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens *Siti, al. situ.*
Sæuit agris, asperq; siti, atq; exterritus æstu.

¶ Ecphrasis.

aut coluber assuetus succedere tecto, & umbræ, coluber dico, pestis acerba boum, assuetus spargere uirus pecori fouit humum, id est, calefecit incubitu. O pastor cape manu saxa, & robora manu, & deijce illum colubrum tollentem minas, id est erigentem se in minas, & tumentem cærula colla, id est, habentem colla uiridia tumentia. & iam coluber ille abdidit, id est, abscondit fuga alte caput timidum. cum nexus, id est, sinus medij: & agmina caudæ extremæ soluuntur, id est, explicantur: & sinus ultimus, id est, spira ultima trahit orbes tardos. Est etiam in saltibus Calabris ille anguis malus conuoluens terga squamea, id est, squamosa pectore sublato, & maculosus aluum longam notis, id est, maculis grandibus: qui anguis dum ulli amnes, id est, flumina rumpuntur fontibus, id est, erũpunt. & dum terræ madent udo uere, id est, humido: & Austris pluuialibus. & hic anguis improbus, id est, insatiabilis ripis explet ingluuiem, id est, uentrem piscibus, & ranis loquacibus, id est, canoris. Sed postquam palus est exhausta, id est, humore uacua, & terræ dehiscunt, id est, finduntur ardore, anguis ille exilit in siccum: & torquens lumina flammantia i. oculos quasi flammã emittentes asper situ, id est, squallore, & exterritus æstu sæuit agris. i. per agros.

alias dio — Nec mihi tum molles sub diuo carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,
Cum positis nouus exuuijs nitidusq; iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.

De ouium scabie. — Morborum quoq; te causas, & signa docebo.
Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber
alias cum — Altius ad viuum persedit, & horrida cano
Bruma gelu; vel cum tonsis illotus adhæsit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcirco fluuijs pecus omne magistri
Perfundunt, vdisq; aries in gurgite villis
Mersatur, missusq; secundo defluit amni:
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
al. & sulphura uiua — Et spumas miscent argenti, viuaq; sulphura,
Idæasq; pices, & pingueis vnguine ceras,
Scyllamq;, helleborosq; graues, nigrumq; bitumen.

¶ *Ecphrasis.*

Nec libeat mihi tum carpere somnos molles sub diuo. i. sub Ioue, hoc est sub noctis. sereno, neu libeat iacuisse per herbas dorso. i. solo nemoris eo tempore, cum ipse nouus depositis exuuijs, id est, pellis uernatione, & nitidus iuuenta uoluitur, aut relinquens catulos tectis, aut oua: ipse arduus ad Solem, id est, erectus micat ore linguis trisulcis. Præterea ego docebo te causas morborum, & signa morborum. Scabies turpis tentat oues, cum imber frigidus, & bruma horrida cano gelu persedit altius, id est, profundius ad uiuum, id est, usque ad intimum. uel cum sudor adhærens lanæ, & illotus adhæsit illis tonsis, & uepres hirsuti secuerunt corpora. Idcirco magistri, id est, pastores ouium perfundunt omne pecus dulcibus fluuijs. & aries m..satur in gurgite uillis udis, id est, uellere humido. missusq; secundo defluit amni, id est, flumine sequenti, aut contingunt corpus amurca tristi, id est, amara. Est autem amurca succus oliuæ, quod oleo subsidet. & miscent spumas argenti, & sulphura uiua propter ignem inclusum, & pices Idæas, ab Ida sylua Troiæ, & ceras pingues vnguine, id est, vnctura, & Scyllam, id est, cepe erraticum, & helleboros, id est, ueratrum, & bitumen nigrum, id est, iudaicum, quod asphalton uocant, siue stercus dæmonum.

Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os:alitur vitium,viuitq; tegendo,
Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat,& meliora Deos sedet omnia poscens.
Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Cum furit, atque artus depascitur arida febris, De febri.
Profuit incensos æstus auertere:& inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam,
Bisaltæ quo more solent,acerq; Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen,atq; in deserta Getarum;
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Quam procul,aut molli succedere sæpius vmbræ,
Videris,aut summas carpentem ignauius herbas, al.segnius
Extremãq; sequi,aut medio procumbere campo
Pascentem,& seræ solam decedere nocti: alias sera
Continuo culpam ferro compesce prius,quam al.nocte

¶ Ecphrasis.

Tamen nulla fortuna laborum est magis præsens,id est efficax: quam si quis potuit rescindere ferro summum os ulceris,id est,partes illas ulceris corruptas.Itaq; si illud remedium, quod mõstraui, non affertur:uitium alitur: & uiuit tegendo, id est,dum tegitur:dum pastor abnegat adhibere manus medicas ad vulnera ouiũ. & sedet poscens deos meliora.Quin etiam dolor balantum,id est ouium lapsus.i. descendens ad ima ossa cum furit:& cum febris arida,id est, ariditatem inducens depascitur,id est,consumit artus.profuit auertere,id est,prohibere æstus incensos. & ferire uenam salientem sanguine inter ima pedis: quo more .i.eo modo quo Bisaltæ,& Gelonus acer,populi sunt Septentrionales solent æquorũ uenas percutere:cum fugit in Rhodopẽ montẽ Thraciæ, atq; in deserta Getarum:& potat lac concretum cum sanguine equino : quod ex uenis hauserunt. Quam ouem siue pecudem uideris succedere sæpius umbræ molli:aut carpentem ignauius,id est,negligentius herbas summas:& illam extremam sequi reliquas pecudes: aut illã pascentem,id est,dum pascitur procumbere medio campo:& uideris decedere illam solam nocti sere, id est, in sera nocte:continuo,id est,statim compesce,id est, prohibe culpam ferro,id est,uitium sanguinis diminutione. aut cauterio priusquam

Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.
Non tam creber agens hyemem ruit æquore turbo,
Quam multæ pecudum peſtes: nec ſingula morbi
Corpora corripiunt, ſed tota æſtiua repente,
Spemq́ʒ, gregemq́ʒ ſimul, cunctamq́ʒ ab origine gentem.
Tum ſciat aërias Alpes, & Norica ſi quis
Caſtella in tumulis, & Iapidis arua Timaui,
Nunc quoq́ʒ poſt tanto videat, deſertaq́ʒ regna
Paſtorum, & longe ſaltus lateq́ʒ vacantes.
Hic quondam morbo cæli miſeranda cohorta eſt
Tempeſtas, totoq́ʒ Autumni incanduit æſtu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
Corrupitq́ʒ lacus, infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat ſimplex: ſed vbi ignea venis
Omnibus acta ſitis miſeros adduxerat artus,

Noricum, Bauaria. al. Iapygis Seruio tñ nõ ꝓbatur, Hecatæ⁹ uero duas ponit Iapygias, quarum una ſit in Apulia, altera in Illyrico, á q̃ rum utraq; Iapyx, & Iapygi⁹ deriuari dicit.

¶ *Ecphraſis.*

dira contagia ſerpant per vulgus. i. gregem incautum. i. qui ſibi cauere. i. prouidere non poteſt. Non tam creber turbo agens, id eſt, mouens hyemem i. tempeſtatem ruit æquore. i. in æquor, quam multæ ſunt peſtes pecudum. Nam morbi non corripiũt ſingula corpora: ſed corripiunt repente tota æſtiua. i totum gregem in loco æſtiuorum. i. ubi pecudes æſtatem agunt: & corripiunt ſpem. i. agnos & ſimul gregem totum, & cunctã gentem ab origine. Tũ. i. præterea ſi quis ſciat Alpes aërias. i. altas: & quæ uentis crebro pulſantur. & caſtella Norica . i. Illyrica poſita in tumulis: & arua Timaui fluuij ueneti Iapidis, quia illa regio Iapidia dicitur: ubi tanta fuit gregum, armentorumq́; ſtrages, ut nunc quoq; tanto tempore poſt, dicit Vergilius de ſuo ſæculo, uideat regna paſtorum deſerta, id eſt, loca in quibus paſtores regnare uidebantur: & uideat ſaltus, id eſt, paſcuorum loca uacantes longe, & late. Hic. i. in his locis tempeſtas miſerãda coorta eſt morbo. i. uitio & corruptione cæli. i. aëris. Et incãduit. i. incenſa eſt toto æſtu. i. calore, qui tum per Autumnum fuit. & dedit neci. i. peremit illa tẽpeſtas omne genus pecudum: & omne genus ferarum: & corrupit lacus: & infecit, id eſt, ueneno corrupit pabula tabo, id eſt, ſanie. Nec uia mortis, id eſt, moriendi genus erat ſimplex, id eſt, unica, ſed multiplex. ſed ubi ſitis ignea, id eſt, ex calore proueniens acta, id eſt, immiſſa omnibus uenis adduxerat, id eſt, extenuauerat miſeros artus:

Rursus abundabat fluidus liquor: omniaq; in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aram,
Linea dum niuea circundatur infula vitta, al. lanea.
Inter cunctantes cecidit moribuda ministros:
Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,
Inde neque impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates: Eleuat autoritatē auspiciorum.
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summaq; ieiuna sanie infuscatur arena.
Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt,
Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros
Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis,
Labitur infelix studiorum, atq; immemor herbæ
Victor equus, fontesq; auertitur, & pede terram

¶ *Ecphrasis.*

Rursus liquor fluidus, id est, sudor abundabat: & trahebat, id est, resoluebat in se ossa collapsa, id est, cadentia minutatim, id est. particulatim morbo pestilentiæ, sæpe etiam contingit tunc, q. hostia lanea, id est, ouis stans ad aras in medio honore, id est, sacrificio Deum pro Deorum: dum infula, id est, uelum sacrum circundatur uitta niuea, id est, candida. illa moribunda, id est, ualde moriens cecidit inter ministros cunctantes, id est, paululum immoratos. aut si sacerdos aliquando hostiam ante mactauerat ferro illam iugulans: neque altaria ardent fibris impositis inde, id est, ex ea hostiæ iugulatione: nec uates, id est, sacerdos ille consultus ab aliquo potest reddere responsa per aruspicinam. Aut cultri suppositi hostiæ uix tinguntur sanguine: & summa arena, id est, tantum arenæ summitas infuscatur .i. coloratur sanie ieiuna, id est, parua. Hinc, id est, ex eodem morbo uituli moriuntur in herbis lætis, id est, pinguibus, & reddunt animas dulces: quia ipsum uiuere animantibus dulce est. Hinc, id est, ex eadem causa rabies uenit canibus blandis, id est, qui sunt natura adulatores. Et tussis anhela, id est angina quatit suos ægros: & angit faucibus obesis, id est, tumidis. Et equus uictor antea, tūc uero infelix labitur immemor studiorū præteritorum, & herbæ præsentis. & auertitur. i. fugit fontes, & ferit terram pede

De morbo Crebra ferit: demiſſæ aures, incertus ibidem
equorum. Sudor, & ille quidem morituris frigidus: aret
Crebro co- Pellis, & ad tactum tractanti dura reſiſtit.
di.uęt.neq; Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus.
timēdū nę, Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus,
Crebro ſe. Tum vero ardentes oculi, atq; attractus ab alto
dactylū fa- Spiritus, interdum gemitus grauis, imaque longo
ciamus. cū Ilia ſingultu tendunt: it naribus ater
Cariſi9 ter Sanguis: & obſeſſas fauces premit aſpera lingua.
tio pro da Profuit inſerto latices infundere cornu
ctylo agno Lenæos, ea viſa ſalus morientibus vna.
ſcat. Mox erat hoc ipſum exitio: furiiſq; refecti
Ardebant, ipſiq; ſuos iam morte ſub ægra
ali. ardorē (Di meliora piis, erroremq; hoſtibus illum)
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.
De tauris. Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus
Concidit, & miſtum ſpumis vomit ore cruorem.

¶Ecphraſis.

crebrā pro crebrò, nomen pro aduerbio. Aures ſunt illis demiſſæ: ſudor incertus, id eſt, dubius, mortifer: & ille quidem ſudor frigidus morituris, id eſt, quod eſt futuræ mortis ſignum. pellis quoq; aret ſiccitate: & illa dura tractanti reſiſtit ad tactū, & dant hæc ſigna ſuperiora ante exitium.i. mortem primis diebus, quibus incipiunt morbo corripi. Sin pro ſed ſi morbus cœpit crudeſcere in proceſſu, tunc ſunt illis oculi ardentes, & eſt illis ſpiritus, id eſt, anhelitus attractus ab alto, ſubaudi pectore. & interdum eſt illis gemitus grauis. & interdum equi tendunt ilia ima ſingultu. & ater ſanguis it manans ex naribus. & aſpera lingua premit fauces obſeſſas, id eſt, occupatas. Et profuit aliquando infundere illis inſerto cornu latices Lenæos, id eſt, Bacchi. Nam Bacchus etiam dicitur Lenæus. ea enim erat una ſalus illis morientibus. ſed mox, id eſt, paulo poſt hoc ipſum, id eſt, uini infuſio erat exitio, id eſt, morti. Refecti furijs uini infuſi ardebant, & ipſi equi iam ſub morte ægra poſiti laniabant dentibus nudis artus diſciſſos. Dij tribuant pijs meliora i. meliorē mentē. & dent hoſtibus noſtris illū errorē, ut ſe dētibus cōficiāt. Ecce.i. de ſubito taurus fumās.i. ſudās ſub duro uomere cōcidit.i. mortuus eſt. & uomit ore cruorem mixtum ſpumis.

Extremoſq; ciet gemitus:it triſtis arator
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,
Atq; opere in medio defixa relinquit aratra.
Non umbræ altorum nemorum,non mollia poſſunt
Prata mouere animum,non qui per ſaxa uolutus
Purior electro campum petit amnis:at ima
Soluuntur latera,atq; oculos ſtupor urget inerteis,
Ad terramq; fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor,aut benefacta iuuant:quid uomere terras
Inuertiſſe graues:atqui non Maſſica Bacchi
Munera,non illis epulæ nocuere repoſtæ:
Frondibus,& uictu paſcuntur ſimplicis herbæ. alias uictū
Pocula ſunt fontes liquidi,atq; exercita curſu
Flumina:nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæſitas ad ſacra boues Iunonis,& uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus,

¶Ecphraſis.

& ciet gemitus extremos.i. mortis.arator triſtis it ab aratione diſiungẽs iuuencum mœrentem morte fraterna, id eſt, alterius iuuenci mortui, & relinquit arator ille aratra defixa in medio opere, id eſt, interrupto. Vmbræ altorum nemorum, & prata mollia, id eſt, herboſa non poſſunt mouere animum ad leticiam capiendam. & amnis, id eſt, fluuius purior electro, qui uolutus per ſaxa petit campum, non poteſt mouere animum iuuencorum. At ima illorum latera ſoluuntur: atque ſtupor urget oculos inertes, id eſt, languidos, & ceruix pondere deuexo fluit ad terram. Quid labor aut benefacta iuuant nos ó boues? & quid iuuat inuertiſſe uomere terras graues? Atqui munera Bacchi, id eſt, uina maſsica, id eſt, Campana. & epulæ repoſtæ, id eſt, repoſitæ, & ſeruatæ non nocuere illis iuuencis. ſed paſcuntur frondibus, & uictu herbæ ſimplicis. Pocula ſunt illis fontes liquidi: & flumina exercita, id eſt, detrita & exagitata curſu: nec cura abrumpit illis ſomnos ſalubres, id eſt, ſalutiferos. Tempore non alio, immo ſimili tempore dicunt.ſ. in hiſtorijs boues quæſitas in illis regionibus ad ſacra Iunonis: & dicunt currus ductos ad alta donaria, id eſt, loca ubi reponūtur dona deis dicata. uris imparibus, id eſt, bobus ſyluestribus:

Ergo ægre rastris terram rimantur, & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges, montesq; per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.
Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
Cura domat: timidi damæ, ceruiq; fugaces
Nunc interq; canes, & circum tecta vagantur.
Iam maris immensi prolem & genus omne natantum
Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit: insolitę fugiunt in flumina phocæ.
Interit & curuis frustra defensa latebris
Vipera, & attoniti squãmis astantibus hydri.
Ipsis est aër auibus non æquus: & illæ
Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.
Præterea iam nec mutari pabula refert,
Quæsitæq; nocent artes: cessere magistri
Phyllirides Chiron, Amythaoniusq; Melampus:

¶ *Ecphrasis.*

Ergo bobus deficientibus homines rimantur terram rastris: & infodiunt. i. seminant fruges unguibus, & homines etiam boum defectu trahunt per altos montes stridentia plaustra ceruice cõtentá. i. in ipso tractu extenta. Lupus quoq; non explorat, id est, explorando parat insidias circum ouilia. Nec ille nocturnus. i. per noctem obambulat gregibus. & hoc quia cura acrior, id est, uehementior domat illum, id est, morbus. Damæ timidi, & cerui fugaces, utriq; faciunt hoc natura, sed nunc implicici morbo uagantur inter canes, & circum tecta. Iam, id est, præterea fluctus proluit, id est, fluctuando inuoluit prolem id est, genus maris immensi. i. pisces, & omne genus natantũ. i. natatilium, proluit dico in extremo littore: ceu. i. tanquã corpora naufraga. i. naufragio mersa, & phocæ. i. uituli marini insolitæ hoc facere fugiũt in flumina. Et uipera frustra. i. nõ defensa curuis latebris interit, et hydri attoniti intereũt squãmis astãtiꝰ i. horrẽtibꝰ. Aër etiã nõ est equꝰ ipsis auibus: & illæ aues pcipites. i. uolãtes relinquũt uitã sub alta nube. i. moriũtur in ipso aëre. Præterea nõ refert pabula mutari bobus et ouibus: & artes i. medicinæ quæsitæ nocẽt: & Chirõ Cẽtaurꝰ Phillyrides. i. Phillyræ ex Saturno filiꝰ, et Melãpus Amythaoniꝰ. i. Amythaonis filiꝰ magistri. i. medici cessere de salute desperãtes.

Sæuit & in lucem Stygijs emissa tenebris
Pallida Tisiphone: morbos agit ante, metumq;:
Inq; dies auidum surgens caput altius effert:
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arentesq; sonant ripæ, collesq; supini. alias Horrentes.
Iamq; cateruatim dat stragem: atq; aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo,
Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt.
Nam neq; erat corijs vsus: nec viscera quisquam,
Aut vndis abolere potest, aut vincere flamma.
Nec tondere quidem morbo illuuieq; peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verum etiam inuisos si quis tentarat amictus,
Ardentes papulæ, atq; immundus olētia sudor al. Quin etiam.
Membra sequebatur: nec longo deinde moranti
Tempore, contactus artus sacer ignis edebat

¶ *Ecphrasis.*

Tisiphone pallida, id est, nigra emissa in lucem ex tenebris stygijs sæuit, & agit ante se morbos, & metum, & effert indies. i. cotidie magis altius caput auidum. Amnes, id est, fluuij, & ripæ arentes, & colles supini sonant balatu pecorum, & mugitibus crebris boum Iamque Tisiphone dat stragem cateruatim, id est, per singulas cateruas: atque in ipsis stabulis aggerat, id est, cumulat cadauera dilapsa tabo turpi, id est, resoluta. donec homines discunt tegere humo illa cadauera: & abscondere faueis, idem est. Nam neque usus erat cadauerum corijs: neq; quisquam potest abolere undis, id est, elixare uiscera, id est, carnes illas: aut uincere, id est, domare flammis, id est, igni Nec quidem possunt tondere uellera ouium peresa. i. putrida, & cōsumpta morbo & illuuie, id est, situ et squallore: nec possunt attingere telas putres, id est, quæ tabescunt cum attingūtur. Verum etiam si quis tentarat amictus inuisos, ardentes papulæ morbi sunt, & sudor immundus sequebātur membra olentia, id est, fœtida, & deinde nō longo tempore moranti, id est, paulo post ignis sacer, lepræ est genus. edebat, id est, consumebat artus contactos á uestibus inde confectis.

FINIS LIBRI TERTII.

Tetrastichon Ouidij Nasonis Poëtæ in Quartum librum Georgicon.



Rotinus aërij mellis redolentia regna,
Hyblæas quoq; apes, aluorum & cerea tecta:
Quiq; alibi flores, examina quæq; legenda
Indicat, humentesq; fauos cælestia dona,

¶ *Ecphrasis.*

PRotinus. Argumentum est Ouidij, ut quidam dicunt: in quo materiã quarti libri dicit esse de cura apium. Protinus, id est, libro quarto Vergilius indicat regna redolentia mellis aërij: & apes Hyblæas, ab Hybla Siciliæ dictas. & tecta, .i. domos cærea aluorũ, p aluéorũ. & qui flores, & quæ examina sunt legẽda, & indicat fauos humẽtes. ap. dona cælestia: quia de rore cæli, & floribus cõficiũtur.

PVB. VERGILII MARONIS GEORGICON Liber Quartus.

Propositio cui admiscuit dedicationẽ operis. Amplificatio per metaphoras. al. totiusq; ordine.



Rotinus aërij mellis cælestia dona
Exequar: hãc etiam Mecœnas aspice partẽ.
Admirãda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordie gẽtis
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria: siquem
Numina leua sinunt, auditq; vocatus Apollo.

¶ *Ecphrasis.*

EGo exequar protinus. i. in hoc quarto libro dona cælestia mellis aërij: qđ ex floribus, atq; rore cæli cõficitur. O Mecœnas aspice etiã hãc partẽ. i. materiã libri quarti: quẽadmodũ trium superiorũ. nam ego dicã tibi hic spectacula admirãda: i. miracula rerũ leuiũ. i. minutissimarũ: quales sunt apes. & dicã tibi duces magnanimos. i. reges apũ quãtis animis cõcurrũt. Et dicã tibi ordine mores, & studia totius gẽtis. i. apũ. & dicã tibi populos. & p̃lia. labor meus uersatur in re tenui. i. uili. sed gloria non est tenuis, q̃ ex hac re cõparari potest: si numina leua. i. propitia sinunt quem. i. aliquẽ, & Apollo uocatus audit quẽ. i. aliquẽ, qui talia aggreditur.

Principio sedes apibus, statioq; petenda;
Quo neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neq; oues, hœdiq; petulci
Floribus insultent: aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.
Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus a stabulis, meropesq;, aliæq; volucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam late vastant: ipsasq; volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus:
Palmaq; vestibulum, aut ingens oleaster obumbret:
Vt cum prima noui ducent examina reges
Vere suo, luditq; fauis emissa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori:
Obuiaq; hospitijs teneat frondentibus arbos.

Loc⁹ apia rh.

al. Procne

al. inũbret

¶ *Ecphrasis.*

principio sedes, & statio petenda, id est, eligenda apibus: quo .i. ad quam nec aditus sit uentis: nam uenti prohibent apes ferre domum pabula, id est, flores. neq; oues, & hœdi petulci, id est, petulantes & lasciui insultent, id est, noceãt floribus: aut bucula .i. iuuẽca errans cãpo .i. pascens decutiat rorem ex floribus: & atterat .i. conculcet herbas surgentes .i. nascentes. & lacerti reptiles picti terga .i. habentes depicta terga squalẽtia .i. situ squammosa absint á stabulis .i. alueis apum. Meropes, id est, aues, quas Apiastras uocant. & aliæ uolucres similes, & progne, id est, hirundo signata pectus manibus cruentis, ad fabulam alludit, qua dicitur Ithym filium trucidasse. Hæ inquam aues absint á stabulis, nam uastant omnia late: & ferunt ore ipsas uolantes, id est, apes in escam dulcem nidis, id est, pullis immitibus. At fontes liquidi, id est, puri, & stagna uirentia musco adsint. & riuus tenuis fugiens, id est, labens per gramina adsit, & palma arbor, aut ingens oleaster inumbret, id est, umbra protegat uestibulum, id est, aluei aditum: ut cum noui reges ducent prima examina uere suo, id est, mense maio, & iuuentus apum emissa ludet, id est, proludet fauis, ripa uicina inuitet decedere calori .i. á calore. & arbos obuia detineat examina illa hospitijs frondentibus, id est, in ramis

In medium, ſeu ſtabit iners,ſeu profluet humor,
Tranſuerſas ſalices,& grandia conijce ſaxa:
Pontibus vt crebris poſſint conſiſtere,& alas
Pandere ad æſtiuum Solem:ſi forte moranteis
Sparſerit, aut præceps Neptuno immiſerit Eurum.
Hæc circum caſiæ virides,& olentia late
Serpylla,& grauiter ſpirantis copia thymbræ
Floreat: irriguumq; bibant violaria fontem.
Ipſa autem ſeu corticibus tibi ſuta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
Quomodo ſunt aluearia faciēda
Anguſtos habeant aditus:nam frigore mella
Cogit hyems,eademq; calor liquefacta remittit.
Vtraq; vis apibus pariter metuenda:neq; illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt,fucoq;,& floribus oras
Explent:collectumq; hęc ipſa ad munera gluten
Et viſco,& Phrygiæ ſeruant pice lentius Idæ.

¶ Ecphraſis.

Seu humor.i.aqua ſtabit iners.i.non fluet,ſeu profluet, conijce in mediū aquæ salices tranſuerſas:& ſaxa grandia:ut apes poßint conſiſtere crebris pontibus.i. in illis ſalicibus & ſaxis,quaſi pontibus,& pandere,id eſt, explicare alas ad Solem æſtiuum, ſi forte Eurus præceps ſparſerit illas morantes, aut immerſerit Neptuno,id eſt,aquæ.Caſiæ uirides,& ſerpylla olentia late,& copia thymbræ ſpirantis grauiter,id eſt,olētis floreat circū hæc,ſcilicet aluearia.& uiolaria,id eſt, ubi ſunt uiolæ conſitæ bibant fontem irriguum, id eſt, qui irriget uiolaria. Ipſa autem aluearia habeant aditus anguſtos, ſeu fuerint ſuta ſubſcudibus ex corticibus cauatis,id eſt,cōcauis,ſeu fuerint texta ex uimine lēto,id eſt,flexibili. & ideo foramina illa debent anguſtos aditus præbere: quoniam hyems cogit,id congelat mella frigore. & calor æſtatis remittit, id eſt,reſoluit eadem mella liquefacta. utraque uis,id eſt, uiolentia metuenda eſt apibus. Neque illæ apes nequicquam.i.fruſtra linunt.i.obturant cæra.i. glutino uel propoli ſpiramenta tenuia.i.rimas in tectis.i.alueis.& explent fuco,& floribus.i.materia ad hoc facta oras,id eſt, terminos, & ſeruant glutē quæſitum ad hæc ipſa munera, glutē dico lētius uiſco,& pice Idæ Phrygiæ,id eſt,ſyluæ Troianæ.& ſi fama eſt uerdo

Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris,
Sub terra fodere larem: penitusqꝫ repertæ
Pumicibusqꝫ cauis, exesæqꝫ arboris antro.
Tu tamen & leui rimosa cubilia limo
Vnge, fouens circum: & raras superiniice frondes.
Neu propius tectis taxum sine: ne ve rubentes
Vre foco cancros: altæ neu crede paludi:
Aut vbi odor cœni grauis: aut vbi concaua pulsu
Saxa sonant: vocisqꝫ offensa resultat imago.
Quod superest, vbi pulsam hyemem Sol aureus egit
Sub terras, cælumqꝫ æstiua luce reclusit,
Illæ continuo saltus, syluasqꝫ peragrant,
Purpureosqꝫ metunt flores, & flumina libant
Summa leues: hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidosqꝫ fouent: hinc arte recenteis
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.
Hinc vbi iam emissum caueis ad sydera cæli

al. terras
al. aiuo

Descriptio ætatis.

¶ *Ecphrasis.*

sæpe fodere larem. i. domũ sub terra latebris effosis. i. exhausto rudere factis, & repertæ sunt pumicibus cauis: et in antro arboris exesæ. i. in cauum corrosæ. Tamẽ tu vnge limo læui i. læuigato fouẽs. i. apricãs circũ cubilia rimosa. & iniice super limum frondes raras. Neu sine. i. nõ permittas taxos propius. i. propinquius tectis . i. aluearibus: neue uras prope cancros rubẽtes, cũ sunt decocti: qa hoc fugat apes: neu crede. i. nec cõmittas illas paludi altæ: ne mergãtur: aut ubi cœni odor est grauis, aut ubi saxa concaua sonant pulsu. i. percußione. & imago uocis offensa. i. res percussa resultat. Quod superest. i. reliquũ est dicendũ ubi sol aureus á colore: uel splẽdore egit sub terras hyemem pulsam. i. sunt iam dies grandiusculi: & reclusit, id est, aperuit cælum luce æstiua. continuo. i. statim illæ apes peragrant saltus, & syluas: & tam ex herbis, quam ex arboribus metunt flores purpureos. & ipsæ leues libant, id est, gustant summa flumina, id est, fluminum summitatem. Hinc, id est, deinde apes lætæ nescio qua dulcedine fouent progeniẽ. & nidos, quasi aues fouent oua: ut inde pullos excludant. & hinc excudunt, id est, formant ceras recentes arte, id est, artificiose, & fingunt mella tenacia. i. lenta. Hinc. i. deinde ubi suspexeris, id est, sursum aspexeris agmen. i. examen emissum caueis, id est, aluels.

Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,
Obscuramq; trahi uento mirabere nubem,
Contemplator: aquas dulceis, & frondea semper
Tecta petunt: huc tu iussos asperge sapores,
Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen:
Tinnitusq; cie, & matris quate cymbala circum.
Ipsæ consident medicatis sedibus: ipsæ
Intima more suo sese in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpe duobus
Quomodo bella gerāt — Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoq; animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longe præsciscere: namq; morantes
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter se coëunt, pennisq; coruscant,
Spiculaq; exacuunt rostris, aptantq; lacertos:

¶ *Ecphrasis.*

Nare, id est, uolare ad sydera cæli per æstatem liquidam .i. serenam: & miraberis nubem obscuram .i. examē in nubis similitudinē trahi uēto huc, illuc illas agitāte, contēplator .i tu cōtēplare, quia semper examina sic uolantia petūt aquas dulces, & tecta frondea .i. arbores in quibus considāt. Huc pro *illuc tu sparge sapores iussos ab apiarijs. sparge etiam meliphylla trita .i. citriaginem, & gramen ignobile cerinthæ. utraq; herba est apibus grata. & cie .i. cōcita tinnitus .i. sonitꝰ ex tintinabulis, & quate .i. concute circum cimbala matris .i.* Cybeles *matris deorū, cui sunt sacra.* Ipsæ *apes considēt tunc sedibus medicatis .i. odoribus suffitis, & saporibus illitis; & ipsæ condent se .i. abscondēt se in sua intima cunabula .i. habitacula more suo. quia hoc est illis ingenitum natura.* Sin *pro sed si exierint apes ad pugnā: & per parenthesim interponit, quia sæpe discordia incessit duobus regibus magno motu .i. rerū mutatione, continuo .i. statim licet longe .i. multo ante præsciscere animos vulgi .i. apum: & corda trepidantia .i. festinantia bello.* Nāq; *ille canor .i. cantus* Martiꝰ *æris rauci .i. sonitꝰ ab apibꝰ factꝰ in tubæ similitudinē expressus increpat illas morātes, ut tuba milites ignauos. et uox auditur imitata sonitos fractos tubarū.* Tū *ipsæ trepidæ .i. festinæ coeūt inter se .i. q̄si ad aciē se p̄parāt. & coruscāt pēnis .i. uibrāt alas. & exacuūt spicula .i. aculeos rostris, et aptāt .i. parāt lacertos:*

Et circa regem,atq; ipsa ad prætoria densæ
Miscentur,magnisq; vocant clamoribus hostem. Rex aculeo caret.
Ergo vbi ver nactæ sudum,camposq; patenteis,
Erumpunt portis,concurritur:æthere in alto
Fit sonitus,magnum mistæ glomerantur in orbem, Amplificatio.
Præcipitesq; cadunt:non densior aëre grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medias acies,insignibus alis,
Ingentes animos angusto in pectore versant,
Vsqueadeo obnixi non cedere,dum grauis aut hos,
Aut hos versa fuga victor dare terga coëgit.
Hi motus animorum,atq; hæc certamina tanta
Pulueris exigui iactu compressa quiescent. al. quiescũt
Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos: alias ambo
Deterior qui visus,eum,ne prodigus obsit,
Dede neci:melior vacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squallentibus ardens

¶Ecphrasis.

& ipsæ densæ miscentur.i.glomerãtur circum regem,atq; ad ipsa prætoria,quia prætorium domus regia est.& uocant hostem magnis clamoribus.i. petũt á rege pugnãdi copiã.Ergo ubi.i. postq̃ nactæ sunt apes.i.adeptæ uer sudum.i.serenum: & campos patentes: erumpunt.i. cũ impetu egrediuntur portis. concurritur.i. apes concurrunt in alto æthere.i.aëre.fit sonitus utrinq;: & apes mixtæ glomerantur.i.inuoluuntur in orbem,& cadunt præcipites.i.in præceps. Grando non densior apibus pluit aëre.Nec tantum glandis pluit,id est, cadit de ilice concussa. Et ipsi reges apum alis insignibus uersant animos ingentes in pectore angusto per acies, id est, inter acies medias,usque adeo obnixi non cædere hosti dum, id est,donec fuga grauis subegit aut hos, aut hos dare terga uersa fuga.i.in fugã. Hi motus animorum,id est, irarum, & hæc tanta certamina quiescent compressa iactu pulueris exigui ab apiario missi.Sed ubi .i. postquam reuocaueris acie ambos ductores.i.reges,illum dede neci,qui uisus fuerit deterior.i.minus bonus:ne ipse prodigus obsit, id est, noceat: & sine, id est, permitte ut melior regnet in aula uacua sine æmulo.Alter .i. unus ex illis duobus, id est,melior erit ardens, id est ;splendens maculis squallentibus auro.(nam duo sunt genera)

(Nam duo ſunt genera)hic melior,inſignis & ore,
Et rutilis clarus ſquamis:ille horridus alter
Deſidia,latamq; trahens inglorius aluum.
Ald.plebis Vt binæ regum facies,ita corpora gentis.
Nãque aliæ turpes horrent,ceu puluere ab alto
Cum venit,& ſicco terram ſpuit ore viator
Aridus:elucent aliæ,& fulgore coruſcant
Ardentes auro,& paribus lita corpora guttis:
Hæc potior ſoboles,hinc cæli tempore certo
Dulcia mella premes:nec tantum dulcia quantum
Et liquida,& durum Bacchi domitura ſaporem.
Quomodo domi detinẽdæ ne auolent. At cum incerta volant,cœloq; examina ludunt,
Contemnuntq; fauos,& frigida tecta relinquunt,
Inſtabiles animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor:tu regibus alas
Eripe:non illis quiſquam cunctantibus altum
Ire iter,aut caſtris audebit vellere ſigna,

¶ *Ecphraſis.*

& hic inſignis ore,& clarus maculis rutilis: & ille alter eſt horridus deſidia.i. ignauia,& inglorius.i.nihil de gloria curans: trahens aluum latam: quod ipſum ignauiæ ſignũ eſt. & per parentheſim interpoſuit.nam duo ſunt genera, ſubaudi regum.& ut.i.quẽadmodum binæ facies.i.duæ regum ſunt: ita etiam corpora regum ſunt bina.Nãq; aliæ apes horrent .i. uidentur horri æ,& puluerulentæ,ceu cũ uiator aridus uenit ab alto puluere itineris,qđ per æſtatẽ,& æſtũ fit:et ſpuit terram ore ſicco, id eſt, ſitibundo. Aliæ apes elucent, & coruſcant .i. ſplendent fulgore.ardẽtes.i.ſplẽdẽtes auro.et corpora ſunt illis lita .i. maculoſa,paribus.i. ſimilib9 guttis.Hæc ſoboles eſt potior.i.hoc apũ genus eſt melius.& hinc.i.ab harũ apũ alueis tu premes certo tẽpore dulcia mella:nec tãtũ dulcia,quãtũ liquida: & domitura ſaporẽ Bacchi in cõfectiõe mulſi.At cũ examina uolãt incerta.i.modo incerto:& ludunt cælo,id eſt,in aëre,& contẽnunt fauos,& relinquunt tecta frigida: tu prohibebis ludo inani animos illarum inſtabiles: nec magnus labor eſt prohibere. tu eripe alas regibus:quia illis cunctantibus,id eſt, moram facientibus:quiſquam, id eſt, aliqua ex apibus: non audebit ire altum iter, id eſt, per aërem: aut uellere ſigna caſtris,translatio eſt ſumpta á militibus,eorũq; ducibus,

Inuitent croceis halantes floribus horti:
Et custos furum, atq; auium cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum, pinosq; ferens de montibus altis
Tecta ferat late circum, cui talia curæ:
Ipse labore manum duro terat, ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
Atq; equidem, extremo ni iam sub fine laborum
Vela traham: & terris festinem aduertere proram,
Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem, biferiq; rosaria Pæsti,
Quoq; modo potis gauderent intyba riuis,
Et uirides apio ripæ, tortusq; per herbam
Cresceret in uentrem cucumis: nec sera comantem Ali. sero.
Narcissum, aut flexi tacuissem uimen achanti,
Pallentesq; hederas, & amantes littora myrtos.

¶Ecphrasis.

Horti halantes, id est, spirantes floribus croceis inuitent apes ad immanendum. & tutela Priapi, id est, ipse Priapus Hellespontiaci, id est, qui fuit ex Lampsaco urbe Hellesponti, custos furum, atq; auium seruet cum falce saligna, id est, ex salice. Ipse, scilicet, Apiarius cui talia sunt curæ, ferens thymum, & pinos de montibus altis serat illas arbores circum tecta. scilicet, apum aluearia, & ipse terat manum labore duro, & ipse figat plantas feraces, id est, fertiles humo, & irriget imbres amicos. Atque equidem, id est, ego quidem ni pro nisi traham, id est, traherem uela sub extremo fine laborum, id est, huius operis, & festinem, id est, festinarem aduertere proram terris, id est, ad terram, forsitan canerem, quæ cura colendi ornaret hortos pingues, & rosaria Pæsti oppidi Calabriæ biferi, id est, bis in anno rosas procreantis, & canerem quomodo intyba herbæ sunt gauderent potis riuis, id est, cum irrigarentur, & quomodo ripæ uirides apio gauderent, & quomodo cucumis intortus cresceret in uentrem per herbam, nec tacuissem narcissum sero comantem, id est, florentem, nec tacuissem uimen. i. hastam achanti. i. cardui flexi. i. flexibilis, & hederas pallentes, & myrtos amantes littora, scilicet, maris, quia frigora reformidant, & unde hæc mihi comperta sint, ut possim illa describere, ego nunc dicam.

Nanq; sub Oebaliæ memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus,
Corycium uidisse senem, cui pauca relicti
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho:
Hic rarum tamen in dumis holus, albaq; circum
Lilia, uerbenasq; premens, uescumq; papauer,
Regum æquabat opes animis: seraq; reuertens
Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis,
Primus uere rosam, atq; autumno carpere poma;
Alias. etiamnum — Et cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum,
Ille comam mollis iam tum tondebat achanti,
Aestatem increpitans seram, Zephyrosq; morantes,
Ergo apibus fœtis idem, atq; examine multo
Primus abundare, spumantia cogere pressis

¶ *Ecphrasis.*

Nam memini me uidisse senem Corycium sub altis turribus Oebaliæ .i. tarenti, cuius conditores fuerũt Lacones, qui duce Phalanto ex Lacedæmonia uenerũt, quæ dicta est Oebalia, sed de qua Oebalia intelligat ostendit cum dicit, ea parte qua Galesus fluuius, qui tarentum abluit, niger umbris arborum humectat culta flauentia, id est, pulchra: cui seni iugera pauca ruris relicti, id est, sterilis & inculti erant, nec illa erat seges, id est, terra fertilis iuuencis, nec opportuna pecori, id est, pascuis, nec erat commoda Baccho, id est, uino, tamen ille senex premens hic, id est, colligens in dumis, id est, in locis dumosis rarum olus, id est, preciosum, & alba lilia, & papauer uescum, id est, quo possunt homines uesci æquabat opes Regum animis, id est, animi magnitudine, & ille senex reuertens domum sera onerabat nocte mensas suas dapibus inemptis, id est, precio non comparatis, & ille senex carpere, pro carpebat primus rosam Vere, id est, Veris tempore, & carpebat poma Autumno, & cum hyems tristis ab effectu etiã nunc pro adhuc rumperet saxa vi frigoris, et cum hyems frænaret i. constringeret cursus aquarũ in glaciẽ conuersarũ vi frigoris, ille senex tõdebat comã .i. carpebat frondes achãti mollis .i. cultiui, cũ alias frutex spinosus sit. ille dico increpitãs æstatẽ serã et Zephyros morãtes .i. quasi repræhẽdẽs illorũ morã, quã ipse cura puẽniebat. Ergo idẽ ille prim⁹ abũdare, p abũdabat apibus fœtis .i. fœcũdis et multo examine

Mella fauis, illi tiliæ, atq; uberrima pinus:
Quotq; in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in uersum distulit ulmos,
Eduramq; pyrum, & spinas iam pruna ferentes,
Iamq; ministrantem platanum potantibus umbram.
Verum hæc ipse equidem spatijs exclusus iniquis
Prætereo, atq; alijs post commemoranda relinquo.
Nunc age naturas, apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaq; æra secutæ,
Dictæo cæli regem pauere sub antro.
Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent, magnisq; agitant sub legibus æuum:
Et patriam solæ, & certos nouere penates:
Venturæq; hyemis memores, æstate laborem

Ali. disclusus
Alias. me memoranda
Admiscet fabulam.
Industriæ descriptio.

¶ *Ecphrasis.*

apũ, & cogere, id est, cogebat mella spumantia fauis expressis. Tiliæ *arbores & pinus uberrima erant illi, cum alias sint steriles, & quot pomis arbor fertilis induerat se in flore nouo, id est, quo tempore floruit, totidem poma matura tenebat in Autumno. Etiam ille senex distulit, id est, digessit in uersum, id est, ordinem ulmos seras, id est, sero prouenientes, & pyrum eduram, id est, materiæ durioris, & platanum ministrantem umbram potantibus, quia umbræ tantum gratia paratur.* Verum, *id est, sed ego ipse exclusus spacijs iniquis, id est, prohibitus temporis angustia prætereo hæc, quæ, scilicet, ad hortorum pertinent curam, & relinquo commemoranda post alijs autoribus, quod opus Columella absoluit.* Age, *id est, eia ego expediam nunc, quas naturas, id est, mores ipse Iuppiter addidit apibus, ꝑ qua mercede, id est, precio ipsæ apes secutæ sonitus canoros, & æra crepitantia Curetum. populi fuerunt Cretæ, qui Iouem nutrierunt, pauere Regem cæli, id est, Iouem sub antro Dictæo, id est, Cretensi.* Solæ *ex omnium animantium numero habent natos communes, quos ex floribus procreãt, & habent tecta urbis consortia. i. communia, & agitant æuum. i. uiuunt sub magnis legibus, & solæ apes nouerunt patriam, & certos penates, id est, domum. & illæ memores hyemis uenturæ experiuntur, id est, exercent laborem æstate,*

Experiuntur, & in medium quæsita reponunt,
Nanq; aliæ uictu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa domorum
Ali. lectū Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus: aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inq; uicem speculantur aquas, & nubila cæli:
Aut onera accipiunt uenientum: aut agmine facto
Fuci. Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent.
Feruet opus: redolentq; thymo fragrantia mella.
Compara tio. Ac ueluti lentis Cyclopes fulmina massis
Cum properant, alij taurinis follibus auras
Accipiunt, redduntq;: alij stridentia tingunt

¶ *Ecphrasis.*

& reponunt, id est, seruant quæsita, id est, labore parta in medium. id est, in commune. Namque aliæ apes inuigilant, id est, incumbunt uictu, pro uictui, & exercentur agris pacto fœdere, hoc est, partitis inter se officijs, & pars illarum apum ponunt inter septa, id est, claustra domorum lachrymam, id est, gummi narcissi floris, & gluten lentum de cortice arborum. appositiue. fundamina prima, id est, fundamenta fauis, unde apes incipiunt. Deinde apes suspendunt ceras tenaces, id est, glutinosas. Aliæ educunt, id est, educant fœtus adultos, id est, nouellas apes gentis illius. appositiue. spem gentis, unde refitiuntur. Aliæ stipant, id est, condensant mella purissima, & distendunt, id est, implent cellas nectare liquido, id est, melle. Sunt etiam quædam apes, quibus custodia cecidit sorti, id est, in sortem, & speculantur aquas, id est, pluuias inuicem, & speculantur nubila cæli, aut accipiunt onera, id est, fasces florum apum uenientium, aut arcent á præsepibus, id est, alucis fucos. appositiue. pecus ignauum, id est, iners atque inutile, & sic opus mellificationis feruet, & mella fragrantia, id est, bene olentia redolent thymo, & ponit comparationem dicens. Ac, id est, ueluti cum Cyclopes Vulcani operarij properant fulmina, id est, radios massis lentis, scilicet, ferri. Alij ex Cyclopibus accipiunt, & reddunt auras, id est, flatus follibus taurinis. i. excorio taurorū factis. Alij tingunt. i. tēperant

Aera lacu. gemit impositis incudibus Aetna. *All. antrũ*
Illi inter sese magna ui brachia tollunt *His uersi=*
In numerum, uersantq; tenaci forcipe ferrum: *culis utit̃*
Non aliter (si parua licet componere magnis) *& in.vij.*
Cecropias innatus apes amor urget habendi, *Aeneidos.*
Munere quanq; suo. grandæuis oppida curæ,
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta:
At fessæ multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenæ: pascuntur & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiamq;, crocum rubentem,
Et pinguem tiliam & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus una quies operum: labor omnibus unus.
Mane ruunt portis, nusquam mora: rursus easdem
Vesper ubi e pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant,
Fit sonitus: mussantq; oras, & limina circum.

¶*Ecphrasis.*

lacu aquæ æra stridentia, id est, quæ cum tinguntur strident, & ita Aetna mons Siciliæ gemit incudibus positis. Illi Cyclopes tollunt cum malleis brachia inter sese in numerum, id est, in ordinem, idq; faciunt magna ui, id est, magnis uiribus, & uersant ferrum forcipe tenaci, id est, qua ferrum tenetur. Non aliter amor innatus habendi urget, id est, impellit & instigat apes cecropias, id est, hymettias, quãq;, inquã, urget suo munere. i. officio: qa cõparatio est inter diuersa dicit, si licet componere. i. cõparare parua magnis. At grandæuis apibus est curæ munire. i. stabilire oppida, id est, alueos, & fingere tecta Dædala, id est, ingeniosa. Sed apes minores fessæ referunt se domũ multa nocte. s. præterita & exacta, plenæ crura. i. habentes crura plena thymo. Præterea pascũtur passim arbuta, id est, flores arbuteos, & salices glaucas. i. uirides, & casiam fruticem odoratum, & crocos flores rubentes, & pascuntur tiliam arborem pinguem, & hyacintos flores ferrugineos. i. purpureos. Vna qes. i. cessatio á laborib9 est illis omnib9. et labor un9 quoq;, idest, cõmunis est omnib9. Mane ruũt. i. erũpũt ex portis, et nusquã est illis mora. i. morãtur, & rursus ubi uesper. i. Solis occasus admonuit easdẽ decedere ex cãpis et ex pastu: tũc petunt tecta. i. domos, & tunc curant. i. recreant corpora, fit sonitus inter illas, & mussant, id est, murmurant circum oras, & circum limina alueorum,

Post,ubi iam thalamis se composuere,siletur
In noctem,fessosq; sopor suus occupat artus.
Nec uero a stabulis pluuia impendente recedunt
Longius,aut credunt cœlo aduentantibus Euris:
Sed circum tutæ sub mœnibus urbis aquantur,
Excursusq; breues tentant:& sæpe lapillos,

Comparatio.

Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram,
Tollunt:his sese per inania nubila librant.

De ortu apum.

Illum adeo placuisse apibus mirabere morem:
Quod neq; concubitu indulgent,nec corpora segnes
In Venerem soluunt:aut fœtus nixibus edunt.

Alias.è folijs

Verum ipsæ folijs natos,& suauibus herbis
Ore legunt:ipsę regem paruosq; Quirites

All. refingunt.

Sufficiunt, aulasq;, & cerea regna refigunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere,ultroq; animam sub fasce dedere:

¶ *Ecphrasis.*

Sed ubi,id est,postquám cõposuere se in thalamis,id est, in cubiculis dormitorijs, siletur,id est,omnes silent in noctem,& sopor suus,id est,proprius occupat artus, id est,soluuntur membra quiete.Nec uero recedunt á stabulis pluuia impendente, id est,cum propinquam esse sentiunt,aut credunt,id est,committunt se cœlo longius ab alueo Euris aduentantibus, id est, appropinquantibus,sed ipsæ apes tutæ aquantur,id est,eunt ut aquam ferant circum sub mœnibus,id est,alueis suis,et tentant tunc breues excursus,& sæpe tollunt lapillos,& librant se,id est,suspendunt se per nubila inania his,id est,horum lapillorum pondere,ut.i.sicut,nam comparatio est,cymbæ.i.naues instabiles tollunt saburram,id est,el lastre fluctu iactante,id est,cum iactantur fluctibus. Tu ó lector etiam mirabere illum morem placuisse apibus adeo,id est ualde,quod nec indulgent, id est, dant operam concubitu pro concubitui, nec illæ segnes, id est, pigræ soluuntur in Venerem, id est, coeunt,aut edunt, id est, pariunt fœtus suos nixibus, id est, partu. Verum, id est, sed ipsæmet legunt, id est, colligunt natos ex folijs, id est, floribus.& ex herbis suauibus, & ipsæ sufficiunt, id est, substituunt Regem & Quirites, id est, ciues paruos, hoc est, filios,& refigunt, id est, fundant aulas, & regna cerea, id est, domos ex cera, sæpe etiam apes attriuere alas in cotibus duris, id est, lapidibus, errando, id est, dum errant, & dedere animam ultro sub fasce, id est, sub onere,

Tantus amor florum, & generandi gloria mellis;
Ergo ipsas quamuis angustus terminus æui
Excipiat (neq; enim plus septima ducitur æstas)
At genus immortale manet: multosq; per annos
Stat fortuna domus: & aui numerantur auorum.
Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant, rege incolumi, mens omnibus una est;
Amisso, rupere fidem, constructaq; mella
Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circunstant fremitu denso, stipantq; frequentes;
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramq; petunt per uulnera mortem.
His quidam signis, atq; hæc exempla secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus

Alias. augusti
Alludit ad frequētem mutationē imperiorū

¶ Ecphrasis.

tantus amor florum est illis, & tanta gloria mellis generandi. Quamuis ergo terminus æui angusti excipiat ipsas apes, at, id est sed, genus, id est, species manet immortale, & per parenthesim interposuit, neque enim plus septima æstas .i. annus ducitur illis, id est, non uiuunt ultra septem annos, & fortuna domus stat per multos annos, id est, durat, & in ea familia aui auorum numerantur, id est, per successionem prolis fiunt immortales. Præterea Aegyptus, & Lydia regio ingens, & Hydaspes Medus, id est, fluuius Medorum, id est, ipsi Medi, & populi Parthorum non sic obseruant, id est, uenerantur Regem, ut apes. Rege incolumi eadē mens est omnibus, id est, durant in societate, & rege amisso, id est, mortuo rupere fidem, & dirupuere mella constructa, id est, facta, & soluere crates, id est, contexturam fauorum. Ille Rex apum est custos operum, & admirantur apes illum, & omnes apes circunstant illum fremitu denso, id est, celebri, & illæ frequentes stipant, id est, circundant illum, & obiectant, id est, opponunt corpora sua bello, id est, in defensione sui regis, & petunt, id est, appetunt pulchram, id est, honestam mortem per uulnera, quæ accipiunt. Itaque quidam his signis, & secuti hæc exempla, id est, experimenta de apibus sumpta dixere partem mentis diuinæ, & haustus, id est, portiones

Vnde res nascantur, et occidãt. Aetherios dixere: Deum nanque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, uiros, genus omne ferarum,
Quenque sibi tenueis nascentem arcessere uitas.
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum, sed uiua uolare
Ali. se condere Syderis in numerum, atque alto succedere cælo.
Ali. augustam Si quando sedem angustam, seruataque mella
De eximẽdo melle. Thesauris relines, prius haustus sparsus aquarum
Ore foue, fumosque manu prætende sequaces.
Al. haustu Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis;
Ali. Ora. Taygete simul os terris ostendit honestum
De castrãdis alueari bus. Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amnes;
Aut eadem sydus fugiens ubi Piscis aquosi
Tristior hybernas cælo descendit in undas.
Illis ira modum supra est, læsæque uenenum
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt

¶ *Ecphrasis.*

æthereos, id est, cælestes esse apibus, quod ex eo sunt opinati, quod putabant Deum ire per omnes terras, & per omnes tractus maris, & per cælum profundum, id est, altum. Hinc, id est, ex Deo pecudes minora animalia, & armẽta maiora, et uiros, & omne genus ferarum, & quemq; nascentem arcessere, id est, accipere sibi uitas, id est, animas tenues. Et scilicet, id est, certe reddi, id est, restitui deinde huc, id est, ad Deum, & omnia illa resoluta referri huc, id est, ad Deum, nec esse locum morti, quia nihil inde perit, sed illa uiua uolare in numerum syderis, & succedere alto cælo. Siquando tu relines, id est, recludes sedem angustam, id est, alueum apum, & mella seruata in thesauris, tu sparsus, id est, spargens prius haustus aquarum ore tuo foue, id est, recrea illas, & prætende manu, id est, prætefer fumos sequaces, id est, qui illas sequuntur. Apes bis cogunt, id est, congregant fœtus grauidos, id est, mella, & duo quoque esse debent tempora messis, id est, mellationis, scilicet, ubi Taygete, quæ una est ex Pleiadibus, ostendit terris os honestum. i. pulchrum, & cũ reppulit pede amnes. i. aquas Oceani spretos. i. cũ oritur Heliace, aut cũ eadẽ. s. Taygete fugiẽs syd⁹ piscis aquosi descẽdit ex cælo tristior in undas hibernas. i. occidit. Ira est illis. s. apib⁹ supra modũ, et illæ læsæ ĩspirãt uenenũ morsib⁹, et reliquũt spicula,

Affixa in uenis, animaſq; in uulnere ponunt.
Sin duram metuis hyemem, parceſq; futuro, Alias. Si.
Contuſoſq; animos, & res miſerabere fractas,
At ſuffire thymo, ceraſq; recidere inanes
Quis dubitet? nam ſæpe fauos ignotus adedit
Stellio, & lucifugis congeſta cubilia blattis, Stellio &, Cretic⁹ eſt loco dacty li.
Immuniſq; ſedens aliena ad pabula fucus,
Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis,
Aut durum tineæ genus, aut inuiſa Mineruæ
In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes. Ali. dirum
Quo magis exhauſtæ fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas,
Complebunt foros, & floribus horrea texent.
Si uero (quoniam caſus apibus quoq; noſtros All. Sin.
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo
(Quod iam non dubijs poteris cognoſcere ſignis:)

¶ Ecphraſis.

id eſt, aculeos affixa in uenis, & ponunt animas. i. uitas in uulnere. Sin. i. ſed ſi tu metues hyemem durã, & parces futuro. i. abſtinebis á mellatione timore difficultatis futuræ hyemis, & miſerabere animos illarum contuſos. i. debilitatos, & res illarum fractas. i. diminutas, quis dubitet? aut ſuffire illas thymo. i. ſuffimento refocillare, aut recidere ceras inanes & araneoſas. Nam ſtellio, beſtiola eſt, ignotus i. qui plærũq; latet ſæpe adedit. i. conſumit fauos, & cubilia congeſta. i. plena blattis, id eſt, tineis lucifugis, id eſt, quæ in tenebris gaudent, & lucem fugiunt, & fucus immunis, id eſt, ignauus, & qui nihil operatur ſedens ad pabula aliena, id eſt, á ſe non laborata, aut crabro aſper ſimilis eſt ueſpæ miſcuit ſe illis, ſcilicet apibus armis imparibus, aut genus dirum tineæ, aut aranea ſuſpendit in foribus caſſes laxos, id eſt, retia rara, quo, id eſt, in quantum apes magis fuerint exhauſtæ, id eſt, exinanitæ melle, hoc acrius, id eſt, in tantum diligentius incumbent, id eſt, ſtudebunt ſarcire, id eſt, reficere ruinas generis, id eſt, gentis ſuæ. & complebunt foros, id eſt, ſpacia aluei, & texent omnia floribus, id eſt, ex illa florum materia reſtituent omnia. Si uero apes languebunt morbo triſti, & per parentheſim interpoſuit, quoniam uita tulit. i. dedit apibus noſtros caſus. i. morbos noſtris ſimiles, quod. i. quã rẽ. ſ, morbos apũ tu poteris cognoſcere certis ſignis. ſ. his quæ ſequuntur, & ſuſpendit ſententiam uſq; ad illum locum. Hinc iam galbaneos.

Continuo eſt ægris alius color:horrida uultum
Deformat macies:tum corpora luce carentum
Exportant tectis,& triſtia funera ducunt:
Alias.atq; Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent:
Aut intus clauſis cunctantur in ædibus omnes,
Ignauæq; fame,& contracto frigore pigræ.
Tum ſonus auditur grauior,tractimq; ſuſurrant,
Frigidus ut quondam ſyluis immurmurat Auſter,
Vt mare ſolicitum ſtridet refluentibus undis,
Aeſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis.
Hic iam galbaneos ſuadebo incendere odores,
Mellaq; arundineis inferre canalibus ultro
Hortantem,& feſſas ad pabula nota uocantem,
Proderit & tonſum gallæ admiſcere ſaporem,
Arenteſq; roſas,aut igni pinguia multo
Defruta,uel Pſythia paſſos de uite racemos,

¶ *Ecphraſis.*

Alius color, id eſt, diuerſus eſt illis continuo, id eſt, ſtatim ægris, id eſt, ægrotantibus, & macies horrida, id eſt, horrorem induens deformat uultum. Tunc etiam exportant tectis corpora apum carentum luce, id eſt, mortuarum, & ducunt funera triſtia, aut illæ apes connexæ pedibus in uuæ ſimilitudinem pendent ad limina aluearum, aut omnes cunctantur intus in ædibus clauſis, ignauæ frigore & fame, id eſt, non laborantes, & contracto frigore pigræ, id eſt, propter frigus quod contraxerunt. Tum etiam ſonus grauior auditur in alueis, & ſuſurrant apes tractim, id eſt, certo tempore, & ponit comparationes tres, ut Hauſter frigidus per hyemem immurmurat quondam in ſyluis, & ut mare ſolicitum, id eſt, perturbatum ſtridet undis fluentibus, & refluentibus, & ut ignis rapidus æſtuat, id eſt, reſonat fornacibus clauſis, id eſt, ipſe incluſus fornacibus. his uiſis ſignis ego ſuadebo, te iam incendere odores galbaneos.i. ex galbano, quod eſt genus gummi, & ſuadebo inferre ultro mella, ſcilicet. in alueum canalibus arundineis, id eſt, factis ex arundine, te dico hortantem apes, & uocantem illas feſſas ad pabula, id eſt, cibos notos, id eſt, conſuetos. Proderit etiam apibus miſcere saporem gallæ tunſum, id eſt, illius tunſæ, & roſas arentes, aut defruta. i. uina decocta pinguia.i.ſpiſſata multo igni, uel racemos paſſos de uite Pſythia, q̃ dulces habet uuas,

Cecropiumq; thymum,& graue olentia centaurea,
Eſt etiam flos in pratis,cui nomen amello
Fecere agricolæ,facilis quærentibus herba:
Nanq; uno ingentem tollit de ceſpite ſyluam:
Aureus ipſe,ſed in foliis,quæ plurima circum
Funduntur,uiolæ ſublucet purpura nigræ.
Sæpe Deum nexis ornatæ torquibus aræ.
Aſper in ore ſapor:tonſis in uallibus illum
Paſtores,& curua legunt prope flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho:
Pabulaq; in foribus plenis appone caniſtris: *Alias. expone,*
  Sed ſi quem proles ſubito defecerit omnis,
Nec,genus unde nouæ ſtirpis reuocetur,habebit:
Tempus & arcadii memoranda inuenta magiſtri
Pandere, quoq; modo cæſis iam ſæpe iuuencis
Inſyncerus apes tulerit cruor:altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam,
Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi

¶Ecphraſis.

& thymum cecropium, id eſt, himetium, & centaurea herbas notas olentia grauiter, flos eſt etiam in pratis,cui etiam agricolæ fecere nomem amello, id eſt, qui amellus dicitur, herba facilis quærentibus, & ponit ſigna, quibus cognoſci poßit. Nam tollit ingentem ſyluam de uno ceſpite, id eſt, caule. Ipſe flos aureus, ſed in foliis,quæ plurima funduntur circum ſtipitem,purpura uiolæ nigræ ſublucet, id eſt, habet ferrugineũ colorem, ex quo flore aræ Deum,id eſt,Deorum ornatæ ſunt torquibus, id eſt, ſertis nexis, ſapor eſt aſper illi. Paſtores legunt.Id eſt,colligunt ipſum in uallibus, & prope flumina curua Mellæ fluminis Galliæ.Incoque radices huius herbæ in Baccho, id eſt, uino odorato. i. odorifero. & appone pabula ex his radicibus in foribus aluei caniſtris plenis eo cibo. Sed ſi omnis ꝓles apũ ſubito defecerit quẽ.i.aliquẽ apiariũ,neq; habebit unde gen⁹ nouæ ſtirpis reuocetur.i.renouetur,tẽpus erit tũ pandere.i.manifeſtare inuenta memorãda magiſtri Arcadiæ.i. Ariſtæi,& quomodo cruor inſyncer⁹. i.impur⁹ tulerit.i.portauerit apes iuuẽcis cæſis,ego expediã alti⁹.i.declarabo àprincipio omnẽ famã repetẽs ab origine prima,et incipit.Nã ea parte,qua gens fortunata ꝓpter terræ fertilitatẽ Canopi urbis Aegypti,ꝙ nũc eſt Damiata,Pellei.i.Alexandrini,

Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis uehitur ſua rura phaſellis,
Quaq; pharetratæ uicinia Perſidis urget,
Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena,
Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora,
Vſq; coloratis amnis deuexus ab Indis,
Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem.
Exiguus primum, atq; ipſos contractus ad uſus
Eligitur locus: hunc anguſtiq; imbrice tecti,
Parietibuſq; premunt arctis: & quatuor addunt,
Quatuor e uentis obliqua luce feneſtras,
Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur: geminæ nares, & ſpiritus oris
Multa reluctanti obſtruitur: plagiſq; perempto
Tunſa per integram ſoluuntur uiſcera pellem.
Sic poſitum in clauſo linquunt: & ramea coſtis
Aluirētes Subijciunt fragmenta, thymum, caſiaſq; recentes.

¶Ecphraſis.

accolit, id eſt, habitat Nilum ſtagnantem flumine effuſo, id eſt, redundaute, & gens illa uehitur phaſellis pictis. i. nauiculis circum ſua rura. id eſt, agros, & ea partes qua uicinia Perſidis regionis pharetratæ, id eſt, quæ pharetris utitur urget bello Aegyptios, & amnis Nilus deuexus, id eſt, deſcendens uſq; ab Indis coloratis, id eſt nigris, et ruens. i. fluens diſcurrit in ſeptem ora diuerſa, id eſt, hoſtia, & fœcundat Aegyptum uiridem harena nigra, id eſt, limoſa & pingui, omnis regio illa iacit, id eſt, ponit certam ſalutem reparandi apes in hac arte, de qua ſum dicturus. Primum locus exiguus, & contractus, id eſt, breuis eligitur ad ipſos uſus, & premunt hunc lacum imbrice, id eſt, tecto tecti anguſti, & parietibus arctis, & addunt illis partetibus quatuor feneſtras á quatuor uentis cardinalibus luce obliqua, id eſt, oppoſita. Tum uitulus curuans frontem in cornua bina quæritur ad hoc, geminæ nares & ſpiritus oris obſtruitur, id eſt, clauditur huic iuuenco reluctanti multa, id eſt, multum, & illi perempto plagis uiſcera tunſa. i. uerberibus cæſa ſoluuntur per pellem integrā. i. pelle integra manente, & relinquunt illum iuuencum poſitum ſic in loco illo clauſo, & ſubijciunt coſtis illius fragmenta ramea, id eſt, ex ramis arbouum, & thymum, & caſias recentes,

Hoc geritur Zephyris primum impellentibus undas,
Ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante
Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Aestuat, & uisenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo, mox & stridentia pennis — Ali. pinis.
Miscentur, tenuemq; magis magis aëra carpunt: — Al. captāt
Donec, ut æstiuis effusus nubibus imber,
Erupere: aut ut neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt si quando prælia Parthi.
Quis Deus hanc Musæ, quis nobis extudit artem?
Vnde noua ingressus hominum experientia cœpit? — Alias. qui.
Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe,
Amissis (ut fama) apibus morboq;, fameq;,
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa querens, atq; hac affatus uoce parentem:

¶ *Ecphrasis.*

& hoc geritur, id est, administratur Zephyris uentis occidentalibus impellentibus undas, id est, flantibus, scilicet, mense Februario, antequám prata rubeant nouis coloribus. & antea quam hirundo garrula suspendat nidum, id est, nidificet in tignis tectorū. Interea humor tepefactus æstuat .i. feruet in ossibus teneris, & tunc animalia uisenda miris modis trunca pedum, id est, sine pedibus, & mox stridentia pennis miscentur, & carpunt magis ac magis aëra tenuem, id est, per tenuem aërem uolant. Donec erupere, id est, cum impetu quodam prodiere, ut, id est, tanquam imber effusus, id est, cadens ex nubibus æstiuis, id est, per tempus æstatis, uelut, id est, quemadmodum sagittæ erumpunt neruo, id est, arcu pulsante, si quando Parthi leues ineunt prælia, id est, in pugnam descendunt. O Musæ quis Deus extudit nobis, id est, inuenit, & inuentam reuelauit hanc artem, & unde, id est, á quo principio experentia hominum noua cœpit ingressus, id est, habuit primos accessus, & narrat quemadmodum res gesta est. Aristæus pastor fugiens tempe Peneia, id est, loca Thessaliæ dicta sic á Peneo flumine, apibus amissis morbo, & fame (ut est fama) ipse tristis extitit ad sacrum caput, id est, ad fontem amnis extremi, id est, Penei fluminis querens multa, id est, multum, & affatus est parentem, id est, matrem hac uoce, scilicet, sequenti.

Mater Cyrene: mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes: quid me præclara ſtirpe Deorum

Ali. á ſtirpe

(Si modo, quem perhibes, pater eſt Tymbræus Apollo)
Inuiſum fatis genuiſti: aut quo tibi noſtri
Pulſus amor? quid me cælum ſperare iubebas?
En etiam hunc ipſum uitæ mortalis honorem,
Quem mihi uix frigum, & pecudum cuſtodia ſolers

Ali. pecorum

Omnia tentanti extuderat, te matre relinquo.
Quin age & ipſa manu felices erue ſyluas:
Fer ſtabulis inimicum ignem, atq; interfice meſſes:
Vre ſata: & ualidam in uites molire bipennem:
Tanta meæ ſi te ceperunt tædia laudis.
At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit: eam circum Mileſia uellera Nymphæ

Ali. ſentit

Carpebant, hyali Satyro fucata colore,
Drymoq;, Xanthoq;, Ligeaq;, Phyllodoceq;,
Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla.

Color Satyr⁹ ab oppido Satyreo qd' eſt iuxta tarẽtum.

¶ *Ecphraſis.*

O mater Cyrene, quæ tenes ima. id eſt, profunda, huius gurgitis, quid genuiſti mẽ inuiſum fatis, & per parentheſim interpoſuit, ſi Apollo Tymbræus á loco Phrygiæ ſic dictus eſt mihi pater, aut amor noſtri quo eſt pulſus tibi? id eſt, á te, quid iubebas me ſperare cælũ? id eſt, immortalitatẽ, en etiam te matre exiſtente mea ego relinquo hunc ipſum honorem uitæ mortalis, id eſt, agriculturam & paſtoralem, quem honorem frugum & pecudum cuſtodia ſolers, id eſt, diligentia extuderat, id eſt, monſtrarat mihi tentanti omnia. Quin age & tu ipſa erue, id eſt, euelle manu tua ſyluas fœlices, id eſt, fertiles, & fer ignem inimicum ſtabulis, ſcilicet, pecorum, & interfice meſſes denegatis imbribus, cum ſunt uirides, aut igni, cum ſiccæ. Vre ſata, & molire, id eſt, para bipennem, id eſt, ſecurim ualidam in uites, ſi tanta tædia meæ laudis, id eſt, earum rerum, ex quibus mea laus pendet, cœperunt te. At Cyrene mater ſenſit ſonitũ uocis, ſcilicet, Ariſtæi ſub thalamo alti gurgitis, id eſt, fluminis. Nymphæ circum eam carpebant, id eſt, nebant uellera Mileſia á Mileto urbe Ioniæ, ubi lanæ purpura inficiebantur, fucata, id eſt, infecta colore ſatyro hyali, id eſt, uitri, ac ſi dicat uiridi, qualis eſt color Nympharum, & ponit illarũ Nympharũ nomina, hoc eſt, Drymo. us. Xantho. us. et Ligea. eæ. et Phyllodoce. es. effuſæ Cæſariem, id eſt, habentes nitidam cæſariem effuſam per colla candida.

Nesæe, Spioq́, Thaliaq́, Cymodoceq́,
Cydippeq́, & flaua Lycorias, altera uirgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores:
Clioq́, & Beroe soror, Oceanitides ambæ.
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atq; Ephyre, atq; Opis, atq; Asia Deiopeia,
Et tandem positis uelox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta:
Atq; chao densos Diuum numerabat amores.
Carmine quo captæ, dum fusis mollia pensa
Deuoluunt, iterum maternas impulit aures
Luctus Aristæi, uitreisq; sedilibus omnes
Obstupuere: sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flauum caput extulit unda,
Et procul: O gemitu non frustra exterrita tanto,
Cyrene soror; ipse tibi tua maxima cura

atque. Alias. & ut In Ephyre extrema nõ collidatur. Ali. curas Ali. inanes Alias. Volcani Atq;. Alias. E que

¶ Ecphrasis.

Prætereà Nesæe.es. & Spio.us. & Thalia.æ. & Cymodoce.es. & Cydippe.es. & Licorias flaua, id est, flauas habens comas, altera, scilicet, Cydippe erat uirgo, et altera erat experta tunc primos labores Lucinæ, id est, primos partus, quia Lucina parturientibus præest, etiam erat illic Clio.us. & Beroe.es. soror illius ambæ Oceanitides, id est, Oceani Dei marini filiæ, ambæ incinctæ auro & pellibus, id est, habentes pelles incinctas fibula aurea, Ephyre.ephyres. & Opis. opis. & Deiopeia Asia, id est, ex Asia, & Arethusa uelox tanquam uenatrix sagittis tandem positis. Inter quas Clymene una ex Nympharum illarum numero narrabat quasi fabulam curam, id est, amorem inanem Vulcani, quia cum Venerem amaret, ab illa non redamabatur, & dulcia furta, scilicet Martis, atque numerabat, id est, narrabat amores densos, id est, frequentes Diuorum a chao, id est, mundi initio, quo carmine Nymphæ captæ dum deuoluunt, id est, torquent fusis pensa mollia, id est, subtilia, luctus Aristæi iterum impulit aures maternas, id est, Cyrenes, & omnes sorores obstupuere in sedibus uitreis, id est, liquidis, sed Arethusa ante alias sorores prospiciens quidnam illud esset extulit, id est, leuauit caput flauum ex summa unda, & dixit: O soror Cyrene non frustra, id est, sine causa exterrita tanto gemitu.

Tristis Aristæus Penei genitoris ad undam
Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit.
Huic perculsa noua mentem formidine mater;
Duc age, duc ad nos: fas illi limina Diuum
Tangere, ait: simul alta iubet discedere late
Flumina, qua iuuenis gressus inferret: at illum
Curuata in montis faciem circunstetit unda,
Accepitque sinu uasto, misitque sub amnem.
Iamque domum mirans genitricis, humida regna,
Speluncisque lacus clausos, lucosque sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat diuersa locis, Phasimque, Lycumque,
Et caput, unde altus primum se rupit Enipeus,
Vnde pater Tyberinus, & unde Aniena fluenta;
Saxosumque sonans Hipanis, Mysusque Caicus,

Altus. erũpit sine ulla collisione.

¶ *Ecphrasis.*

Ipse Aristæus tristis. appositiue. tua maxima cura stat ad undam Penei genitoris nostri, & lachrymans dicit te crudelem nomine. Hic, id est, tunc mater perculsa mentem noua formidine, quidnam illud esset ignorans, age, id est, eia duc illum ad nos, quia fas est illi tangere limina, id est, domos Diuorum, & simul hæc dicens iubet alta flumina discedere, id est, uiam aperire, ea parte, qua iuuenis inferret gressus, id est, ad matrem ingrederetur. At unda curuata in faciem, id est, similitudinem montis circumstetit illum, scilicet, Aristæum, & accepit illum in sinu uasto, & misit illum sub amnem, & iam Aristæus ibat mirans domum genitricis, & pro, id est, regna humida, & lacus clausos speluncis, & lucos sonantes fluctuum, scilicet, incursu, & ille stupefactus motu ingenti aquarum spectabat flumina labentia in terra diuersa locis, id est, diuersis mundi partibus, & subdit flumina, quæ uidebat, scilicet, Phasim fluuium Colchorum, & Lycum fluuium Asiæ. & Enipeus fluuius Thessaliæ altus unde primum erumpit, id est, emittit caput, & unde Tyberinus pater propter Romam, quam abluit, uenerabilis erumpit, & fluenta Aniena, id est, Anienis fluminis ꝓpe Romã unde erũpunt, & Hipanis fluuiꝰ Põti sonãs saxosum, q̃a inter saxa fluit, unde erũpit, & Caicꝰ Mysus, id est, Mysiæ fluuiꝰ unde erũpit.

Et gemina

Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.
Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonsisq; ferunt mantilia villis.
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
Pocula, Panchæis adolescunt ignibus aræ.
Et mater, Cape Mæonij carchesia Bacchi,
Oceano libemus, ait: simul ipsa precatur
Oceanumq; patrem rerum, Nymphasq; sorores,
Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam:
Ter flamma ad summum tecti subuecta reluxit,
Omine quo firmans animum sic incipit ipsa:
Est in Carpathio Neptuni gurgite vates

¶ *Ecphrasis.*

& unde erūpat Eridanus Galliæ Cisalpinæ fluui⁹ aurat⁹ cornua.i.habēs geminā cornua aurata vultu taurino: qa flumina cornuta á poëtis finguntur. quo Eridano alius amnis uiolentior non influit in mare purpurem.i.nigrum, hoc est Adriaticum per culta pinguia, id est, per agros fertiles. postquam peruentum est in tecta thalami, ubi erat Cyrene, pendentia pumice, id est, lapide pumicoso, & Cyrene cognouit fletus nati inanes: Germanæ aut Cyrenes, aut Aristæi dāt manibus fontes liquidos, id est, aquas, & ferunt mantilia uillis tonsis, id est, minutis. pars illarum onerant mensas epulis: & reponunt pocula plena, id est, pateras. & aræ adolescunt ignibus, id est, odoribus Panchæis, id est, Arabicis, hoc est thure. & mater illius Cyrene ait, Cape ó fili carchesia Bacchi Mæonij, id est, uini ex Lydia, & libemus Oceano, id est, Deo maris. Ipsa simul cum filio precatur Oceanum patrem rerū, ex quo omnia sunt procreata. & centū Nymphas sorores, quæ seruant syluas, & centū, quæ seruant flumina. deinde perfudit ter Vestā ardentem.i.ignem nectare.i.uino liquido. & flāma subuecta.i.sursum uecta ad summū tecti reluxit ter: quo omine.i.auspicio ipsa firmās animū incipit sic. Proteus uates Cæruleus.i. marinus est in gurgite Carpathio.i. Aegyptio mari Neptuni Dei

Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuisit
Pallenem, hunc & Nymphæ veneramur, & ipse
Grandæuus Nereus: nouit namq; omnia vates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno visum est: immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi nate prius vinclis capiendus, vt omnem
Expediat morbi causam, euentusq; secundet.
Nam sine vi non vlla dabit præcepta, neq; illum
Orando flectes: vim duram: & vincula capto
Tende: doli circum hæc demum frangentur inanes.
Ipsa ego te, medios cum Sol accenderit æstus,
Cum sitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est,
In secreta senis ducam, quo fessus ab vndis

¶Ecphrasis.

maris: qui Proteus metitur, id est, pertransit magnum æquor piscibus: & curru iuncto equorum bipedum, id est, marinorum qui duos habent pedes. Hic Proteus reuisit nunc portus Emathiæ, id est, Thessaliæ, & Pallenem patriam urbem. Illic Nymphæ ueneramur hunc: & ipse Nereus grandæuus .i. maris deus antiquissimus: & hoc, quia ille Vates nouit omnia, quæ sunt præsentia, quæ fuerint præterita, et quæ uentura mox, id est, deinde trahantur, id est, futura sint. quippe. i. quoniã ita uisum est Neptuno, qui dedit illi diuinandi potestatem: cuius Neptuni armenta immania, id est, grandia cete: & phocas turpes. i. uitulos marinos magnos Ipse Proteus pascit sub gurgite. i. illorum est pastor. Sed ó nate hic Proteus prius est capiendus uinculis tibi. i. á te: ut expediat tibi. i. exponat omnẽ causam morbi: & secũdet. i. prosperos faciat euẽtus: qui secuturi sunt. nam ille nõ dabit ulla præcepta sine ui. i. nisi illi uim intuleris, nullum uolet dare responsum: nec flectes. i. mouebis illum orando. i. precibus: ideo tende illi uim & uincula dura. i. ferreas catenas: & sic doli illius inanes frangentur demum. i. uincentur circum hæc uincula. Et ego ipsa ducã te in secreta senis. i. Protei: quo solet recipere se: cũ sol ascenderit æstus medios. i cũ meridies fuerit: & cũ herbæ sitiunt propter Solis feruorẽ: & umbra est gratior pecori quam pastus. secreta dico, quo, id est, in quæ ipse Proteus fessus

Se recipit:facile vt somno aggrediare iacentem.
Verum vbi correptum manibus, vinclisq; tenebis,
Tum variæ eludent species, atq; ora ferarum. al.illudent
Fiet enim subito sus horridus, atraq; tigris,
Squammosusq; draco, & fulua ceruice leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit, atq; ita vinclis
Excidet: aut in aquas tenueis dilapsus abibit.
Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
Tanto nate magis contende tenacia vincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris, incœpto tegeret cum lumina somno.
Hæc ait: & liquidum ambrosiæ diffudit odorem, ali.depromit. al.pfudit
Quo totum nati corpus perduxit, at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura:
Atq; habilis membris venit vigor. Est specus ingens
Exesi latere in montis, quo plurima vento
Cogitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos:

¶Ecphrasis.

recipit se.i.recipere solitus est se, & hoc tempus est magis opportunum, ut facile aggrediare illum iacentem, id est, dormientem. Verũ.i.sed vbi tenebis illum correptum.i.raptum primum manibus deinde uinculis, tunc variæ species, id est, formæ & uaria ora ferarum eludẽt te. Nã subito fiet sus. i. porcus horridus. i. hispidus: atq; fiet tigris atra. i. nigra ad maiorem terrorem. quia alias tigres nigræ nõ sunt: & fiet etiam draco squãmosus: & leæna fulua ceruice. i. ceruicis fuluæ ablatiuus pro genitiuo. aut dabit sonitum acrem flammæ. i. ignis: atq; ita excidet uinclis, quibus erit ligatus, aut abibit dilapsus in aquas tenues. Sed quanto magis ille uertet se in omnes formas, ó nate tanto magis contende. i. preme uincla tenacia: donec erit talis mutato corpore illius in uarias figuras: qualem uideris, id est, uidisti, cum tegeret lumina, id est, dormire inciperet somno incœpto. Hæc ait Cyrene: & diffudit in natum odorem liquidum ambrosiæ: quo perduxit, id est, unxit totum corpus nati. At aura dulcis spirauit illi Aristæo compositis crinibus. & uigor habilis venit membris, id est, in membra. Specus ingens est in latere montis exesi. i. concaui: quo, id est, in quem specum plurima unda cogitur, id est, compellitur á mari, & scindit se in sinus reductos, id est, refluentes,

Deprensis olim statio tutissima nautis,
Intus se vasti Proteus tegit obijce saxi:
Hic iuuenem in latebris auersum a lumine Nympha
Collocat:ipsa procul nebulis obscura recessit.
Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat cælo,& medium Sol igneus orbem
Hauserat:arebant herbę,& caua flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant,
Cum Proteus consueta petens e fluctibus antra
Ibat:cum vasti circum gens humida ponti
Exultans,rorem late dispergit amarum.
al. diuersę Sternunt se somno diuerso in littore phocæ:
Ipse (velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper vbi e pastu vitulos ad tecta reducit,
al. auditisq; Auditiq; lupos acuunt balatibus agni)
al. considit Consedit scopulo medio, numerumq; recenset.
Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,

¶ *Ecphrasis.*

specus dico statio tutissima, id est, portus nautis deprensis tempestatibus olim. i. aliquando, Proteus tegit se intus in specu illo obyce. i. claustro saxi oppositi. Nympha collocat hic, pro illic iuuenem auersum á lumine in latebris, ne posset uideri. Ipsa uero Cyrene obscura nebulis recessit procul. iã Sirius stella. i. Canicula rapidus. i. uiolens, torrens Indos sitientes propter nimiũ calorẽ ardebat cælo, & Sol igneus hauserat mediũ orbem. i. erat iã meridies. herbæ arebant. & radij solis coquebant flumina caua. i. profunda tepefacta usq; ad limũ faucibus siccis, cũ. i. quo tẽpore Proteus petẽs antra consueta. i. in quæ solitus erat se recipere, ibat ex fluctibus. i. ex mari. cui Proteo gẽs humida. i. pisces uasti põti exultãs dispergit late rorem amarũ. i. salsum. phocæ. i. uituli marini sternũt se sõno. i. dormiũt in littore diuerso. Ipse Proteus cõsedit in medio scopulo, et recenset numerũ. i. numerat pisces: uelut custos stabuli. i. pastor armenti olim. i. aliquando, ubi. i. postquam uesper reduxit uitulos è pastu ad tecta audit lupos, quos agni acuunt. id est, ad famem incitant balatibus. cuius Protei quoniam facultas est oblata Aristæo extorquendi. s. quod optabat: uix passus senem Proteum cõponere ad somnum membra defessa,

Cum clamore ruit magno, manicisq; iacentem
Occupat: ille suæ contra non immemor artis,
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignem, horribilemq; ferã, fluuiumq; liquentem.
Verum ubi nulla fugam reperit fallacia, uictus
In sese redit, atq; hominis tandem ore locutus:
Nam quis te iuuenem confidentissime nostras
Iussit adire domos? quid ue hinc petis? inquit. at ille,
Scis Proteu, scis ipse: neq; est te fallere cuiquam:
Sed tu desine uelle. Deum præcepta secuti
Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantum effatus: ad hæc uates ui deniq; multa
Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
Et grauiter frendens, sic fatis ora resoluit:
Non te nullius exercent numinis iræ,
Magna lues commissa: tibi has miserabilis Orpheus
Haud quaquam ob meritum pœnas (ni fata resistant)

al'. loquutu' est.

¶ *Ecphrasis.*

ruit in illum, cũ magno clamore, & occupat illũ sic iacentem manicis. sed ille Proteus cõtra nitẽs, et nõ immemor artis suæ, qua poterat se in uarias effigies cõuertere, trãsformat se in omnia miracula rerũ. i. res miraculosas . s. in ignẽ, & feram horribilẽ, & fluuium liquentẽ. i. liquidũ. Verũ. i. sed vbi nulla fallacia reperit fugam: ille uictus redit in sese. i. in propriam figurã. & tandem locutus est ore hominis. i. sermone humano. O cõfidentissime iuuenũ, quis nam iussit te adire nostras domos, uel quid petis hinc. i. á me. At ille Aristæus inquit, O Proteu scis ipse: neq; enim est. i. cõtingit cuiq̃ fallere te, sed tu desine uelle, quia nos uenimus secuti præcepta Deorum qusitum hinc, id est, á te oracula, id est responsa rebus fessis, id est, deperditis. & Aristæus tãtũ superiora effatus est. et tũc uates. i. Proteus vi multa intorsit oculos ardẽtes ad hæc. i. ad Aristæi uerba lumine glauco. i. uiridi, & frendens grauiter resoluit ora fatis futuris sic. i. in modũ sequentẽ. Nõnullæ immo aliquæ iræ numinis, id est, alicuius Dei læsi exercent te, id est, fatigant. Magna lues, id est, peccatum, quod est luendum, est commissa tibi, id est, á te. & Orpheus miserabilis propter coniugem amissam suscitat, id est, mouet has pœnas, sed haud quaquam, id est, non ob meritum, id est, non secundum peccati mensuram.

Suscitat: & rapta grauiter pro coniuge sæuit.
Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non uidit in herba.
At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes: flerunt Rodopeiæ arces,
Altaq; Pangæa, & Rhœsi Mauortia tellus,
Atq; Getæ, atq; Hebrus, atq; Actias Orithyia,
Ipse caua solans ægrum testudine amorem,
Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
Te ueniente die, te decendente canebat.
Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manesq; adijt, regemq; tremendum,
Nesciaq; humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis

al'. & ut in Getæ nulla collisio fiat
al'. disceden te.
al'. Ad can tum.

¶ *Ecphrasis.*

& Orpheus sæuit grauiter pro coniuge sua Eurydice rapta: & hoc nisi fata re sistunt. Illa quidem. s. Eurydice dum præceps fugeret te per flumina, id est, per flu minis ripas, illa, inquam, puella moritura non uidit ante pedes hydrum serpentem immanem seruantem, id est, tenentē ripas in herba alta. At chorus æqualis Drya dum, id est, sororum, & æqualium multitudo implerunt clamore supremos mon tes, & arces Rhodopeiæ à Rhodope monte Thraciæ, & Pangæa alta montes quoq; sunt Thraciæ, & tellus Mauortia Rhœsi, id est, Thracia, ubi Rhœsus re gnauit: atq; Getæ, gens & regio Thraciæ, atq; Hebrus fluuius ibidē, & Orithyia Actias Ericthei regis Ateniensium filia, quam Boreas Thrax rapuit, omnia in quam hæc fleuerunt illam. & ipse Orpheus solans. i. consolans amorem ægrum. i. tristem testudine caua. i. lyra. o Eurydice coniux dulcis ipse canebat te secum in solo littore die ueniente & discedente. i. oriente & occidēte. & præter superio ra quæ fecit, ingressus est fauces Tænarias à Tænario Laconiæ promōtorio, qua est ad inferos descensus: & ingressus est lucum caligantem. i. obscurum nigra for midine, & adijt manes, id est, inferos, & Plutonē Regē tremendū, q; ,p id est cor da nescia mansuescere. i. placari precibus humanis, quia nemini parcūt. At. i. sed umbræ. i. aīæ tenues. i. incorporeæ ibant cōmotæ de sedibus imis Erebi. i. inferorū.

Vmbræ ibant tenues, ſimulacraq; luce carentum.
Quam multa in ſyluis auium ſe millia condunt,
Veſper ubi, aut hybernus agit de montibus imber:
Matres, atq; uiri, defunctaq; corpora uita
Magnanimum heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum,
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaq; palus inamabilis unda
Alligat, & nouies Styx interfuſa coercet.
Quin ipſæ ſtupuere domus, atq; intima leti
Tartara, cæruleoſq; implexæ crinibus angues — al.innexæ
Eumenides: tenuit inhians tria Cerberus ora:
Atq; Ixionei uento rota conſtitit orbis. — al.cantu
Iamq; pedem referens caſus euaſerat omneis,
Redditaq; Eurydice ſuperas ueniebat ad auras
Pone ſequens (nanq; hanc dederat Proſerpina legem)
Cum ſubita in cautum dementia cepit amantem, — al.ſubito
Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes.

¶ Ecphraſis.

& ſimulachra.i.imagines carentũ luce, idẽ eſt quod umbræ ibãt. quã multa auium milia condũt ſe in folijs arborũ, ubi ueſper.i.hora ueſpertina, aut imber hybernus agit aues illas de mõtibus, ſubaudi tã multa erãt animarũ milia.ſ. matres & uiri, & corpora defuncta uita, & pueri Heroum magnanimum pro magnanimorũ, & puellæ innuptæ, & iuuenes impoſiti rogis.i.ignibus ante ora parentũ. quos limus niger, & arũdo deformis Cocyti fluminis inferni, & palus inamabilis, aut inabilis alligat circum.i.cingit unda tarda. & Styx interfuſa nouies coercet.i.cõtinet. quin et ipſæ domus, atq; intima tartara leti.i.mortis uel Erebi, & Eumenides implexæ angues cæruleos.i.nigros crinibus ſtupuerũt.i.attonitæ erant: & Cerberus inhians tenuit tria ora: & rota orbis Ixionei.i.in quo Ixion uoluitur, cõſtitit uento i.cũ uento. & iam Orpheus referẽs pedem.i.rediens ad ſuperos euaſerat omnes caſus, & Eurydice reddita.i. reſtituta illi ueniebat ad ſuperas auras ſequens Orpheum pone .i. retro: namq; Proſerpina inferorum regina dederat hanc legem, ut retro ſequeretur uirum: cum dementia ſubita cepit .i. decepit amantem incautum, dementia dico ignoſcenda quidẽ, ſi manes.i. inferorum umbræ ſcirent ignoſcere.

Restitit, Eurydicenq; suam iam luce sub ipsa
Immemor heu, victusq; animi, respexit: ibi omnis
Effusus labor, atq; immitis rupta tyranni
al'. Auerni Fœdera, terq; fragor stagnis auditus Auernis.
est. Illa, Quis & me, inquit, miseram, & te perdidit Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
al'. nutãtia. Fata vocant: conditq; natantia lumina somnus,
Iamq; vale: feror ingenti circundata nocte,
Inualidasq; tibi tendens, heu non tua, palmas.
Dixit: & ex oculis subito, ceu fumus in auras
Commistus tenues fugit diuersa: neq; illum
Prensantem nequicquam vmbras, & multa volentem
Dicere præterea vidit: nec portitor Orci
Amplius obiectam passus transire paludem,
Quid faceret? quo se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes, qua numina voce moueret?
Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba:

¶ *Ecphrasis.*

Restitit .i. stetit: & immemor legis datæ, & uictus animi propter amorẽ respexit suã Eurydicẽ iam sub ipsa luce .i. cũ parũ abesset, ut superos cõtingeret. omnis labor præteritus ibi .i. tũc effusus .i. perditus est, & fœdera .i. leges tyranni immitis rupta sunt, & fragor .i. strepitus auerni inferorum stagnis auditus est ter. & illa Eurydice, *inquit, ó* Orpheu: *quis perdidit & me miserã & te: quis tantus furor .i. amor fuit iste tuus: en fata crudelia iterũ uocãt me retro .i. ad inferos, & somnus .i. mors somno similis cõdit .i. claudit lumina natãtia .i. lãguida.* Iam *ó coniux uale, nam feror circũdata nube ingenti .i. tenebris, tendens tibi ego iam non tua palmas inualidas, uel quia muliebres, uel quia tunc nihil poterant.* Dixit Eurydi*ce uerba superius posita, & ipsa diuersa, id est, in diuersam partem abiens fugit subito ex oculis. ceu, id est, tanquam fumus cõmixtus, id est, euanescens fugit in auras tenues. neque præterea, id est, amplius uidit illum prensantem umbras frustra: & uolentem dicere illi multa: nec portitor* Orci, *id est,* Charon *qui portorium exigit, passus est illum transire paludem obiectam, id est, oppositam.* Q*uid faceret, id est, quid facere posset* Orpheus: *aut quo ferret se coniuge bis raptæ?* Illa *quidem iam frigida, id est, mortua nabat .i. nauigabat in cymba Stygia.*

Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub aëria, deserti ad Strymonis vndam
Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris, *ali. Flesse*
Mulcentem tigres, & agentem carmine quęrcus; *sibi*
Qualis populea mœrens philomela sub vmbra *antris ali.*
Amissos queritur fœtus: quos durus arator *astris*
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoq; sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis late loca quæstibus implet.
Nulla Venus, nulliq; animum flexere Hymenæi; *al. non ulli*
Solus Hyporboreas glacies, Tanaimq; niualem,
Aruaq; Riphæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat: raptam Eurydicen atq; irrita Ditis
Dona quęrens spretæ Ciconum quo munere matres *all. spreto*
Inter sacra Deum, nocturnaq; Orgia Bacchi *al. nocturni-*
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros. *niq;*

¶ *Ecphrasis.*

perhibent.i. poëtæ narrant illum Orpheum fleuisse totos septem menses ex ordine sub rupe aëria.i.alta ad undā Strymonis gelidi & deserti.hic fluuius est Thraciæ:ubi frequentabat Orpheus.& perhibent illum mulcentem tigres,& trahentem ad se quercus carmine.i.uocis suauitate euoluisse hæc,idest,repetisse canendo sub antris gelidis,qualis philomela mœrens sub umbra populea, id est, populi arboris queritur,i.d est,conqueritur fœtus,id est,pullos suos amissos:quos arator durus obseruans in nido detraxit illos implumes ex nido. At illa philomela flet noctem totam: & in ramo arboris sedens integrat,id est,renouat, & ab integro repetit carmen miserabile, & implet late loca questibus,id est,querelis mœstis, id est,tristibus.Nulla Venus,id est,libido,& nulli Hymenæi flexerūt animū illius in amorē.solus.i.nemine comitat⁹ lustrabat glacies Hyperboreas.i. septētrionales á montibus Hyperboreis,& Tanaim fluuium Scythicum niualem.i frigidum,& arua nūq̄ uiduata.i. spoliata pruinis Riphæis.i.septētrionalib⁹ á Riphæis quoq; mōtibus: quærens Eurydicen raptā et dona irrita.i.uana ditis.i.Plutonis quo munere.i.quo Orphei officio matres Ciconū, q̄ sūt Thraciæ populi,spretæ,qa nullā uoluit ducere uxorē.sparsere iuuenem discerptū.i.dilacerātū per agros latos: & hoc fecerūt inter sacra Deū pro Deorū,& inter nocturna Orgia.i.sacra Bacchi.

Tum quoq; marmorea caput a ceruice reuulsum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen vox ipsa, & frigida lingua,
Ah miseram Eurydicen, anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant fluminæ ripæ.
Hæc Proteus: & se iactu dedit æquor in altum:
Quaq; dedit spumantem vndam sub vertice torsit,
At non Cyrene: namq; vltro affata timentem:
Nate licet tristeis animo deponere curas,
Hæc omnis morbi causa, hinc miserabile nymphæ,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus. tu munere supplex
Tende petens pacem, & faciles venerare Napæas:
Namque dabunt veniam votis, irasq; remittent,
Sed modus orandi qui sit, prius ordine dicam,
al. eximio Quattuor eximios præstanti corpore tauros,
præstãtes. Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,
al. intactas Delige, & intacta totidem ceruice iuuencas,

¶ *Ecphrasis.*

Tum quoq; anima fugiente uocabat Eurydicen, & ripæ referebant, id est, resonabant Eurydicen toto flumine, cum Hebrus Oeagrius fluuius est Thraciæ uolueret caput reuulsum á ceruice mamorea, id est, pulchra, portans illud in medio gurgite. Hæc Proteus subaudi locutus est: & dedit se iactu in altum æquor: & ea parte qua dedit se, torsit undam spumantem sub uertice. At non Cyrene mater Arystæi dedit se iactu in æquor, nam affata est ultro Aristæum timentem. O nate licet tibi deponere animo curas tristes: quia hæc est omnis causa morbi, & hinc. i. ex hac causa Nymphæ miserunt apibus exitium miserabile. i. mortẽ. Nymphæ dico, cum quibus ille agitabat choros in altis lucis. i. syluis sacris. ideo tu supplex petens pacem. i. ueniam á Nymphis tẽde illis munera. i. sacrificia: & uenerare Napæas. i. Nymphas faciles. i. exorabiles. quia dabunt ueniam, & remittẽt iras uotis, id est, ad uota tua. sed ego dicam tibi prius, qui modus sit orandi. Delige, id est, de alijs elige tibi quattuor eximios tauros corpore præstanti. septimus est casus pro genitiuo: qui depascunt tibi nunc summa Lycæi uiridis montis Arcadiæ. & delige totidem iuuencas intacta ceruice, id est, ceruicis non passæ iugum,

Quattuor his aras alta ad delubra Dearum
Conſtitue, & ſacrum iugulis demitte cruorem,
Corporaque ipſa boum frondoſo deſere luco.
Poſt vbi nona ſuos Aurora oſtenderit ortus,
Inferias Orphei Lethæa papauera mittes,
Et nigram mactabis ouem, lucumq́ꝫ reuiſes:
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæſa.
Haud mora: continuo matris præcepta faceſſit,
Ad delubra venit, monſtratas excitat aras:
Quattuor eximios præſtanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Poſt vbi nona ſuos Aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumq́ꝫ reuiſit.
Hic vero ſubitum, ac dictu mirabile monſtrum
Aſpiciunt: liquefacta boum per viſcera, toto
Stridere apes vtero, & ruptis efferuere coſtis,
Immenſaſq́ꝫ trahi nubes: iamq́ꝫ arbore ſumma
Confluere, & lentis vuam demittere ramis.

¶ *Ecphraſis.*

& cōſtitue his .ſ. tauris & iuuēcis quattuor aras ad alta delubra Deārū .i. Nympharū, & dimitte ex iugulis cruorē ſacrū. & deſere corpora boū .i. taurorū, & iuuencorū in luco frōdoſo .i. arboribus pleno. poſt vbi .i. quādo nona aurora oſtēderit ſuos ortus: mittes Orphei .i. Orpheo Inferias .ſ. papauera Lethæa .i. ſomnos & obliuionē inducētia, qa Lethæs abluuio interp̄tatur: & mactabis ouē nigrā, & reuiſes .i. iterū uiſitabis lucū, et uenabere Eurydicē illiꝰ uxorē uitula cæſa .i. illi ſacrificata. Haud mora .ſ. fit, continuo .i. ſtatim faceßit p̄cepta matris, uenit ad delubra .i. tēpla, excitat .i. erigit aras mōſtratas .i. á matre dictas. Et ducit ad aras q̄ttuor eximios tauros corpore p̄ſtanti, & totidē iuuēcas intactæ ceruicis. poſt ubi nona aurora .i. dies nonus induxerat ſuos ortus .i. ortus eſt mittit inferias Orphei .i. Orpheo, & reuiſit lucū. Hic uero .i. tūc aſpiciunt Ariſtæus, atq́; illius comites monſtrū .i. miraculū ſubitū, et mirabile dictu: hoc eſt apes ſtridere toto utero per uiſcera boum liquefacta .i. corrupta: & efferuere ruptis coſtis, id eſt, per coſtarum interualla. & nubes examinū immenſas trahi per aërem: & iā cōfluere .i. cōſidere in ſumma arbore, & dimitte vuā ex ramis lentis .i. examē in vuæ modū pēdentis.

Hæc ſuper aruorum cultu, pecorumq́ꝫ canebam,
Et ſuper arboribus, Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello: victorq́ꝫ volenteis
Per populos dat iura, viamq́ꝫ affectat Olympo.
Illo Vergilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudijs florentem ignobilis oti,
Carmina qui luſi paſtorum, audaxq́ꝫ iuuenta
Tityre te patule cecini ſub tegmine fagi.

¶ *Ecphraſis.*

Ego dicit Vergilius operi finem imponens, canebam hæc ſuper cultu aruorum, & pecorum, & ſuper arboribus: dum magnus Cæſar Auguſtus fulminat bello .i. quaſi fulmina mittēs gerit bellum ad altum Euphraten fluuium Meſopotamiæ: & illæ uictor dat iura per populos uolētes: qa libenter illi parent: & affectat .i. ꝑparat uiā Olympo .i. in cælum. illo tēpore, quo hæc canebā, dulcis Parthenope .i. Neapolis ciuitas Italiæ alebat me Vergiliū florētē ſtudijs oti .i. ꝓ otij ignobilis .i. quod facit homines obſcuros, ſed hoc ad inuidiam fugiendā dicit: qui ego luſi carmina paſtorum, id eſt, bucolica: & idem audax iuuēta ó Tityre ego cecini te ſub tegmine fagi patulæ, quod fuit bucolicorum initium.

¶ Publij Vergilij Maronis Mantuani
Partheniæ Libri Quarti & vltimi Georgicon finis.

APVD INCLYTAM GRANATAM.
ANNO. M. D. XLV.



PVB. VERGILII MARONIS PARTHENIAE


Mantuani Aeneis diuinum opus ab Aelio Antonio Nebriſſenſi ex Grammatico, & Rhetore, Regis hiſtoriographo familiari cõmentario, & nunc recens excuſſo elucidata in lucem prodit.

Cum priuilegio.

Si daret huic formæ uitam ſic Iuppiter, ut tu



Grammaticæ Antoni, uiueret effigies.



APVD INCLYTAM GRANATAM
ANNO DOMINI M.D.XLV.

ARGVMENTA DVODECIM LIBRO= rum Aeneidos duodecim uersibus comprehensa.



RIMVS habet Libycam uentant ut Troes in urbem;
Edocet excidium Troiæ, cladem'q; Secundus.
Tertius á Troia uectos canit æquore Teucros.
Quartus item miseræ duo uulnera narrat Elisæ.
Anchisæ manibus Quinto celebrantur honores.
Aeneam memorat uisentem tartara Sextus.
In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat.
Dat simul Aeneæ socios Octauus, & arma.
Daunius expugnat Nono noua mœnia Troiæ.
Exponit Decimus Thuscorum in littore pugnas.
Vndecimo Rutuli superantur morte Camillæ.
Vltimus imponit bello Turni nece finem.

¶ADILON.

Aeneas primo Libyes appellitur oris.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN PRI= mum librum Aeneidos Argumentum.



IR magnus bello, nulli pietate secundus,
Aeneas odijs Iunonis pressus iniquę,
Italiam quærens Siculis errauit in undis,
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras,
Ignarusq; loci, fido comitatus Achate
Indicio matris regnum cognouit Elisæ.
Quinetiam nebula septus peruenit ad urbē,
Arreptosq; undis socios cum classe recepit,
Hospitioq; usus Didonis cuncta benignę,
Excidium Troiæ iussus narrare parabat,

Elisa, fue hija Belo, Rey de Fenicia —
entiende venus, q Aneas fue hijo [de] venus y anchises —
[illegible] venus se [illegible] viniendo es y q venia a todas las cosas —

¶Ecphrasis.

VIR magnus: Argumentum hoc plæriq; arbitrantur esse Ouidij, per multi tamen codices Modestini Iurisconsulti nomen in fronte appositum habent. Complectitur primi libri materiam sub hoc ordine. Aeneas uir magnus, id est, fortis bello, & non secundus ulli, id est, alicui pietate: & pressus, id est, fatigatus odijs Iunonis Deæ iniquæ, id est, non æquæ, quia uirum pium persequebatur, & quærens Italiam errauit in undis Siculis, id est, mari Siciliensi, tandem iactatus, id est, tempestate fatigatus peruenit, id est, appulit se ad oras, id est, regiones Libyæ, id est, Africæ: q; pro & ignarus, id est, inscius loci comitatus Achate uiro illo Troiano fido.i.fideli cognouit regnū Elisæ Reginæ, hoc est, Didonis (Dido enim apud illos, apud nos interpretatur uirago) inditio, id est, demonstratione matris, scilicet, Veneris. Quin etiam, id est, ultra hoc septus, id est, circundatus nebula, id est, caligine quadam nebulosa peruenit, id est, accessit ad urbem scilicet Carthaginem: q; pro & recepit, id est, recuperauit socios arreptos undis, id est, mari iactatos cum classe, id est, simul cum nauibus ipsis. Et usus hospitio Didonis benignæ, id est, misericordis cuncta, id est, per omnia, iussus, id est, rogatus á Didone parabat narrare excidium, id est, incendium & desolationem Troiæ.

PVBLII VERGILII MARONIS
Aeneidos ad Augustum Cæsarem Liber Primus.

Principium á Tucca & Varo sublatum.

ILle ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis uicina coëgi,
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis. At nunc horrentia Martis

¶Ecphrasis.

ILle ego. Hæc quatuor prima carmina á Criticis detracta sunt, quia non uidebantur repræsentare maiestatem Vergilianam in principio maxime operis. Dicit igitur. ego sum ille Vergilius, qui quondam modulatus carmen, id est, cantans auena gracili, id est, Bucolica stylo humili composita, & egressus syluis, id est, ex materia pastorali, coëgi, id est, composui uicina, id est, proxima, scilicet, agriculturam, ut arua parerent, id est, obedirent & ad uotum succederent colono, id est, agricolæ quamuis auido. appositiue. opus gratum agricolis.



RMA, uirumq; cano: Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit
Littora, multum ille & terris iactatus, & alto
Vi superum, sæuæ memorem Iunonis ob iram,
Multa quoq; & bello passus dum conderet urbem,
Inferretq; Deos Latio: genus unde Latinum,
Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.
Musa mihi causas memora, quo numine læso,
Quidue dolens regina Deum tot uoluere casus
Insignem pietate uirum, tot adire labores
Impulerit. tantæ ne animis cœlestibus iræ?
Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra, Tyberinaq; longe

Duplex est Aeneidos argumētū, Bella Aeneæ, & nauigatio. Per nauigationē ciuilis uitæ, & priuatæ exēplum exhibet. Bellis adumbrat Heroū uitam.

Mouet suspicionem impietatis Inuocatio.

Amplificatio á persona.

Exordiū, uel narratio, quæ á loci descriptiõe sūpta

AELII ANTONII NEBRISSENSIS IN VERGILII *Aeneidem Ecphrasis.*

AT *nunc in Aeneide ego cano arma horrentia, id est, terribilia Martis, id est, belli, & cano uirum, id est, Aeneam: qui profugus fato, id est, fatali prouidentia primus uenit ab oris, id est, á finibus Troiæ Italiam, id est, ad Italiam, & ad littora Lauina dicta sic ab oppido Lauinio. Ille, dico, Aeneas iactatus multum & terris, & alto, id est, mari: & hoc ui, id est, uiolentia superorum, & ob iram Iunonis memorem, id est, memorabilem, & passus multa dum pro donec conderet urbem, scilicet: Lauinium & dum inferret Deos penates Latio, id est, in Italiam, unde, id est, à quo Latio & genus est Latinum, id est, Latinorum, & unde sunt patres Albani, qui post Lauinium Albam tenuerunt, & unde sunt mœnia Romæ altæ, quæ Albæ successit. & posteaquam Poëta proposuit, inuocat dicens. O Musa Calliope memora mihi causas, quo numine læso, id est, quo Deo irato? uel quid, id est, cur Regina Deum pro Deorum dolens impulerit, id est, coëgerit uirum insignem pietate, id est, Aeneam uoluere tot casus .i. fortunā, & adire .i. ire ad tot labores: Tantæ ne iræ sunt animis cælestibus .i. dijs? Deinde prosequitur dicens. Carthago fuit urbs antiqua, quam Coloni Tyrij, id est, qui á Tyro urbe Phœniciæ uenerant, tenuere, id est, habitauere postam urbem contra Italiam, & contra ostia Tyberina, id est, Tyberis ostium.*

Ostia, diues opum, studijsq; asperrima belli:
Quam Iuno terris fertur magis omnibus unam
Post habita coluisse Samo: hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, iam tum tenditq;, fouetq;:
Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ uerteret arces.
Hinc populum late regem, belloq; superbum
Venturum excidio Libyæ: sic uoluere Parcas.
Id metuens, ueterisq; memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis:
Nec dum etiam causæ irarum, sæuiq; dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæq; iniuria formæ:
Et genus inuisum: & rapti Ganymedis honores.
His accensa super, iactatos æquore toto

ducitur p causas, propter quas Iuno remorata est Troianos.

Ali. euerteret.

Subiungit alias causas.

¶*Ecphrasis.*

Carthago dico, diues opum & asperrima .i. bellicosa studijs belli .i. belli studiosa, quã Carthaginem unam Iuno fertur coluisse magis omnibus terris Samo Insula contra Ephesum posita post habita .i. postposita Carthagini, quia hic fuerunt arma Iunonis, & currus fuit hic, & Dea .i. Iuno iam tunc .i. ab exordio tendit & fouet .i. molitur hoc, esse regnũ .i. esse regni caput si fata qua .i. aliquo modo sinant, sed Iuno audierat á fatis progeniem duci .i. ducendã esse á sanguine Troiano, quæ olim .i. aliquando euerteret arces Tyrias .i. Carthaginenses, & populum .s. Romanum Regem .i. regnantem late & superbum .i. nobilem bello, uenturum excidio .i. in euersionẽ Libyæ, & audierat Parcas .i. fatorum Deas sic uoluere .i. fila torquere fatorum. Saturnia .i. Iuno erat metuens, id quod supra dixit, & erat præterea memor belli illiꝰ quod prima gesserat ad .i. apud Troiã ꝓ Argis charis .i. urbe sibi charissima: etiã causæ irarum contra Troianos, & dolores sæui .i. magni nondum exciderãt ex animo .i. ex illius memoria, quia iudicium Paridis, quo certatum est de pulchritudine inter tres Deas, manet repostum pro repositum in alta .i. profunda mente .i. memoria Iunonis, & iniuria formæ .i. pulchritudinis suæ spretæ in eo iudicio, & genus Troianorum inuisum, id est, odiosum, & honores Ganymedis rapti in cælum á Ioue, omnia hæc manent reposita in mente illius. Iuno accensa his super .i. ualde arcebat lõge Latio, id est, ab Italia Troas .i. Troianos iactatos toto æquore.

Troas relliquias Danaum, atq; immitis Achillis
Arcebat longe Latio, multosq; per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.
Vix e conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant:
Occasio et consiliũ Iunonis. Cum Iuno æternum seruans sub pectore uulnus,
Hæc secum: Me ne incœpto desistere uictam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Propositio. Quippe uetor fatis. Pallas ne exurere classem
Argiuum, atq; ipsos potuit submergere ponto,
Ab exemplo. Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?
Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem,
A minori. Disiecitq; rates, euertitq; æquora uentis.
Extenuatio. Illum expirantem transfixo pectore flammas,
Turbine corripuit, scopuloq; infixit acuto.
Ast ego, quæ diuum incedo regina, Iouisq;

¶ *Ecphrasis.*

appositiue. relliquias Danaorum & Achillis immitis, qui Troes acti, id est, exagitati fatis errabant per multos annos circum omnia maria, quia tantæ molis, id est, difficultatis erat condere, id est, fundare gentem Romanam, & ponit primo quomodo ex Sicilia digreßi tempestate in Africam sunt delati, dicens. Qui Troiani uix læti dabant uela è conspectu Siculæ telluris, id est, Siciliæ in altum mare, & uix ruebant, id est, eruebant spumas salis, id est, maris ære, id est, nauium rostris æratis, cum.i. quo tempore Iuno seruans æternum uulnus sub pectore, id est, in corde hæc secum, subaudi locuta est. Ne, id est, nunquid, subaudi, decet me uictam desistere ab incœpto, nec posse auertere, id est, arcere ab Italia Regem Teucrorum, id est, Aeneam? quippe, id est, certe ego uetor fatis id facere. Ne, id est, nunquid Pallas potuit exurere classem Argiuorum, & potuit submergere ipsos põto ob noxam.i.culpam unius, & ob furias, id est, amores furiosos Aiacis Oilei filij. Ipsa Palas iaculata è nubib⁹ ignẽ rapidũ Iouis.i. fulmẽ disiecit.i.dißipauit rates, & euertit.i.perturbauit æquora uẽtis, et corripuit illum turbine spirantem flammas pectore transfixo igni fulminis, & infixit illum scopulo acuto. Pallas igitur potuit hæc facere. At ego quæ incedo regina Diuorũ,

Et ſoror,& coniux,una cum gente tot annos
Bella gero,& quiſquam numen Iunonis adoret
Præterea? aut ſpplex aris imponat honorem?
Talia flamato ſecum Dea corde uolutans:
Nimborum in patriam,loca fœta furentibus auſtris
Aeoliam uenit:hic uaſto rex Aeolus antro
Luctanteis uentos,tempeſtateſq; ſonoras
Imperio premit:ac uinclis;& carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum clauſtra fremunt:celſa ſedet Aeolus arce;
Sceptra tenens:mollitq; animos,& temperat iras.
Ni faciat,maria,ac terras,cælumq; profundum
Quippe ferant rapidum ſecum,uerrantq; per auras,
Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molemq;,& montes inſuper altos
Impoſuit, regemq; dedit,qui fœdere certo
Et premere,& laxas ſciret dare iuſſus habenas.

Natura uentorum

Boni principis officium.

¶ *Ecphraſis.*

& ſoror,& coniunx Iouis gero bella tot annis cum una gente? & quiſquam eſt qui adoret numen Iunonis? quaſi diceret nemo, aut præterea eſt aliquis ſupplex, qui imponat honorem aris,id eſt,ſacrificium,quaſi diceret nemo. Dea,id eſt, Iuno uolutans,id eſt,cogitans ſecum talia corde flammato,id eſt irato,uenit in inſulam Aeoliam.appo.loca fœta.i.plena auſtris furentibus.i.facientibus tempeſtatem. Hic.i.in hac inſula Aeolus rex uentorum premit imperio.i.caſtigat,& frænat uinculis & carcere uentos luctantes,& tempeſtates ſonoras. i.fragores incutientes. Illi.ſ.uenti indignantes ſe uinculis detineri fremunt circum clauſtra montis, in quo eſt illorum domus, cum magno murmure. ſed Aeolus tenens ſceptra, id eſt, regni uentorum inſignia ſedet in arce celſa,& mollit,id eſt, mitigat animos,id eſt, uentos,& temperat illorum iras,quod ni pro niſi faciat Aeolus,illi uēti rapidi,id eſt, uiolenti quippe,id eſt,certe ferant ſecum,id eſt,auferant & uerrant per auras maria, & terras, & cælum profundum, id eſt altum. Sed Iuppiter pater omnipotens abdidit,id eſt,abſcondit illos in ſpeluncis atris,id eſt,obſcuris,quod fecit metuens hoc,quod de uentorum uiolentia dixit,& impoſuit inſuper,id eſt,ſuper illas ſpeluncas molem & altos montes,& dedit uentis regem Aeolum, qui iuſſus à Ioue ſciret,et præmere,ideſt,cōtrahere,et dare,id eſt,remittere habenas laxas.i.fluxas.

Ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est,
Aeole (nanq; tibi Diuum pater, atq; hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere uento)
Gens inimica mihi Tyrrenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, uictosq; penates.
Incute uim uentis, submersasq; obrue puppes:
Aut age diuersas: aut disijce corpora ponto.
Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ:
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo:
Omneis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus hæc contra: Tuus o regina quid optes
Explorare labor: mihi iussa capessere fas est.
Tu mihi quodcunq; hoc regni, tu sceptra, Iouemq;
Concilias, tu das epulis accumbere Diuum:

Alias: diuersos
Alias. forma est.
Ali. Deiopea
Matrimonij fruct9.
Alias regni est,

¶ *Ecphrasis.*

Ad quem Aeolum tunc Iuno *supplex usa est his uocibus. i. sequenti oratione.* O *Aeole incute uim uentis, & per parenthesim interposuit, nanq; pater* Diuorum, *atq; rex hominum. i* Iupiter *dedit. i. concessit tibi, & mulcere. i. mitigare fluctus, & tollere. i. erigere illos uento, gens* Troiana *inimica mihi nauigat mare* Tyrrenum. *i. mare inferum, quod* Italiam *á meridie abluit, portans* Ilium. *i.* Troiam, *&* Penates Deos *uictos in* Italiam. Ideo *incute. i. adhibe uim uentis, & obrue. i. merge puppes submersas, aut age, id est, persequere illas diuersas, id est, per diuersas partes, & disijce, id est, dissipa illorum corpora ponto, & in præmium laboris tui sunt mihi bis septem, id est, quatuordecim* Nymphæ *corpore præstanti, id est, corporis pulcherrimi, quarū* Deiopeiā, *quæ est pulcherrima forma, iungā tibi connubio stabili. i. firmo coniugio, & dicabo tibi illam propriam coniugem, ut pro talibus meritis tuis in me exigat. i. uiuat tecum omnes annos, & faciat te parentem pulchra prole, id est, pulchræ prolis, tunc* Aeolus *respondit hæc sequentia contra, id est, e diuerso.* O Regina *tuus labor est tantum explorare, id est, inquirere quid optes, & mihi est fas capessere, id est, accipere ut faciam tua iussa, quia tu concilias mihi hoc* Regni, *id est, hoc* Regnum *quodcunque est, & tu concilias mihi sceptra &* Iouem, *scilicet, per te obtineo á* Ioue *regni insignia, & tu das etiam mihi posse accumbere epulis* Diuorum, *id est,* Deorū *esse conuiua,*

Nymborumq́ꝫ facis, tempestatumq́ꝫ potentem.
  Hæc ubi dicta: cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus: ac uenti uelut agmine facto,
Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant,
Incubuere mari, totumq́ꝫ a sedibus imis
Vna Eurusq́ꝫ, Notusq́ꝫ ruunt, & creberq́ꝫ procellis
Africus: & uastos uoluunt ad littora fluctus.
Insequitur clamorq́ꝫ uirum, stridorq́ꝫ rudentum.
Eripiunt subito nubes cælumq́ꝫ, diemq́ꝫ
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther:
Præsentemq́ꝫ uiris intentant omnia mortem.
Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra:
Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas,
Talia uoce refert: O terq́ꝫ, quaterq́ꝫ beati,
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis

Descriptio subitæ tempestatis. Boreæ ĩ hoc non meminit, quippe qui serenator sit

¶ *Ecphrasis.*

& etiam tu facis me potentem nymborum.i.pluuiarum mixtarum cum uentis, et tempestatũ quæ concitantur uentis. Vbi.i.posteaquam hæc superiora dicta sunt ab Aeolo, impulit montem in latus cauum cuspide montis conuersa in ipsum latus mõtis, & uenti ueluti agmine.i.cœtu uel impetu facto ruũt.i.erumpunt ea parte, qua porta fuit illis data, id est, aperta, & perflant terras turbine illo. Inde incubuere mari, id est, impetum in mare fecerunt, & Eurus uentus Orientalis, & Notus uentus Meridionalis, & Aphricus uentus Occidentalis creber procellis, id est, frequens concitans tempestates ruũt, id est, perturbant totum mare ab imis sedibus, id est, á fundo. & sic uoluunt, id est, torquent ad littora fluctus uastos, id est, magnos, tunc clamor uirorum & stridor rudentum, id est, funium insequitur, tunc nubes subito eripiunt, id est, rapiunt ex oculis Teucrorum cælum & diem, id est, cum Sole lucem, & nox atra, id est, tenebræ incubat ponto, id est, pontum inuadit. Præterea poli, id est, mundi uertices intonuere, & æther micat crebris ignibus, id est, fulguribus, & omnia intentant, id est, minantur uiris Troianis mortem præsentẽ. Extẽplo.i.statim mẽbra Aeneæ soluuntur frigore, id est, timore quodam frigido ab effectu. Ingemit, tendensq́; ad cælum palmas duplices.i.cõplicatas refert uoce talia, quæ sequuntur. O beati ter & quater.i.quã sæpissime quis pro quibus contigit oppetere, id est, mori ante ora patrum suorum sub altis mœnibus Troiæ.

Arguit ab indignitate malorũ vbi Al.&

Aquilonis meminit, quia impetuosus est uentus.

Contigit oppetere: o Danaum fortissime gentis
Tydide, me ne Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaq; animam hanc effundere dextra?
Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector: ubi ingens
Sarpedon: ubi tot Simois correpta sub undis
Scuta uirum, galeasq;, & fortia corpora uoluit.
Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctusq; ad sydera tollit.
Franguntur remi: tum prora auertit, & undis
Dat latus: insequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.
Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet:
Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras,
Dorsum immane mari summo, treis Eurus ab alto

¶ *Ecphrasis.*

O Tydide. i. *Diomedes fortissime gentis* Danaũ *pro* Danaorũ, *me ne nõ decuit potuisse obcũbere cãpis* Illiacis. i. Troianis, *et effundere hãc animã. i. sanguinẽ sub tua dextra, ubi. i. in quibus cãpis* Hector *sæuus. i. magnus iacet telo* Aeacidæ. *i. peremptus est ab* Achille, *& ubi* Sarpedon *ingens* Iouis *filius, qui ex* Lycia *in auxilium* Troianis *uenerat, iacet. i. mortuus est, & ubi* Simois *fluuius* Troianus *uoluit sub undis tot corpora. i. cadauera interfectorũ correpta. i. ex campis rapta, & ubi uoluit scuta uirorum, et galeas, & corpora fortia: Tunc* Aenea *iactante talia procella stridens. i. cũ stridore ueniens ab* Aquilone *ferit uelum aduersa. i. ex aduersa parte ueniens, & tollit. i. erigit fluctus ad sydera. i. in cœlũ, & est hyperbole, remi franguntur, tum. i. præterea prora auertit, pro auertitur, & dat latus undis. i. inclinat se ita, ut undas poßit accipere, & tunc mons aquæ. i. fluctus magnus & præruptus. i. altus insequitur cumulo. i. nauẽ intrat sua summitate.* Hi. *i. aliqui ex* Troianis *pendent in summo fluctu, et his. i. alijs unda dehiscens. i. aperiens se et findẽs aperit terram inter fluctus, & sic æstus. i. maris feruor furit arenis cum fluctuum permixtione, tunc* Eurus *uentus torquet. i. mittit tres naues arreptas in saxa latentia, id est, in scopulos, & dicit quæ, & ubi sunt illa saxa, dicens quæ saxa* Itali *uocant aras in fluctibus medijs, in quibus* Romani *aliquando percusserunt fœdus cum* Carthaginensibus, *aras dico. appo. dorsum immane. i. magna rupis curuitas in mari summo, &* Eurus *urget, id est, impellit tres naues ab alto, id est, profundo*

In breuia, & Syrteis urget (miserabile uisu)
Illiditq; uadis, atq; aggere cingit arenæ.
Vnam, quæ Lycios, fidumq; uehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens a uertice pontus
In puppim ferit, excutitur, pronusq; magister
Voluitur in caput. ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus uorat æquore uortex.
Adparent rari nantes in gurgite uasto:
Arma uirum, tabulæq;, & Troia gaza per undas.
Iam ualidam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua uectus Abas, & qua grandæuus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fathiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamq; hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa uadis; grauiter commotus, & alto

¶ *Ecphrasis.*

In breuia, & Syrtes, id est, in Syrtes, ubi mare est summum, miserabile uisu, id est, quod uideatur, & illidit, id est, frangit illas uadis, id est, ad uada maris, & deinde cingit illas aggere arenæ. Ingens pontus, id est, ponti unda ueniens á uertice, id est, polo arctico ante oculos ipsius Aeneæ ferit in unam puppim, quæ uehebat Lycios, & Orontem fidũ Aeneæ comitem, & magister nauis .i. Leucaspes gubernator excutitur ex naui pronus, id est, præceps. Nauis inquam illa uoluitur in caput, & fluctus agens illam ter circum torquet, id est, circum agit illam, & uortex rapidus uorat illam æquore. Tunc nantes rari apparent in gurgite, id est, mari uasto, & arma uirorum, & tabulæ nauium, & gaza Troia, id est, Troiana apparent etiam in maris summitate, & iam hyems, id est, tempestas uincit ualidam nauem Ilionei, & nauem Achatæ uiri fortis, & nauem, qua Abas erat uectus, id est, uehebatur, & nauem, qua Alethes grandæuus uehebatur. Hi omnes comites erant Aeneæ, & omnes naues accipiunt imbrem inimicum, id est, aquam noxiam, & fathiscunt rimis, id est, dehiscunt & hiant ruptis compagibus, id est, iuncturis laterum. Interea, dum hæc geruntur, Neptunus sensit pontum misceri, id est, perturbari magno murmure, & sensit hyemem emissam à Iunone, & sensit stagna, id est, maria refusa, id est, commota ab imis uadis, id est, á fundo, & tunc ipse commotus grauiter,

Prospiciens,summa placidum caput extulit unda.
Disiectam Aeneæ toto uidet æquore classem:
Fluctibus oppressos Troas, cælique ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurum ad se: Zephirumque uocat: dehinc talia fatur:
Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri?
Iam cælum terramque meo sine numine uenti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego.sed motos præstat componere fluctus:
Post mihi non simili pœna commissa luetis.
Maturate fugam, regique hæc dicite uestro:
Non illi imperium pelagi, sæuumque tridentem,
Sed mihi sorte datum: tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos.illa se iactat in aula
Aeolus:& clauso uentorum carcere regnet.
Sic ait,& dicto citius tumida æquora placat,
Collectasque fugat nubes, Solemque reducit.

Nec latuere. Versum hunc non habet uetustus codex.

Per antithesin irridet Aeolum. Eius enim domum ironice modo aulam, modo carcerem per contemptũ uocat.

¶*Ecphrasis.*

& prospiciens, id est, prouidens pelago extulit, id est, erexit caput placidum ab unda, id est, ab undæ summitate, & uidit totam classem Aeneæ disiectam.i.dissipatam,& uidet Troas.i.Troianos oppressos fluctibus & ruina cæli,id est,ijs rebus quæ á cælo ruerunt. Nec iræ & doli Iunonis latuere fratrem,id est,Neptunũ, qui Iunonis est frater. Tunc uocat ad se Eurum & Zephyrum uentorum principes, & de hinc fatur talia, quæ sequuntur. Ne.i. nunquid tanta fiducia uestri generis tenuit uos ó uenti,qui iam audetis perturbare,& miscere cælum & terrã sine meo numine.i.meo nutu & potestate,& audetis tollere tantas moles.i. undas. Quos ego,subaudi puniam, sed nunc melius est.i.præstat componere & mitigare fluctus motos.i.perturbatos,igitur maturate fugam.i.mature fugite, & dicite uestro Regi hæc,quæ sequuntur,scilicet,imperium pelagi & tridentẽ sæuũ.i. maris insignia nõ datum esse illi sorte, sed mihi, qui sortitus sum æqualia cũ Ioue, quia ó Eure ille Rex uester Aeolus tenet saxa immania.i.speluncas.appo.uestras domos in quibus habitatis,& Aeolus iactet se in illa aula.i.tali, & regnet in carcere uentorum clauso. Sic ait Neptunus: & placat.i.componit & mitigat æquora tumida.i.fluctibus elata citius dicto.i.quam dici potest,& fugat nubes collectas, id est, spissatas, & reducit Solem, id est, diei lucem, quæ fuerat tempestate subducta.

Cymothoë simul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti,
Et uastas aperit Syrteis, & temperat æquor:
Atq; rotis summas leuibus perlabitur undas.
Ac ueluti magno in populum cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile uulgus,
Iamq; faces, & saxa uolant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauem, ac meritis si forte uirum quem
Conspexere, silent, arrectisq; auribns astant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cæloq; inuectus aperto
Flectit equos, curruq; uolans dat lora secundo.
Defessi Aeneadæ quæ proxima littora cursu
Contendunt petere, & Lybiæ uertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus, insula portum

Descriptio seditionis.

Eloquentiæ fructꝰ

Portus. Ali.longe

¶ *Ecphrasis.*

Cymothee Nympha marina, & Triton simul cum illa, qui est Deorum maris tubicen annixus scopulo acuto detrudunt naues, subaudi, contis & trudibus, & ipse Neptunus leuat, id est, subleuat tridenti suo, & aperit Syrtes uastas, quibus diximus naues fuisse cinctas arena, & temperat totum æquor, & labitur per summas undas rotis leuibus, id est, curru, & comparationem subiungit dicens. Ac.i.ueluti cum seditio coorta est sæpe in magno populo, & uulgus ignobile sæuit, & iam faces incensæ, & saxa uolant, id est, iaciuntur, & furor ministrat arma, quia irato non desunt arma. Tum si illi conspexere quem, id est, aliquem uirum grauem pietate & meritis silent, & astant, id est, stant attenti auribus arrectis: Tunc ille uir grauis regit animos, id est, illorum iras dictis, & mulcet pectora, id est, corda. Sic.i.eodem modo cunctus fragor populi uentorum cecidit, postquam genitor, id est, Neptunus prospiciens æquora, & uectus cœlo aperto, id est, sereno flectit equos, id est, currus: & uolans, id est, currens per maria dat lora curru pro currui secundo. Tunc Aeneadæ, id est, Troiani defeßi contendunt petere littora, quæ sunt proxima, cursu, id est, nauigatione, & uertũtur ad oras Lybiæ, id est, ad fines Aphricæ, ubi Carthago erat: & describit locum, quo sunt pulsi, dicens. Locus est in longo seceßu, in quo Insula efficit portum

Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; sinus scindit sese unda reductos.
Allas. geminæ Hinc atq; hinc uastæ rupes, geminiq; minantur
In cælum scopuli: quorum sub uertice late
Aequora tuta silent: tum syluis scena coruscis
Delati Troiani ad portum Africum. Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra.
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum,
Intus aquæ dulces, uiuoq; sedilia saxo,
Nympharum domus, hic fessas non uincula naueis
Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.
Huc septem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero subit, ac magno telluris amore
Egressi optata potiuntur Troës arena:
Et sale tabenteis artus in littore ponunt.
Ac primum silicis scintillam excutit Achates,
Suscepitq; ignem folijs, atq; arida circum

¶ *Ecphrasis.*

obiectu, id est, oppositione laterum, in quibus omnis unda ueniens ab alto frangitur, & scindit sese in sinus roductos, id est, retroductos. Hinc atque hinc, *id est, ab utraque parte sunt rupes uastæ, & gemini scopuli minantur in cælum, id est, uidentur cælum pertingere, sub quorum scopulorum uertice æquora silent late. Tum.i. præterea scena.i. umbraculũ est desuper syluis coruscis.i. arboribus, & nemus atrum, id est. opacum imminet, id est, impendet umbra horrenti, id est, frigida, & sub fronte aduersa est antrum factum ex scopulis pendentibus, & intus sunt aquæ dulces, & sedilia saxo uiuo, id est, naturali & non facta manu, appositiue, domus Nympharum.* Hic, *id est, in hoc portu non ulla uincula, id est, nulli funes tenent naues fessas, id est, nauigatione fatigatas, & anchora non alligat illas morsu, id est, dente curuo.* Aeneas *subit, id est, succedit huc, id est, in hunc portum septem nauibus collectis ex omni numero, id est, ex uiginti, quia tot fuerunt, ut infra dicturus est,* Troes *egreßi ex mari potiuntur arena optata magno amore telluris.i. terræ, & ponunt in littore artus tabentes sale.i. corruptos unda maris.* At *primum* Achates Aeneæ *comes indiuiduus excudit.i. cudẽdo elicit scintillam silicis lapidis duri, in quo sunt ignis semina, & suscepit folijs, id est, esca ignem, id est, ignis scintillam, & dedit circum nutrimenta arida,*

Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam.
TumCererem corruptam undis, Cerealiaq; arma
Expediunt fessi rerum: frugesq; receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
Aeneas scopulum interea conscendit: & omnem
Prospectum late pelago petit, Anthea si quem
Iactatum uento uideat, Phrigiasq; biremes,
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauem in conspectu nullam: treis littore ceruos
Prospicit errantes, hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per ualles pascitur agmen.
Constitit hic, arcumq; manu, celeresq; sagittas
Corripuit fidus quæ tela gerebat Achates.
Ductoresq; ipsos primum capita alta ferenteis
Cornibus arboreis sternit: tum uulgus, & omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam:

Describit principem non tā sui quam suorum curā agere.

hos Alias. quos

Achates comes Aeneæ fingitur: achos enī dolor Aeneas sē per suorū curam habuit.

¶ Ecphrasis.

& rapuit flammam ignis in fomite, id est, in esca, unde primum ignis nutritur, tunc Troiani fessi rerū, id est, elementis fatigati expediunt .i. ex nauibus educunt Cererem corruptam undis, id est, frumenta, & arma Cerealia, id est, quibus panes conficiuntur, & parant torrere flammis, & frangere saxo, id est, molere fruges receptas, id est, liberatas. Interea, dum hæc fiunt á socijs, Aeneas conscendit scopulum, & petit late omnē prospectū pelago, si uideat Anthea, id est, Antheum comitem suum iactatum uento, & si uideat biremes, id est, naues duplicis ordinis remorum Phrygias, aut si uideat Capin, aut arma, id est, insignia Caici in puppibus, sed nullam nauem prospicit in toto conspectu, prospicit tamen treis ceruos in littore errantes, id est, pascentes: & tota armenta, id est, reliqui cerui sequuntur hos á tergo, & agmen illud ceruorum longum pascitur per ualles. Hic, id est, tunc Aeneas constitit, & corripuit manu arcum, & sagittas celeres, quæ tela Achates fidus Aeneæ comes indiuiduus gerebat, & primum sternit ipsos ductores, id est, ceruos aliorum duces ferentes capita ardua cornibus arboreis, id est, ramosis, tum agens, id est, persequēs telis miscet, id est, figit uulgus & omnem turbam ceruorū inter nemora frondea .i. frondosa. Nec Aeneas absistit .i. desistit priusquā uictor fundat, id est, conficiat humi .i. in terra septem ingentia

Nec prius absistit, quam septem ingentia uictor
Corpora fundat humi, & numerum cum nauibus æquet.
Hinc portum petit, & socios partitur in omneis.
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus heros,
Diuidit: & dictis mœrentia pectora mulcet:
O socij (neq; enim ignari sumus ante malorum)
O passi grauiora: dabit Deus his quoq; finem.
Vos & Scylleam rabiem, penitusq; sonanteis
Accestis scopulos, uos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos, mœstumq; timorem
Mittite. forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per uarios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate: & uosmet rebus seruate secundis.
Talia uoce refert, curisq; ingentibus æger

Donatus humo.

oratio Aeneæ consolatiōis plena, qua bonus Princeps suos hortat ad patientiā, & suadet hilaritatē: quod iam ante tot mala feliciter superauerit. futurum ut exuperent & illud.

¶Ecphrasis.

corpora ceruorum, & æquet illorum numerum cum nauibus, quæ, ut paulo ante diximus, erant septem. Hinc petit portum, & partitur illos ceruos in omnes socio, dans cuiq; naui singulos, deinde diuidit uina, quæ Acestes Rex Siciliæ bonus, id est, liberalis onerarat cadis, & dederat Troianis abeuntibus ex Sicilia: & mulcet, id est, consolatur sociorum pectora, id est, corda mœrentia, id est, tristia, dicēs. O socij, ó paßi grauiora, quia non sumus ignari malorum ante præteritorum, Deus quoq; dabit finē malis præsentib9, sicut dedit illis, uos accestis, p accesistis ad rabiem Scylleā.i. Scyllæ, ut dicet ipse libro tertio, & accestis ad scopulos Siciliæ sonantes incursu & undarum illisu, & uos experti estis saxa Cyclopeia, id est, scopulos Cyclopum, quemadmodum in eodem tertio libro dicetur. Ideo reuocate, id est, renouate animos, & mittite timorem mœstum, quia forsan iuuabit, id est, delectabit uos olim.i. in futurum meminisse hæc mala. Nos tendimus in Latium, id est, Italiam per uarios casus, id est, fortunas, & per tot discrimina rerum.i. malorum: ubi .i. in qua Italia fata.i. Dij ostendunt nobis sedes quietas. i. promittunt, & fas, id est, licitum est per illos regna Troiæ resurgere illic.i. in Italia. Idcirco durate, id est, sperate, & seruate uosmet rebus secundis, id est, prosperioribus, Aeneas refert talia uoce, id est, locutus est: & ipse æger, id est, tristis curis ingentibus

Spem

Spem vultu ſimulat: premit altum corde dolorem.
Illi ſe prædæ accingunt, dapibuſq; futuris:
Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant:
Pars in fruſta ſecant, verubuſq; trementia figunt.
Littore ahena locant alij, flammaſq; miniſtrant.
Tum victu reuocant vires: fuſiq; per herbam
Implentur veteris Bacchi, pinguiſq; ferinæ.
Poſtquam exempta fames epulis, menſæq; remotæ,
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt,
Spemq;, metumq; inter dubij, ſeu viuere credant,
Siue extrema pati; nec iam exaudire vocatos.
Præcipue pius Aeneas nunc acris Oronti,
Nunc Amyci caſum gemit, & crudelia ſecum
Fata Lyci, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Et iam finis erat, cum Iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare veliuolum, terraſq; iacenteis,
Littoraq;, & latos populos, ſic vertice cęli

Iouē habere curas humanarū diuinarumq; rerū fingit Eſt autē alienus locꝰ inſertus ut cōmodius ordinē operis, ac hiſtoriæ inſinuaret.

¶ Ecphraſis.

ſimulat, id eſt, fingit ſpem. i. læticiā vultu. ſed premit corde dolorē altum, id eſt, profundum. Illi ſocij accingunt ſe, id eſt, parant ſe prædæ, id eſt, uenationi. & diripiunt tergora, id eſt, pelles á coſtis, & nudant uiſcera, id eſt, carnes dapibus futuris. Pars ſociorum Aeneæ ſecant uiſcera in fruſta, & figunt illa fruſta trementia uerubus. Alij locant ahena, id eſt, cacabos in littore, & miniſtrant, id eſt, ſupponunt flammas. Tunc reuocant, id eſt, reficiunt uires uictu, id eſt, cibo, & fuſi per herbam implentur Bacchi, id eſt, uini ueteris, & ferinæ. ſ. carnis pinguis. Poſtquam fames exempta eſt, id eſt, euacuata epulis, & menſæ ſunt remotæ, Troiani dubij inter ſpem & metum requirunt ſermone ſocios amiſſos, dubij inquam, ſeu credant illos uiuere, quod ad ſpem pertinet, ſiue pati extrema, id eſt, mortem, quod ad metum refertur, nec illos uocatos, id eſt, conclamatos iam exaudire. Sed Aeneas pius præcipue nunc gemit caſum Amyci, nunc Oronti acris, & nunc gemit ſecum fata crudelia Lyci. ad Orontem poteſt referri qui Lycius erat. & gemit fortem Gyan, & fortem Cloanthum. Et iam finis erat, ſcilicet cœnæ, cum Iuppiter deſpiciens mare ueliuolum. id eſt, per quod uelis nauigatur ex ſummo æthere, & deſpiciens terras iacentes, & littora, & populos late, id eſt, latos,

Constitit: & Libyæ defixit lumina regnis.
Atq; illum taleis iactantem pectore curas
Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitenteis
Alloquitur Venus: O qui res hominumq; Deumq;
al. Deorũ= Aeternis regis imperijs, & fulmine terres,
q;, ut sit hy Quid meus Aeneas in te committere tantum?
permeter. Quid Troës potuere? quibus tot funera passis,
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certe hinc Romanos olim voluentibus annis
ali, cod. q= Hinc fore ductores, reuocato a sanguine Teucri,
dā nō hñt. Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quæ te genitor sententia vertit?
Hoc equidem occasum Troiæ, tristeisq; ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur: quem das finem rex magne laborum?
Antenor potuit medijs elapsus Achiuis

¶ *Ecphrasis.*

constitit sic in uertice cæli, & defixit lumina. id est, oculos in regnis Libyæ, *ubi tunc erat* Aeneas. Atq; Venus *tristior, & suffusa lachrymis oculos nitētes, id est, habens oculos nitentes suffusos lachrymis alloquitur illum iactantem, id est, uoluentem pectore, id est, cogitatione tales curas.* O Iuppiter *qui regis imperijs æternis res hominum, &* Deorum, *et terres omnes fulmine: meus* Aeneas *quid potuit in te tantum cōmittere. i. peccare? &* Troes *quid potuere tātū cōmittere? quibus* Aeneæ, & Troianis *passis tot funera. i. pericula funesta cūctus orbis terrarū clauditur. i. intercluditur et ꝓhibetur ob* Italiā *i. ne in* Italiā *ꝑueniāt.* Certe *tu pollicitus es in fatis* Romanos *fore ductores. i. mūdi prīcipes olim. i. in futurū annis uoluētib9. i. uolutis. hinc. i. a sāguine reuocato* Teucri Troianæ *urbis cō[d]itoris, q* Romani *tenerēt omni ditiōe. i. potestate mare et terras. Sed ó genitor q̃ sentētia nunc uertit. i. mutauit te.* Eqdē *ego repēdēs. i. recōpēsans fata cōtraria fatis. i. euersionē* Ilij Romanorū *imperio, hoc. i. una hac re solabar. i. recōpēsabā occasum* Troiæ, *et ruinas illi9 tristes. sed nunc eadem fortuna s. aduersa semp insequtur uiros. i.* Troianos *actos. i. iactatos tot casibus. i. aduersitatibus.* O Rex *magne quē finē laborum das? & ab exemplo arguit.* Antenor *elapsus ex medijs* Achiuis *. i.* Græcis. *potuit*

Illyricos penetrare ſinus, atq; intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timaui:
Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis
It mare præruptum, & pelago premit arua ſonanti.
Hic tamen ille vrbem Pataui, ſedeſq; locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq; fixit
Troia, nunc placida compoſtus pace quieſcit.
Nos tua progenies, cæli quibus annuis arcem,
Nauibus (infandum) amiſſis vnius ob iram
Prodimur, atq; Italis longe diſiungimur oris.
Hic pietatis honos: ſic nos in ſceptra reponis?
Olli ſubridens hominum ſator, atq; Deorum,
Vultu, quo cælum, tempeſtateſq; ſerenat,
Oſcula libauit natæ, dehinc talia fatur:
Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi: cernes vrbem, & promiſſa Lauini
Mœnia, ſublimemq; feres ad ſydera cæli

¶ *Ecphraſis.*

penetrare ſinus Illyricos. i. maris Adriatici, & potuit ſuperare regna Liburnorũ, populi ſunt. & fontẽ Timaui. i. flumẽ Timaui. unde. i. ex quo fonte Timauus it. i. fluit in mare præruptũ. i. quod perrumpit per nouẽ ora. i. oſtia. it dico cũ magno murmure montis. ſ. proximi, quẽ circũſonat fluuius ille, qui premit arua pelago ſonanti. i. aqua tanta, quod uidetur pelagus. Tamen illæ Antenor locauit hic. i. in hoc tractu urbẽ Pataui, & ſedes Teucrorũ, & dedit nomen genti illi, & fixit in templis arma Troia. i. Troiana. Et nunc ille compoſitus. i. ordinatus quieſcit in pace placida, ſic Antenor. Sed nos qui ſumus tua progenies, et quibus annuis, id eſt, concedis arcem cæli. i. diuinitatem prodimur: atque pro, id eſt, diſiungimur longe ab oris Italis, & hoc nauibus amiſſis ob iram unius, ſcilicet Iunonis, infandũ pro infande. hic eſt honos pietatis in te noſtræ? ſic reponis nos in ſceptra promiſſa? Olli pro tunc, ſator hominum, & Deorũ ſubridens libauit oſcula gnatæ. i. filiæ ſuæ ex Dione eo vultu. ſ. ſereno. & quo ſerenat cælum & tempeſtates. & deinde fatur talia. ſ. quæ ſequuntur. O Cytherea. i. Venus parce metu. i. ne timueris, quia fata tuorum Troianorum manent tibi immota, & tu cernes urbem, & promiſſa mœnia Lauini oppidi, quod tu ædificabis in Italia. & feres ad ſydera cæli

Magnanimum Aeneam:neq; me ſententia vertit.
Hic tibi(fabor enim:quando hæc te cura remordet:
Longius & voluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia,populoſq; feroces
Contundet,moreſq; viris,& mœnia ponet:
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas,
Ternaq; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.
At puer Aſcanius;cui nunc cognomen Iulo
Additur(Ilus erat,dum res ſtetit Ilia regno)
Triginta magnos uoluendis menſibus orbes
alias.ab Imperio explebit:regnumq; a ſede Lauini
Transferet,& longam multa vi muniet Albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos
Gente ſub Hectorea:donec regina ſacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
al.tectus Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus

¶*Ecphraſis.*

Aeneam magnanimum filium tuum. neq; ſententia mutauit me,quemadmodũ dixiſti,& quando pro quoniam hæc cura remordet,ego fabor.i.dicam tibi hic.& uoluens,id eſt,repetens longius mouebo,id eſt,ſuſcitabo arcana fatorum, id eſt, eorum quæ uentura ſunt. Aeneas geret bellum ingens in Italia cum indigenis, & cõtũdet,id eſt,profligabit populos feroces,& ponet uictis.i.ſuperatis mores, id eſt,leges & mœnia,id eſt,urbis arcem: quæ omnia fient,dum tertia æſtas uiderit illum regnantẽ in Latio,& terna hyberna,id eſt,tres hyemes tranſierint Rutulis Italiæ populis ſubactis. At Aſcanius puer nepos tuus explebit imperio,id eſt, regnabit triginta orbes magnos,id eſt,annos ſolares uoluendis mẽſibus,id eſt, qui anni menſibus conſtant duodecim. Aſcanius dico,cui Iulo nunc additur cognomẽ, nam dum res Ilia,id eſt,Troiana ſtetit regno erat .i.cognominabatur Ilus, & hic Aſcanius transferet regnum á ſede Lauini in Albam longam, quam in longo mõtis dorſo poſitam ille muniet multa ui,hic.ſ.apud Albam regnabitur,id eſt, Latinorum reges regnabunt ſub gente Hectorea.i.Troiana totos.i.integros tercentũ annos,donec regina.i.regis filia,& ſacerdos ueſtalis grauis.i. grauida ex Marte dabit partu,id eſt,pariet geminam prolem,i.Romulum & Remũ.inde Romulus tectus tegmine.i.pelle fuluo.i.lupini coloris lupæ nutricis .i. quæ illum educauerat.

Romulus excipiet gentem,& Mauortia condet
Mœnia,Romanosq; suo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum,nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi:quin aspera Iuno,
Quæ mare nunc,terrasq; metu,cælumq; fatigat,
Consilia in melius referet,mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos,gentemq; togatam.
Sic placitum:veniet lustris labentibus ætas.
Cum domus Assaraci Phthiam,clarasq; Mycenas
Seruitio premet:ac victis dominabitur Argis.
Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano,famam qui terminet astris,
Iulius a magno demissum nomen Iulo.
Hunc tu olim cælo spolijs Orientis onustum
Accipies secura,vocabitur hic quoq; votis.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis,

Regnum Romanorum.

Græciã intelligit, q̄ diruta est á Mũmio consule. Reuera autẽ credidit se ab Iulo ortum traxisse Cæsar ob id impẽsius Venerẽ colebat.

¶*Ecphrasis.*

excipiet gentem,id est, gentis dominium,& condet mœnia Mauortia,id est,bellicosa,& dicet Romanos de suo nomine.Ego,dicit Iuppiter,neque pono his metas rerum,nec tempora,id est,nec finem imperij,nec durationis illius.Ideo subdit, ego dedi illis imperium sine fine,quin immo Iuno aspera,id est.nunc dura Troianis,quæ in exitium illorum fatigat mare, & terrã,& cælum metu.i.á Troianis sibi timens ob Carthaginẽ,postea referet cõsilia in melius.i. in partem meliorem, & fouebit.i.amabit mecum Romanos dominos rerum, & gentẽ togatã,quia toga uestis Romanorũ est:sic placitum est mihi,cum lustris labẽtibus ueniet ætas, in qua domus Assaraci,qui fuit proauus Aeneæ,aliquis.s.de illius familia premet seruitio Phthiam Achyllis patriam,& Mycenas claras, ubi Agamemnon regnauit,& dominabitur Argis uictis,ciuitas quoq; fuit Græciæ clara.Præterea Cæsar Troianus ab origine pulchra nascetur,qui terminet imperium Romanũ intra Oceani limites,et qui terminet famam astris,id est,cælo.Cæsar dico Iulius.appo. nomen demissum,id est,descendens ab Iulo magno Aeneæ filio.Et tu ò Venus iã secura accipies cælo,id est,in cælum hunc Iuliũ onustũ spolijs orientis.i.de populis orientalibus,& hic Iulius quasi Deus uocabitur uotis. Tunc .s. post Cæsaris deificationem sæcula aspera bellis mitescent ,id est, pacabuntur bellis depositis.

Cana fides,& Vesta,Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt:diræ ferro,& compagibus arctis
Claudentur belli portæ:Furor impius intus
Sæua sedens super arma,& centum vinctus ahenis
Post tergum nodis,fremet horridus ore cruento.
Hæc ait:& Maia genitum demisit ab alto,
Vt terræ,vtq; nouæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris, ne fati nescia Dido
Finibus arceret,volat ille per aëra magnum
Remigio alarum,ac Libyæ citus astitit oris,
Et iam iussa facit:ponuntq; ferocia Pœni
Corda,volente Deo:in primis Regina quietum
Accipit in Teucros animum,mentemq; benignam.
At pius Aeneas per noctem plurima voluens,
Vt primum lux alma data est,exire,locosq;
Explorare nouos,quas vento accesserit oras,
Qui teneant(nam inculta videt)homines ne,feræ ne,
Quærere constituit,socijsq; exacta referrre.

Perfequitur historiã de Aenea.

al'.dimittit

¶*Ecphrasis.*

& cana fides,& Vesta Dea pudicitiæ tunc erũt. & Quirinus cũ Remo fratre, per quos Augustũ et Agrippã intelligit,dabũt iura populo.et diræ portæ belli.i. Iani tũc claudẽtur cõpagibus.i.iũcturis arctis,et furor belli impius sedẽs intus super arma sæua,& uinctus post tergũ cẽtũ nodis.i.catenis ahenis, ille furor horridus fremet ore cruento.Sic ait Iupiter,& demittit ab alto cælo genitũ Maia .i.Mercuriũ, ut terræ,& arces nouæ Carthaginis pateãt hospitio .i. in hospitiũ Teucris,ne Dido nescia fati.i.uolũtatis Deorũ arceret illos ex suis finibus. Ille igitur Mercurius uolat per aëra magnum remigio.i. auxilio alarũ.& sic citus.i. uelox astitit in oris Libyæ,& iã facit iussa sibi á Ioue,& Pœni.i. Carthaginẽses deponũt corda ferocia deo uolẽte.i. Mercurio.sed in primis Regina accipit animũ quietũ,& mentẽ benignã in Teucros.i.erga Troianos.At pius Aeneas uoluẽs .i.cogitãs plurima p noctẽ cõstituit exire ex portu:ut primũ lux alma est data.i. Sol ortus est,& cõstituit explorare.i.inquirere nouos locos, & ad quas oras accesserit uento,& qui homines teneãt,aut feræ,nam uidet omnia inculta,& constituit referre socijs exacta,id est,quæ uidisset. Sed interea occulit,id est,abscõdit

Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circum, atq; horrentibus vmbris
Occulit:ipse vno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obuia sylua,
Virginis os, habitumq; gerens, & virginis arma
Spartanæ:vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice,volucremq; fuga præuertitur Hebrum.
Nanq; humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix,dederatq; comas diffundere ventis,
Nuda genu,nodoq; sinus collecta fluentes.
Ac prior:Heus,inquit,iuuenes,monstrate mearum
Vidistis siquam hic errantem forte sororum
Succinctam pharetra,& maculosæ tegmine lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
Sic Venus: at Veneris contra sic filius orsus:

Miro cõsilio fingit simile habitũ Spartanæ ṽginis et Thraciæ. Instituit enim Lycurgus cũ iuuenes, tum ṽgines palestræ operã dare. Vide Plutarchũ in Lycurgo.

¶ *Ecphrasis.*

Classem in conuexo, id est, concauitate nemorum, & sub rupe cauata clausam circum, id est, in circuitu, & umbris arborum horrentibus .i. frigidis. & ipse graditur .i. uadit comitatus Achate uno .i. solo, crispans .i. uibrans bina hastilia .i. duo lato ferro .i. lati ferri. Cui Aeneæ mater sua Venus obuia tulit, id est, obtulit sese in media sylua, gerens os .i. vultũ & habitum .i. uestẽ uirginis, & gerẽs arma uirginis Spartaneæ .i. Laccnæ .i. arcũ & sagittas, uel qualis Harpalice Threissa .i. ex Thracia fatigat equos cursu, ut patrẽ, quẽ hostes captiuũ ducebãt, recuperaret, et præuertitur .i. ꝑuenit cursu Ebrum fluuiũ Thraciæ uolucrẽ .i. uelocẽ. nãq; ipsa uenatrix .i. in habitu uenatricis suspenderat humeris arcum habilem, id est, leuem de more, quia sic uenatrices, cum a uenatione cessant, facere consueuerunt, & dederat diffundere, id est, ad diffundendum comas uentis. uenatrix dico nuda genu, & collecta nodo sinus fluentes, id est, habens genu nudum, & sinus fluentes collectos. Et illa prior, inquit, heus iuuenes monstrate mihi si uidistis hic quam .i. aliquam mearum sororum errantem succinctam pharetra, id est, habentẽ pharetram succinctam, & succinctam tegmine .i. pelle lyncis maculosæ, aut premẽtem, id est, insequentem clamore cursum apri spumantis, id est, spumas ore emittentis. Sic Venus locuta est, & filius Veneris Aeneas sic orsus est cõtra, id est, ediuerso,

Nulla tuarum audita mihi: neqꝫ visa sororum!
O quam te memorem virgo? nanqꝫ haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat, o Dea, certe:
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis vna;
Sis felix, nostrumqꝫ leues quæcunqꝫ laborem:
Et quo sub cælo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas: ignari hominumqꝫ, locorumqꝫ
Erramus, vento huc & vastis fluctibus acti:
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.
alias Tum Tunc Venus: Haud equidem tali me dignor honore,
Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram,
Purpureoqꝫ alte suras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbem:
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,
Germanum fugiens: longa est iniuria, longæ
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.

¶ Ecphrasis.

Nulla tuarũ sororũ est audita mihi, nec uisa. O uirgo quã ego memorẽ. i. dicam te esse. nãq; vultus haud est tibi mortalis. i. humanus, nec uox tua sonat hominẽ. i. humane. Igitur o Dea certe: sed ego dubito an sis Phœbi soror. i. Diana, an vna sanguinis. i. generis Nympharũ, & quæcũq; tandẽ sis, sis felix. i. ꝓpicia, et leues. i. subleues nostrũ laborẽ, & doceas tandem sub quo cælo. i. cæli parte, & in quibus oris. i. regionibus orbis nos iactemur: quia nos erramus ignari & hominũ et locorũ, acti. i. impulsi huc uento & fluctibus uastis. Multa hostia cadet tibi i. sacrificabitur ꝓpter beneficiũ á te accipiendũ nostra dextra. i. manu ꝓpria. Tũ Venus inquit, haud eqdẽ dignor. i. nõ dignã puto me tali honore, mos est uirginibꝰ Tyrijs i. Carthaginẽsibus, cuias ego sum, gestare pharetrã more uenatricũ, et uincire suras alte cothurno purpureo. Et quia q̃siuisti in quibus oris esses, tu uides regna Punica. i. Libyes, et uides Tyrios. i. ex Tyro colonos, et urbẽ Agenoris, q fuit Rex Phœnicũ, unde uenerat Dido. sed fines Libyci sunt hic. appo. genus hoĩm intractabile bello. i. bellicosissimũ. Et Dido ꝓfecta ab vrbe Tyria regit imperiũ, ꝓfecta dico fugiẽs germanũ Pygmalionẽ. Lõga est iniuria. i. causa cur patriã fugerit, & lõgæ sunt ambages. i. circuitus, sed ego sequar summa fastigia. i. capita rerum.

Huic coniux Sichæus erat, ditissimus agri
Phœnicum, & magno miseræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat, primisq; iugarat
Ominibus: sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omneis.
Quos inter medius venit furor, ille Sichæum
Impius ante aras, atq; auri cæcus amore,
Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ: factumq; diu celauit, & ægram
Multa malus simulans, vana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris.
Crudeleis aras, traiectaq; pectora ferro
Nudauit: cæcumq; domus scelus omne retexit.
Tum celare fugam, patriaq; excedere suadet:
Auxiliumq; viæ, veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.

Origo Carthaginẽsis regni.
al. auspicijs
Impietatis & tyrãnidis exẽplũ
al. las. auxilioq;.

¶ *Ecphrasis.*

Sichæ⁹ ditissim⁹ agri Phœnicũ.i. inter Phœnices erat cõiux.i. marit⁹ huic Dido, et erat dilect⁹ magno amore miseræ Didus. Cui Sichæo pater Bell⁹ dederat Dido intactã.i. uirginẽ, & iugarat.i. iũxerat primis ominibus.i. auspicijs: sed Pygmaliõ frater habebat regna tyri, Pygmaliõ dico immanior scelere ante oẽs alios. Inter quos furor medius uenit, qa ille Pygmalion impius, & cæcus amore auri, et securus amorũ germanæ Didus superat ferro.i. interficit clã Sychæũ incautũ.i. nihil tale cauẽtẽ, & quod est grauius ante aras, & celauit diu factũ, & ille malus simulans multa, delusit uana spe amantem ægram, id est, tristem. Sed ipsa imago, id est, umbra coniugis inhumati, id est, Sichæi non sepulti uenit ad illam in somnis, attollens, id est, ferens ora pallida modis miris, id est, modo quodam mirabili. & nudauit, id est, reuelauit aras crudeles ante quas fuerat occisus, & pectora traiecta ferro. & retexit, id est, aperuit omne, id est, totum scelus domus cæcum, id est, occultũ. & tunc Sichæus suadet illi scelerare fugam.i. celeriter fugere, & excedere, id est. recedere ex patria, & recludit, id est, aperit ex tellure.i. ex terra, ubi erãt absconditi, thesauros ueteres auxiliũ uiæ, aut appositio est, aut in auxiliũ est exponendum, thesauros dico pondus ignotum. q.d. immensum argenti & auri.

Anim⁹ plebis in tyrā num.

His commotà fugam Dido, sociosq; parabat.
Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naueis, quæ forte paratæ,
Corripiunt, onerantq; auro, portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem:
Mercatiq; solum facti de nomine Byrsan,
Taurino quantum possent circundare tergo.
Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?
Quo ve tenetis iter? quærenti talibus ille
Suspirans, imoq; trahens a pectore vocem:
O Dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales nostrorum audire laborum:
Ante diem clauso componet Vesper Olympo.
Nos Troia antiqua (si vestras forte per aures
Troiæ nomen ijt) diuersa per æquora vectos
Forte sua Libycis tempestas appulit oris.

al. surgentesq;. al. arces.

¶ Ecphrasis.

Itaq; Dido cōmota. i. persuasa his mariti uerbis parabat fugā, & fugæ socios. Et cōueniūt illi, qbus aut odiū crudele tyranni erat ꝑpter iniurias acceptas, aut qbus erat metus acer tyrāni, quia timebāt iniurias inferēdas. & corripiunt naues, q̄ ad alios usus forte in portu erāt paratæ, & onerāt illas auro, & sic opes Pygmalionis auari portātur pelago, cuius facinoris p̄clari fœmina fuit dux. Itaq; deuenere hos locos, ubi nūc cernes mœnia ingētia. i. magnā urbē, et cernes arcē nouæ Carthaginis surgentē. i. ædificatiōe crescentē, & mercati sunt solū. i. superficiē terræ hoc est Byrsan sic dictā de nomine facti, quātū possent circūdare corio seu tergo taurino, qa Byrsa coriū est. Sed tādē uos qui estis? aut á qbus oris. i. finib⁹ uenistis? uel quo tenetis iter? i. itis, & sic q̄rit tria, qbus Aeneas respōdet. Ille suspirās respōdet Veneri q̄rēti talibus. O dea si ego repetēs á prima origine pergā. i. incipiā, et uacet tibi audire annales. i. historiā p annos digestā nr̄orū laborū, ante. i. pri⁹ uesper. i. Sol occidēs finiet, et cōponet diē Olympo clauso. i. finita luce. tēpestas forte sua. i. casu appulit oris Libycis nos uectos á Troia p æquora diuersa. et p parēthesim interposuit. si forte nomē Troiæ ijt ꝑ iuit per vr̄as aures. i. si nomē Troiæ audistis,

Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum, fama ſuper æthera notus,
Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue ſummo, *al: ſumo*
Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor,
Matre Dea monſtrante viam, data fata ſecutus:
Vix ſeptem conuulſæ vndis, Euroq; ſuperſunt,
Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro,
Europa, atq; Aſia pulſus. nec plura querentem
Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt:
Quiſquis es, haud, credo, inuiſus cæleſtibus auras
Vitales carpis, Tyriam qui adueneris vrbem.
Perge modo: atq; hinc te Reginæ ad limina perfer.
Nanque tibi reduces ſocios, claſſemq; relatam
Nuntio, & in tutum verſis Aquilonibus actam:
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.

Eurus inter orie͂tis ſtatione͂ et ſepte͂trione͂ uerſatur. Recte igitur hic Euri meminit que͂ ſecundu͂ uentum habuerunt in Africa͂.

¶ *Ecphraſis.*

& ego ſum Aeneas pius, & notus fama. i. per famam ſuper æthera, qui ueho mecum claſſe penates raptos ex hoſte, id eſt, á Græcis in Ilij euerſio͂e. Et quæro Italiam patriam, & genus eſt mihi á Ioue ſummo, á patre per Dardanum, quia mater Venus Iouis eſt filia. Ego conſcendi æquor Phrygium. i. incœpi ex Troia nauigare bis denis. i. uiginti nauibus matre Dea. i. Venere mo͂ſtrante uiam, quia erat mihi in Italiam perueniendum, & ſecutus fata data, id eſt, mihi conceſſa, quæ me eo mittebant. Sed nunc uix ſeptem naues ex uiginti ſuperſunt mihi, & illæ quidem conuulſæ. i. labefactæ undis, & Euro. i. uento. & ego ipſe ignotus, & egens peragro. i. circu͂eo deſerta Libyæ, pulſus ex Europa, ubi eſt Italia, et Aſia, ubi fuit Troia. Tunc Venus no͂ paſſa. i. no͂ ſuſtine͂s iam filiu͂ querente͂ plura. i. pluribus q̃rellis matre͂ incuſante͂ interfata eſt. i. locuta ſic medio dolore. Quiſquis es, nam ſimulat ſe illu͂ ignorare, tu haud inuiſus. i. no͂ odioſus cæleſtibus dijs carpis auras uitales, id eſt, uiuis, & dignus es uita, quiſquis es dico, qui adueneris ad urbem Tyriam. id eſt, Carthaginem. Modo. i. tantu͂ perge, & perfer te hinc ad limina Reginæ Didus, de qua tibi paulo ante dixi. Na͂q; ego denuncio tibi ſocios tuos reduces. i. á periculo liberatos, & nu͂cio tibi claſſem relatam. i. reſtitutam, & actam in portum tutum Aquilonibus uerſis. i. uentis mutatis, Ni pro niſi, parentes noſtri uani, id eſt, mendaces fruſtra docuerunt nos augurium, id eſt, arte͂ augurandi.

Aſpice bis ſenos lætanteis agmine cygnos,
Aetherea quos lapſa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cælo:nunc terras ordine longo
Aut capere aut captas iam deſpectare videntur.
Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum,cantuſq; dedere:
Haud aliter puppeſq; tuæ,pubeſq; tuorum
Aut portum tenet,aut pleno ſubit oſtia velo.
Perge modo,& qua te ducit via,dirige greſſum.
Dixit:& auertens roſea ceruice refulſit:
Ambroſiæq; comæ diuinum vertice odorem
Spirauere:pedes veſtis defluxit ad imos:
Et vera inceſſu patuit Dea.ille,vbi matrem
Agnouit,tali fugientem eſt voce ſecutus:
Quid natum toties crudelis tu quoq; falſis
Ludis imaginibus?cur dextræ iungere dextram
Non datur?ac veras audire,& reddere voces?

¶*Ecphraſis.*

Aſpice biſſenos.i.duodecim cygnos lætãtes agmine i.cœtu,quos ales Iouis,id eſt, aquila lapſa.i.deſcendens ex plaga.i.regione æthereæ turbabat cælo aperto.i.libero & ſereno aëre.Et nunc uidentur aut capere terras longo ordine, aut uidentur deſpectare terras iam captas, & ut.i.quemadmodũ illi cygni reduces ludunt alis ſtridentibus,& ut cinxere polũ.i aërem cœtu ſuo, & dederunt cantus.i. cecinerunt:haud aliter puppes tuæ, & pubes.i. iuuentus tuorũ ſociorum aut tenet iã portum, aut ſubijt,id eſt, intrat oſtia, id eſt, portus pleno,id eſt,explicato uelo. Modo.i.tantum perge,& dirige greſſum ea parte ,qua uia ducit te. Dixit Venus,& auertens,id eſt, terga oſtendens refulſit ceruice roſea,id eſt, pulchra, & comæ illius ſpirauere odorem diuinum ambroſiæ,qua dij immortales ueſcuntur, & ueſtis,quæ ſuccincta erat,defluxit ad pedes imos.& patuit, id eſt, manifeſtata eſt uera Dea inceſſu, id eſt,cum incederet. Sed ubi ille Aeneas agnouit.i.recognouit matrem,ſecutus eſt illam fugientem tali uoce. O crudelis quid,id eſt, cur tu quoq; ludis.i.deludis me filiũ imaginibus falſis? uiſa mihi in habitu uenatricis? Cur nõ datur mihi iungere dextrã dextræ,qđ eſt amoris,& fidei pignus, & cur etiam non datur audire, & reddere uoces ueras.i.nõ fictas,ut paulo ante.

Talibus incusat, gressumq; ad mœnia tendit.
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulæ circum Dea fundit amictu:
Cernere nequis eos, neu quis contingere posset,
Moliri ve moram, aut veniendi poscere causas.
Ipsa Paphum sublimis abit: sedesq; reuisit
Læta suas, vbi templum illi, centumq; Sabæo
Ture calent aræ, sertisq; recentibus halant.
Corripuere viam interea, qua semita monstrat:
Iamq; ascendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet, aduersasq; aspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
Miratur portas, strepitumq;, & strata viarum.
Instant ardentes Tyrij: pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa:
Pars optare locum tecto, & concludere sulco.

Homericũ est q̃ fingit Vlyssẽ circũdari nebulá á Minerua. &c. Odys. vij.

Tus in Arabia crescit.

Alludit ad ueterẽ morẽ, quo sulcus ducebatur, tanto spatio, quãto urbs futura esset.

¶ *Ecphrasis.*

Talibus uerbis Aeneas incusat matrem, & tendit gressum ad mœnia. At Venus sepsit, id est, circũuallauit aëre obscuro Aeneam & Achatem gradientes .i. eũtes, & circũfudit illos multo amictu .i. uelamento nebulæ, ne quis possit eos cernere, nec contingere, uel moliri moram .i. detinere illos, aut poscere causas ueniendi .i. unde uenirent, & quo irent. Ipsa Venus sublimis .i. per aërem volans abijt Paphũ urbem Cypri, in qua ipsa colitur, & læta reuisit .i. uisitat suas sedes .i. sua templa, ubi .i. Paphi est illi tẽplũ, & ubi aræ centũ calẽt illi .i. incenduntur thure Sabæo .i. Arabico. nam Saba portio est Arabiæ, & aræ illæ centum halant .i. spirãt sertis .i. florũ coronis recẽtibus. Interea dũ Venus recedit corripuere uiã ea parte, qua semita monstrat uiam. & ascendebant collem, qui plurimus .i. maximus imminet urbi, & qui collis aspectat desuper arces aduersas .i. unde urbs spectari poterat. tũc ex eo colle Aeneas miratur molem .i. ædificium. appo. magalia quondam .i. domos pastoricias. Et miratur portas urbis, & miratur strepitum artificum, & miratur strata uiarum .i. uias stratas. Tyrij ardentes .i. solliciti instant, pars, id est, quidam illorum instant ducere muros. & pars instat moliri .i. ædificare arcem. & pars instat subuoluere saxa manibus illa rotando, & pars instat optare, id est, eligere locũ tecto, id est, domui, & cõcludere .i. claudere domus aream sulco, id est, fossa.

Iura, magiſtratuſq; legunt, ſanctumq; ſenatum;
Hic portus alij effodiunt, hic alta theatris
Fundamenta locant alij, immaneſq; columnas
Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris.
Qualis apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt uenientum: aut agmine facto,
Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent:
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.
O fortunati, quorum iam mœnia ſurgunt,
Aeneas ait: & faſtigia ſuſpicit urbis.
Infert ſe ſeptus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miſcetq; uiris, neq; cernitur ulli.
Lucus in urbe fuit media: lætiſſimus umbra:

Portus, in quibus poſſent commercia fieri mercimonijs aduectis. &c.

¶ *Ecphraſis.*

legunt præterea iura. i. eligunt locum ubi reddatur ius, & magiſtratus, & ſenatum ſanctum. i. curiam. alij effodiunt hic. i. in aliquo loco portus, locantq; alta fundamenta theatri hic. i. in alio loco. & excidunt ex rupibus. i. ex rudi marmore columnas immanes. i. maximas. appo. alta decora. i. ornamēta ſcenis futuris. i. theatro. & ponit comparationē. Qualis labor exercet apes æſtate noua. i. uere ſub ſole. i. ad ſolem per rura florea. i. floribus plena. cum. i. quo tēpore educūt fœtus adultos gentis ſuæ. i. examina nouarū apium, aut cū ſtipant. i. reponunt mella liquentia. i. pura, & diſtendūt cellas nectare dulci. i. melle. aut accipiunt onera apium uenientium, aut facto agmine, id eſt, impetu arcent, id eſt, remouent á præſepibus, id eſt, alueis fucos, id eſt, apes illas ignauas, id eſt, non mellificantes. appo. pecus ignauum, id eſt, inutile: opus mellis faciendi feruet, id eſt, exercetur, & mella fragrantia, id eſt, bene olentia redolent thymo, id eſt, thymo odoranti ſpirant. tunc Aeneas ait. O fortunati uos, quorum mœnia iam ſurgunt. & ſuſpicit, id eſt, ſurſum aſpicit faſtigia urbis. & ſeptus nebula infert ſe per medios. ſ. tyrios, & miſcet ſe uiris illis, nec cernitur ulli, id eſt, ab ullo. mirabile dictu, id eſt, cum dicitur. & deſcribit locum, ubi Tyrij templum extruebant, dicens. Lucus fuit in urbe media, id eſt, ubi nunc eſt media lætiſſimus umbra, id eſt, amœniſſimus.

Quo primum iactati vndis, & turbine Pœni
Effodere loco ſignum, quod regia Iuno
Monſtrarat, caput acris equi: ſic nam fore bello — Portētum: al. ſignum
Egregiam, & facilem victu per ſæcula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido — Dido dicta
Condebat, donis opulentum, & numine Diuæ: — Sidonia à
Aerea cui gradibus ſurgebant limina, nexæq; — Sidone, q̄ ci
Aere trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis. — uitas pri=
Hoc primum in luco noua res oblata timorem — mum fodit
Leniit: hic primum Aeneas ſperare ſalutem — metalla.
Auſus: & afflictis melius confidere rebus.
Nanq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo
Reginam opperiens: dum quæ fortuna ſit vrbi,
Artificumq; manus inter ſe, operumq; labores — al. laborem
Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaq; iam fama totum vulgata per orbem,
Atridas, Priamumq;, & ſæuum ambobus Achillem.

¶ *Ecphraſis.*

quo in loco Pœni. i. Tyrij iactati undis & turbine. i. tempeſtate effodere ſignum, unde auſpicium caperent, quod Iuno regia. i. regina monſtrauit caput, equi acris. i. fortis. nam id ſignū erat, gentem illam fore egregiā bello. i. futuram eſſe, & facilem uictu. i. ut uinceretur per ſæcula. Hic. i. in hoc luco Dido Sidonia condidit ingens tēplū opulentū. i. plenū donis, & numine. i. maiſtate diuæ. i. Iunonis. Cui tēplo limina ærea ſurgebāt. i in altū erigebātur gradibus, & trabes nexæ. i. colligatæ ære ſurgebant, & cardo ianuarum ſtridebat foribus ahenis. i. ex ære. hoc in luco. i. in templo memorato noua res oblata leniit. i. mitigauit timorem Aeneæ. & Aeneas hic. i. in hoc loco primum auſus eſt ſperare ſalutem, & confidere melius in rebus afflictis. Namq; dū ille luſtrat. i. inquirit ſingula ſub templo illo ingenti, opperiens. i. dum opperitur reginam, & dum miratur, quæ, id eſt, quā proſpera fortuna ſit urbi, & miratur manus artificum inter ſe, quia certatim opus faciebant, & miratur laborem operum, uidet pugnas Iliacas ex ordine. i. ut quæq; res geſta erat, & uidet bella iam vulgata fama i. per famā per orbē totū, et uidet Atridas Agamēnonē, & Menelaū, et uidet Priamū, & Achillem ſæuū ambobus. ſ. Agamēnoni propter Briſeidem raptam, & Priamo propter Hectora interfectum,

Fingit Homerus oẽs Troianos ab Achille solo fugari, Græcos ab Hectore

Constitit:& lachrymans,Quis iam locus,inquit,Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus, sunt hic etiam sua prẹmia laudi:
Sunt lacrymæ rerum,& mentem mortalia tangunt.
Solue metus:feret hæc aliquam tibi fama salutem.
Sic ait:atq; animum pictura pascit inani,
Multa gemens,largoq; humectat flumine vultum.
Nanq; videbat vti bellantes Pergama circum
Hac fugerent Graij,premeret Troiana iuuentus:
Hac Phryges,instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhœsi niueis tentoria velis
Agnoscit lachrymans:primo quæ prodita somno
Tydides multa vastabat cæde cruentus.
Ardenteisq; auertit equos in castra prius,quam
Pabula gustassent Troiæ,Xanthumq; bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer,atq; impar congressus Achilli,

¶ *Ecphrasis.*

Constitit tunc Aeneas,& lachrymans, inquit,ô Achate quis locus,& quæ regio in terris non est plena nostri laboris? En Priamus tibi adest, etiam hic, scilicet apud has gentes sunt sua præmia laudi, id est, uirtuti, quæ laudem meretur. & hic sunt lacrymæ rerum, id est, commiseratio. & mortalia, id est, res humanæ tangunt mentem. Igitur solue metus, id est, ne timeas, quia hæc fama feret tibi aliquam salutem. Sic ait Aeneas, atque pascit, id est, recreat et reficit animũ pictura inani: quia nihil est nisi umbra rerũ, gemens multa. i. multũ, & humectat. i. rigat vultũ. i. faciem largo flumine lachrymarũ. Nãq; uidebat uti. i. quasi bellantes circum Pergama, & q, hac. i. in alia parte Graij fugerent, & iuuentus Troiana premeret. i. insequeretur. et hac, id est, in alia parte Phryges fugerent, & Achilles cristatus. i. galea cristata armatus instaret illis curru. Nec procul hinc ille lacrymans agnoscit tentoria Rhœsi regis Thraciæ uelis niueis, nam in eo agnouit, quæ ꝓdita primo somno a Dolone Tydides cũ Vlysse multa cæde cruẽtus uastabat, & auertit equos ardentes Rhœsi in castra Græcorũ, priusq̃ gustassent pabula Troiæ, et bibissent Xanthum, quod utrumq; fatale erat. Parte alia picturæ erat Troilus puer infelix, et impar uiribus congressus Achilli, id est, cum Achille

Fertur

Fertur equis, currúq; hæret resupinus inani,
Lora tenens tamen: huic ceruixq́;, comæq́; trahuntur
Per terram, & uersa puluis inscribitur hasta.
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant
Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles.
Tum uero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt spolia, ut currus, utq; ipsum corpus amici,
Tendentemq́; manus Priamum conspexit inermeis.
Se quoq; principibus permistum agnouit Achiuis,
Eoasq; acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens; medijsq; in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ

Vis inuidiæ.

Mēnō, q̃a ab Oriente Venerat. Auroræ filiꝰ fuisse legit. Historiam Mēnonis, & Amazonum uide apud Quintum Calabr.

¶ *Ecphrasis.*

fertur, id est, raptatur ab equis, & resupinus hæret currui inani, nam currū datiuus est regularis, fertur dico tamen tenens lora, & ceruix & comæ trahuntur huic Troilo per terram, & puluis terræ, in qua trahebatur, inscribitur, id est, sulcatur hasta uersa. Interea dum hæc fiebant extra urbem, Iliades. i. mulieres Troianæ ibant ad templum Palladis non æquæ, id est, Troianis iniquæ, Iliades dico crinibus paßis, id est, apertis, & tristes ferebant suppliciter peplum. i. ipsius Deæ pallium, & tunsæ pectora, id est, habentes pectora tunsa & percussa palmis. Diua, id est, Pallas auersa, id est, ora auertens tenebat oculos auersos. & erat etiam in pictura quemadmodum Achilles raptauerat ter Hectora circum muros Troianos, & quomodo uendebat corpus Hectoris exanimum, id est, mortuum. Tunc Aeneas dat ingentem gemitum ab imo pectore, ut conspexit spolia, & currus, & corpus ipsum amici, id est, Hectoris, & conspexit Priamum tendentem manus inermes more supplicum. Præterea cognouit se permixtum principibus Achiuis, id est, Græcis: & agnouit acies Aeoas, id est, Orientales, & pro, id est, arma Memnonis nigri, qui fuit Auroræ filius, & uenit auxilio Troianis. Erat etiam quemadmodum Penthesilea furens. i. irata ducit agmina Amanizonidū peltis. i. scutis lunatis armatarū, & illa subnectēs cingula aurea mām̄æ exertæ

Bellatrix, audetq; uiris concurrere uirgo,
Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda uidentur:
Dum ſtupet, obtutuq; hæret defixus in uno,
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Alias. Incedit. Inceſſit, magna iuuenum ſtipante caterua:
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
caterua ali. corona Exercet Diana choros, quam mille ſecutæ
Hinc atq; hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradienſq; Deas ſupereminet omneis:
Latonę tacitum pertentant gaudia pectus:
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat
Per medios, inſtans operi, regniſq; futuris:
Tum foribus Diuæ, media teſtudine templi
Septa armis, ſolioq; alte ſubnixa reſedit.
Officium Regis. Iura dabat, legeſq; uiris, operumq; laborem
Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat:
Cum ſubito Aeneas concurſu accedere magno

¶ Ecphraſis.

id eſt, apertæ bellatrix ardet in milibus medijs armatorum, & illa uirgo audet concurrere uiris, id eſt, cum uiris: Dum hæc ſuperiora uidentur miranda Aeneæ Dardanio, & dum ſtupet, & manet defixus, id eſt, intentus in uno obtutu, id eſt, ſolo uiſu, Regina Dido pulcherrima forma inceßit ad templum, ubi Aeneas erat, magna caterua iuuenum comitante illam, & ponit comparationem: qualis Diana exercet choros uirginum in ripis Eurotæ fluminis Lacedæmoniæ, aut per iuga Cynthi montis in Delo inſula, quæ loca Diana eſt ſolita frequentare, quam Dianam mille Oreades. i. Deæ montiū ſecutæ glomerantur hinc atq; hinc, id eſt, ab omni parte, & illa Diana fert humero pharetram, & gradiens, id eſt, incedens ſupereminet omnes Deas. i. reliquas Nymphas, & tunc gaudia pertentant, id eſt, mouent pectus, id eſt, cor tacitum Latonæ matris ſuæ: Dido talis erat, qualis Diana, & illa læta talem ferebat ſe per medios artifices, inſtans operi ædificando, & regnis futuris, id eſt, in qua urbe futurum erat regni caput, tū, id eſt, deinde Dido ſepta armis, & ſubnixa, id eſt, ſuſtentata ſolio alte. i. alto reſedit in foribus Diuæ. i. templi Iunoni dedicati, ubi dabat iura, & leges uiris, id eſt, iudiciū exercebat inter ſubditos, & æquabat laborē operū partibus iuſtis, aut trahebat ſorte. i. ex urna ſortiri illos iubebat. Cū. i. quo tēpore Aeneas ſubito uidet

Anthea, Sergestumq́ uidet, fortemq́ Cloanthum,
Teucrorumq́ alios: ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitusq́ alias aduexerat oras.
Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates
Lætitiaq́, metuq́: auidi coniungere dextras
Ardebant, sed res animos incognita turbat.
Dissimulant: & nube caua speculantur amicti,
Quæ fortuna uiris: classem quo littore linquant:
Quid ueniant: cunctis nam lecti nauibus ibant
Orantes ueniam, & templum clamore petebant.
Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit:
O regina, nouam cui condere Iuppiter urbem,
Iustitiaq́ dedit gentes frænare superbas,
Troës te miseri, uentis maria omnia uecti

Alias. est data.

¶Ecphrasis.

Anthea, id est, Antheum, & socium Sergestum, & Cloantum fortem, & alios Teucrorum, & accedere ad Reginam magno concursu, id est, strepitu, quos Aeneæ comites ater turbo, id est, nigra tempestas dispulerat, aduexeratq́; penitus ad oras alias, id est, diuersas. Tunc ipse Aeneas obstupuit, & Achates simul cum Aenea perculsus est, id est, animo commotus lætitia & metu, nam & sperabant aliquid boni, ideo auidi ardebant, id est, cupiebant coniungere dextras, & timebant aliquid mali, ideo subdit, sed res incognita turbat illorum animos. Itaque donec experientiam facti habeant dissimulant, & amicti, id est, circundati nube caua, id est, obscura speculantur, expectantes, audireq́; cupientes, quæ fortuna sit illis, qui ueniebant, & quo in littore linquant classem .i. naues ad quid præterea ueniant, neque enim poterat esse ueniendi causa, quia lecti, id est, uiri electi, & insignes ibant ex cunctis nauibus, puta ex qualibet naue bini, aut terni, ibant dico orantes ueniam, & petebant templum clamore, id est, clamantes se deduci ad templum, sed posteaquam introgressi sunt in templū, & copia fandi coram, id est, in præsentia Reginæ est illis data, Ilioneus uir maximus incœpit sic pectore placido, id est, tranquillo. O Regina, cui Iuppiter dedit condere, id est, fundare urbē nouā, & cui dedit frænare .i. gubernare iusticia gētes superbas .i. barbaras. Nos miseri Troës .i. Troiani uecti uentis .i. maris nauigatione circū oīa maria.

Oramus, prohibe infandos a nauibus ignes:
Parce pio generi, & propius res aspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora uertere prædas:
Non ea uis animo, nec tanta superbia uictis.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ:
Oenotrij coluere uiri: nunc fama minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Huc cursus fuit.
Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion
In uada cæca tulit, penitusq; procacibus Austris,
Perq; undas, superante salo, perq; inuia saxa
Dispulit, huc pauci uestris adnauimus oris.
Quod genus hoc hominum? quæue hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.

Alias. spumante.

Per admirationē patheticā Didonē hortat' ab honesto qd' iure gentium nemini negetur hospitiū.

¶ *Ecphrasis.*

oramus te, prohibe à nauibus ignes infandos, nam custodes uoluerunt Troianorum naues incendere, & parce nobis generi pio, id est, religioso, & aspice res nostras propius, id est, clæmentius, quia nos non uenimus huc populare, id est, ad populandum, & deuastandum ferro, id est, armis Penates Lybicos, & non uenimus uertere, id est, ad uertendum ad littora prædas raptas, quia ea uis non est in animo nostro, neque tanta superbia est uictis, ut id facere audeant, sed dicit, quo fit iter illis. Locus (inquit) est, quam Graij dicunt Hesperiam. appositiue. terra antiqua, & potens armis, id est, bellicosa, & potens ubere, id est, fertilitate glebæ, id est, terræ: uiri Oenotrij. i. populi, qui prius Italiam tenuerunt, coluerunt illam, sed nunc fama est, minores dixisse illam Italiam appositiue gentem de nomine ducis, quia ab Italo Rege Italia est appellata, huc pro illuc, id est, in Italiam cursus noster fuit, cum Orion nymbosus, constellatio est suscitans tempestatem, assurgens fluctu subito tulit nos in uada cæca, id est, occulta, & dispulit, id est, dissipauit nos penitus Austris procacibus, id est, uentis furentibus per undas & per saxa inuia, id est, scopulos innauigabiles, & hoc salo, id est, mari superante, & sic pauci ex omnibus adnauimus huc scilicet uestris oris, sed quod genus hominum hoc sit? ignoramus, uel quæ terra tam barbara, & ab humanitat aliena permittit hunc morem,

Bella cient: primaq; uetant conſiſtere terra.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma;
At ſperate Deos memores fandi, atq; nefandi.
Rex erat Aeneas nobis: quo iuſtior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Quem ſi fata uirum ſeruant, ſi ueſcitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris; Alias.neq;
Non metus, officio nec te certaſſe priorem Alias.nec
Pœniteat: ſunt & Siculis regionibus urbes,
Armaq;, Troianoq; a ſanguine clarus Aceſtes.
Quaſſatam uentis liceat ſubducere claſſem,
Et ſyluis aptare trabes, & ſtringere remos.
Si datur Italiam ſocijs, & rege recepto,
Tendere: ut Italiam læti, Latiumq; petamus.
Sin abſumpta ſalus, & te pater optime Teucrum
Pontus habet Libyæ, nec ſpes iam reſtat Iuli:

¶ *Ecphraſis.*

hoc eſt, quia cuſtodes tui cient, id eſt, mouent nobis bella, & uetãt nos conſiſtere in prima terra, id eſt, in littore. Quod ſi uos temnitis, id eſt, contemnitis genus humanum & arma mortalia, id eſt, hominum, at ſperate, id eſt, timete Deos memores fandi & nefandi, id eſt, qui bonis & malis ſecundum opera retribuunt. Aeneas erat nobis Rex, quo alter quiſquam non fuit iuſtior, nec maior pietate, nec maior bello & armis. Quem uirum ſi fata ſeruant, & ſi ueſcitur aura ætherea, id eſt, ſpirat & uiuit, nec adhuc occubat, id eſt, mortuus eſt umbris crudelibus, non metus ſit, nec pœniteat, id eſt, parum uideatur te priorem certaſſe officio, id eſt, conferre in nos beneficia priorem incœpiſſe. Præterea ſunt etiam nobis urbes in regionibus Siculis, id eſt, Siciliæ, & ſunt etiam arma in Sicilia, eſt etiam nobis in Sicilia Aceſtes clarus á ſanguine Troiano, quia ut in quinto libro dicturus eſt, ex matre Troiana & Criniſſo Siciliæ fluuio eſt conceptus. Igitur liceat nobis per te ſubducere claſſem quaſſatam uentis, et liceat aptare trabes ex ſyluis.i.fabricare materiam ad naues reficiẽdas, & ſtringere remos.i.arborũ ramos ad remos faciẽdũ. Si dat̃.i.cõcedit̃ tẽdere in Italiã recepto rege.ſ.Aenea, et ſocijs amiſſis, ita ut nos læti petamꝰ Italiã.i.illã Italiæ partẽ, q̃ dicit̃ Latiũ, ſin ꝓ ſed ſi ſalꝰ noſtra eſt abſũpta.i.deꝑdita, et ó pater optime Teucrũ ꝓ teucrorũ.i.ó Aenea põtꝰ Libyæ.i.Africæ tenet te.ſ.ſubmerſũ, nec ulla ſpes Iulij filij tui

At freta Sicaniæ saltem, sedesq; paratas,
Vnde huc aduecti, regemq; petamus Acesten.
Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant.
Dardanidæ.
Tum breuiter Dido, uultum demissa, profatur:
Soluite corde metum Teucri: secludite curas.
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
Moliri: & late fines custode tueri.
Quis genus Aenadum, quis Troiæ nesciat urbem?
Virtutesq;, uirosq;, aut tanti incendia belli?
Non obtusa adeo gestamus pectora pœni,
Nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe.
Seu uos Hesperiam magnam, Saturniaq; arua,
Siue Erycis fines, regemq; optatis Acesten.
Auxilio tutos demittam, opibusq; iuuabo.
Vultis & his mecum pariter considere regnis?

A persona Troianorũ quos dignos esse dicit hospitio.
Sed al. Seu
Pollicitatio.
Hospitalitas.

¶ *Ecphrasis.*

restat, id est, est relicta. At saltem petamus freta Sicaniæ, id est, Siciliæ, & regem Acesten, & sedes paratas, unde, id est, á quibus nos sumus aducti huc, id est, in Africam. Ilioneus locutus est talibus, scilicet, uerbis. cunctiq; Dardanidæ, id est Troiani fremebant, id est, murmurabant simul ore, quasi diceret susurrabant. Tunc Dido demissa uultum, id est, habens uultum demissum, profatur breuiter, id est, paucis uerbis. O Teucri soluite, id est, pellite metum á corde uestro, secludite, id est, excludite curas, id est, timores, quia res dura, id est, imperij infirmitas, & nouitas regni cogunt me moliri talia, & tueri fines mei regni longe & late. Quis nesciat genus Aeneadum pro Aeneadarum, hoc est, Troianorum? & quis nesciat urbem Troiæ, & quis nesciat uirtutes illorum, & uiros, & incendia, id est, furores tanti belli? quasi diceret, nemo est qui nesciat, hoc est, omnes sciunt, quia nos pœni non gestamus pectora, id est, corda adeo obtusa, id est, ab humanitate aliena, nec Sol tam auersus ab urbe Tyria, id est, Carthagine iungit equos, id est, ducit lucem. Igitur seu uos ò Troiani optatis magnam Hesperiam, id est, Italiam, quia minor Hesperia est Hispania, & pro, id est, arua Saturnia, id est, in quibus olim Saturnus regnauit, siue optatis fines Erycis, id est, Siciliam, ubi est Eryx mons, & optatis Acesten regem, & ego dimittam uos tutos auxilio, & iuuabo uos opibus, & si uos uultis considere mecum pariter in his regnis.

Vrbem quam ſtatuo, ueſtra eſt: ſubducite naueis:
Tros, Tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur.
Atq; utinam rex ipſe Noto compulſus eodem
Afforet Aeneas, equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo:
Si quibus eiectus ſyluis, aut urbibus errat.
His animum arrecti dictis, & fortis Achates,
Et pater Aeneas, iandudum erumpere nubem
Ardebant, prior Aeneam compellat Achates:
Nate Dea, quæ nunc animo ſententia ſurgit?
Omnia tuta uides: claſſem ſocioſq; receptos.
Vnus abeſt, medio in fluctu quem uidimus ipſi
Submerſum: dictis reſpondent cætera matris.
Vix ea fatus erat, cum circumfuſa repente
Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum.
Reſtitit Aeneas, claraq; in luce refulſit,
Os, humeroſq; Deo ſimilis: nanq; ipſa decoram

¶ *Ecphraſis.*

Vrbem pro urbs, quam ſtatuo, ueſtra eſt, ſubducita naues, id eſt, ex mari ad naualia ducite, quia Tros & Tyrius agetur mihi, id eſt, regetur á me nullo diſcrimine, id eſt, differentia. Atq; utinam ipſe Rex Aeneas compulſus eodem Noto, id eſt, uento afforet, equidem ego dimittam certos exploratores per littora, & iubebo illos luſtrare extrema Libyæ, id eſt, Aphricæ fines, ſi forte errat eiectus aliquibus ſyluis, aut urbibus. & fortis Achates, & pater Aeneas arrecti animum, id eſt, habentes animum arrectum his dictis, id eſt, Reginæ uerbis, ardebant, id eſt, ardenter uolebant erumpere nubem, id eſt, cum impetu ex nube exire, ſed Achates prior compellat Aeneam, id eſt illum alloquitur. O Aenea Nate Dea, id eſt, Venere, quæ ſententia ſurgit nunc aniomo tuo, id eſt, quid tibi uidetur? tu uides omnia tuta, & uides claſſem & ſocios receptos, id eſt liberatos. Vnus ex omnium numero abeſt, quem nos ipſi uidimus ſubmerſum in fluctu, Orontem intelligit, qui in tẽpeſtate perierat, cætera reſpondent dictis, id eſt, uerbis tuæ matris, quam in ſylua uidiſti, & uix Achates fatus, id eſt, locutus erat ea. ſcilicet, uerba, cũ nubes circũfuſa ſcindit ſe repente. i. reſoluitur, & purgat ſe in æthera apertum, id eſt, purum, & tunc Aeneas reſtitit. i. ſtetit, & ipſe ſimilis Deo os & humeros. i. habẽs os & humeros Deo ſimiles refulſit in luce clara. Nam ipſa genitrix, quo tẽpore illũ genuit,

Cæsariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis adflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flauo
Argentum, Pariusue lapis circundatur auro.
Tum sic reginam alloquitur, cunctisq; repente
Improuisus ait: Coram, quem quæritis, adsum
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.
O sola infandos Troiæ miserata labores,
Quæ nos reliquias Danaum, terræq;, marisq;
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos,
Vrbe, domo socias; grates persoluere dignas
Non opis est nostræ, Dido, nec quicquid ubiq; est
Gentis Dardaniæ, magnum quæ sparsa per orbem.
Dij tibi, si qua pios respectant numina: si quid
Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant, quæ te tam læta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuere parentes?

Amoris se dē esse oculos, ueteres Poëtæ dixerūt. Ex abrupto orditur, significans insperatum & impulsum apparere.

¶ *Ecphrasis.*

afflarat.i. inspirauerat nato cæsariem decoram, & lumen iuuentæ purpureum.i. pulchrū, et honores lætos.i. pulchritudines iucundas oculis subaudi afflarat, quod comparatione ostendit: quale decus.i. ornamentum manus artificum addunt ebori, cum ex eo faciunt statuam, aut ubi argentum, siue lapis Parius ex Paro insula Aegei maris, qui est candidißimus, circundatur auro quod uulgo dicimus engastar. Tunc Aeneas alloquitur reginam sic.i. in modum sequentem, & ille improuisus ait cunctis repente. Ego Aeneas Troius, quem uos quæritis, adsum coram, ereptus ab undis Libycis.i. maris Aphrici. O regina sola miserata infandos labores Troiæ, q̃ socias.i. recipis quasi socios & hospites urbe tua & domo nos reliquias Danaum pro Danaorū & terræ et maris.i. qui ex bello Troiano et periculis terræ marisq; simus liberati, nos dico exhaustos omnib9 casibus.i. diminutos, et egenos omnium, o Dido, non est opis.i. facultatis nostræ persoluere tibi grates dignas, id est, meritas & non solum nos id non possumus facere, sed nec quicquid gentis Dardaniæ est ubiq;, quæ gens est sparsa per magnum orbem. Sed si qua numina respectāt.i. respiciunt pios, & si quid iustitiæ est usquam.i. in aliquo loco, Dij ferant.i. dent tibi præmia digna, & mens tua conscia sibi recti det tibi præmia digna, quæ sæcula tam læta tulerunt te? id est, genuerunt? & qui tanti parentes genuerunt te talem?

In freta dum fluuij current, dum montibus umbræ
Luſtrabunt, conuexa polus dum ſydera paſcet,
Semper honos, nomenq; tuum, laudeſq; manebunt:
Quæ me cunq; uocant terræ. Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, læuaq; Sereſtum,
Poſt alios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido,
Caſu deinde uiri tanto: & ſic ore locuta eſt:
Quis te nate Dea per tanta pericula caſus
Inſequitur? quæ uis immanibus applicat oris?
Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad undam?
Atq; equidem Teucrum memini Sidona uenire,
Finibus expulſum patrijs, noua regna petentem
Auxilio Beli: genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & uictor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo caſus mihi cognitus urbis

Belus nomen appellatiuũ, qđ regem notat, alias Baal dicit.

¶ *Ecphraſis.*

dum fluuij current In freta, & dum umbræ luſtrabunt montibus, & dum polus paſcet ſydera conuexa, id eſt, ſpherica, honos tuus & nomen tuum, & laudes tuæ manebunt ſemper omnibus in locis, quæcunq; terræ uocant me. Et poſteaquam ſic fatus eſt, petit dextra Ilioneum, & læua, id eſt, ſiniſtra manu petit Sereſtum. Poſt, id eſt, deinde petit alios, ſcilicet, fortem Gyan, fortemq; Cloanthum. Dido Sidonia, quæ ex Sidone urbe Tyroq; uenerat, obſtupuit primo aſpectu, tanto caſu, id eſt, tam uaria fortuna uiri Aeneæ, deinde locuta eſt ſic ore. O Nate Dea quis caſus, id eſt, fortuna inſequitur per tanta pericula, & quæ uis, id eſt, uiolentia applicat te oris, id eſt, regionibus immanibus, id eſt, crudelibus & barbaris. Tu ne es ille Aeneas, quem Venus alma genuit Anchiſæ Dardanio, id eſt, Troiano ad undas Symoentis fluminis Phrygij, id eſt, Troiani. Atque equidem memini Teucrum uenire Sidona urbem Phœniciæ expulſum finibus patrijs, id eſt, ex Salamina inſula, ubi regnabat pater illius, & petentem noua regna, id eſt, quærentem auxilio, id eſt, militibus Beli auxiliaribus, tum Belus genitor meus uaſtabat Cyprum opimam bello, & ille uictor tenebat illam ditione. Iam ex illo tempore caſus urbis Troianæ fuit mihi cognitus,

Troianæ,nomenq́; tuum,regesq́; Pelasgi.
Ipse hostes Teucros insigni laude ferebat:
Seq́; ortum antiqua Teucrorum a stirpe uolebat:
Quare agite o tectis iuuenes succedite nostris:
Me quoq; per multos similis Fortuna labores
Iactatam, hac demum uoluit consistere terra.
Non ignara mali, miseris succurrere disco.
Sic memorat:simul Aeneam in regia ducit
Tecta: simul Diuum templis indicit honorem.
Nec minus interea socijs ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suum, pingueis centum cum matribus agnos,
Alias die Munera lætitiamq́; Dei.
At domus interior regali splendida luxu
Apparat⁹ conuiuij. Instruitur: medijsq́; parant conuiuia tectis.
Arte laboratæ uestes,ostroq́; superbo:
Ingens argentum mensis, cælataq́; in auro

¶Ecphrasis.

nomen quoque tuum, & Reges Pelasgi sunt mihi cogniti, & ipse quamuis hostis Troianorum ferebat, id est, extollebat laude insigni Teucros, & uolebat se ortum ab antiqua Teucrorum stirpe, quia illum Telamon genuit ex Hesione Laomedontis filia, quare ó iuuenes agite, id est, eia succedite nostris tectis, id est, intrate domos nostras, quia Fortuna similis Fortunæ uestræ uoluit me quoque iactatam per multos labores demum, id est, in fine cosistere in hac terra, & ego non ignara mali, id est, malorum experta disco succurrere miseris, id est, afflictis. Sic Dido memorat, id est, narrat, & ducit simul, id est, secum Aeneam in tecta regia, & simul indicit honorem, id est, præcipit parare sacrificia templis Diuum pro Deorum. Nec minus, id est, præterea mittit Dido ad littora socijs Aeneæ uiginti tauros, & centum terga horrentia magnorum suum, scilicet, ad sociosmittit, & centum agnos cum matribus, & lætitiam Dei, id est, uinum. apppsitiue. munera. At domus interior, id est, domus penetralis, splendida luxu regali Instruitur, & parant conuiuia in medijs tectis. Et erant in eo apparatu uestes laboratæ arte Phrygionis, & ostro superbo.i.purpura nobili,& argentum ingens erat in mensis,& fortia patrū suorū facta erant cælata

Fortia facta patrum, series longissima rerum,
Per tot ducta uiros, antiquæ ab origine gentis.
Aeneas (neq; enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naueis præmittit Achatem,
Ascanio ferat hæc, ipsumq; ad mœnia ducat:
Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet, pallam signis, auroq; rigentem,
Et circumtextum croceo uelamen acantho,
Ornatus Argiuæ Helenæ: quos illa Mycenis,
Pergama cum peteret, inconcessosq; Hymenæos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.
Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim
Maxima natarum Priami: colloq; monile
Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam.
Hæc celerans, iter ad naues tendebat Achates,

Bacca inter uniones gemma nobilissima.

¶ *Ecphrasis.*

in auro. appositiue. series longissima rerum.i.stemma nobilitatis, ducta per tot uiros ab antiqua.i.longæua origine gentis illius.i.iam inde usq; á Belo *primo Assyriorum rege, á quo* Belus Elysæ *pater ducebat originem.* Aeneas *præmittit ad naues* Achatē *rapidum.i.uelocem, ut ferat.i. denunciet hæc* Ascanio, & *ducat ipsum ad mœnia.i.urbem, & per parenthesim interposuit, quia patrius amor.i. patris non passus est mentem illius consistere.i.quiescere & tranquillam esse, quia omnis cura parentis chari stat.i.quiescit in* Ascanio. *Præterea iubet* Aeneas *ferre* Achatem *ex nauibus munera erepta ex ruinis* Iliacis.*i.ex urbis* Troianæ *incendio.s.pallā ueſtē rigentē.i.asperā signis et auro .i.imaginib9 ex auro intertexto, et uelamē circū.i.in circuitu textū* Achāto.*spina est, cui9 species intexitur uestib9 pictis, pallam & uelamen dico, ornatus* Helenæ Argiuæ.*i.græcæ, quos illa extulerat* Mycenis *urbe, cum peteret* Pergama.*i.*Ilion, & Hymeneos.*i.nuptias* Paridis *incōcessos.i.legibus non permissos, munera dico, donum mirabile* Ledæ *matris, scilicet,* Helenæ. *Præterea* Aeneas *iubet ferre sceptrum, quod* Ilione, *quæ fuit maxima natarum* Priami, *id est, primogenita gesserat olim, & iubet ferre monile collo, id est, ad ornamentum colli, baccatum, id est, gemmis ornatum, & coronam duplicem gemmis & auro, id est, ex utraque materia factam.* Achates *celerans hæc, id est, propter hæc dona ferenda, tendebat iter, id est, ibat ad naues.*

At Cytherea nouas artes, noua pectore uersat
Consilia: ut faciem mutatus, & ora Cupido
Pro dulci Ascanio ueniat: donisq; furentem
Incendat Reginam, atq; ossibus implicet ignem:
Quippe domum timet ambiguam, Tyriosq; bilingues,
Vrit atrox Iuno: & sub noctem cura recursat,
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem:
Nate, meæ uires, mea magna potentia solus,
Nate patris summi, qui tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio, & supplex tua numina posco,
Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
Littora iactetur odijs Iunonis iniquæ,
Nota tibi, & nostro doluisti sæpe dolore:
Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur
Vocibus, & uereor quo se Iunonia uertant
Hospitia: haud tanto cessabit cardine rerum.

Narratio, & expositio rei gestæ, captat autem beneuolentiã à persona, & potentia Cupidinis.

¶ *Ecphrasis.*

At, scilicet, dum hæc fiebant, Cytherea, id est, Venus, quæ colitur Cytheris, uersat in pectore suo nouas artes, & noua consilia, hoc est, ut Cupido mutatus faciem & ora ueniat pro dulci Ascanio, & incendat donis Reginam iam amore Aeneæ furentem, atque implicet, id est, innectat ignem, id est, amorem ossibus. Quippe pro quoniam ipsa timet domum ambiguam, id est, incertam, & Tyrios bilingues, id est, mendaces. Præterea Iuno atrox. i. inimica urit, id est, sollicitat Venerem, & hæc cura recursat, id est, occurrit illius animo sub noctem. Ergo Venus affatur, id est, alloquitur his uerbis Amorem. i. Cupidinem aligerum, id est, alatum. O Nate. appositiue. meæ uires, & solus mea potentia magna, & iterum. O Nate, qui contemnis tela patris summi, id est, Iouis fulmina Typhoëa, id est, quibus Typhoëum fulminauit, ego supplex confugio ad te, & posco tua numina, id est, potestatem. Nota tibi sunt, id est, res nota tibi est, ut, id est, quemadmodum Aeneas tuus frater iactetur circum omnia littora odiis Iunonis iniquæ, & tu sæpe doluisti dolore nostro, id est, simili. Dido Phœnissa, id est, quæ fuit ex Phœnicia, tenet hunc, & moratur illum uocibus blandis, & nunc ego uereor, quo, id est, in quam partem hospicia Iunonia, id est, Carthaginenses, qui sunt in Iunonis tutela, uertant se, quia Iuno haud, id est, non cessabit tanto cardine, id est, opportunitate rerum.

Quocirca capere ante dolis, & cingere flamma
Reginam meditor: nequo se numine mutet:
Sed magno Aeneæ mecum teneatur amore.
Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem. Ali. Quo
Regius accitu chari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
Dona ferens pelago, & flammis restantia Troiæ:
Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,
Aut super Idalium sacrata sede recondam:
Ne qua scire dolos, medius ue occurrere possit.
Tu faciem illius noctem, non amplius, unam
Falle dolo, & notos pueri puer indue uultus:
Vt cum te gremio accipiet lætissima Dido,
Regales inter mensas, laticemque Lyæum:
Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallasque ueneno.
Paret amor dictis charæ genitricis, & alas

¶ *Ecphrasis.*

Quo circa ego meditor ante capere dolis Reginam, & cingere illam flamma, id est, amore, ne mutet se aliquo numine. sed potius teneatur mecũ magno amore Aeneæ, & qua, id est, quomodo possis facere id, accipe nunc nostram mentem, id est, consilium. Puer Regius Ascanius. appositiue. mea maxima cura parat ire ad urbem Sidoniam, id est, cuius incolæ sunt ex Sidone urbe Phœniciæ, hoc est, Carthaginem, & hoc accitu, id est, uocatione genitoris chari, scilicet, Aeneæ, puer dico ferens dona restantia pelago, & flammis Troiæ, ego recondam, id est, abscondam hunc puerum sopitum somno super alta cythera, aut super idalium, loca sunt prope Cyprum Veneri sacra, & ideo dicit in sede sacrata scilicet mihi, ne quisquam medius possit scire dolos qua, id est, aliqua ratione, aut possit occurrere. Igitur tu ó Cupido falle dolo, id est, accipe per dolum & fallaciam faciem illius, id est, Ascanij non amplius quam per unam noctem, & tu puer indue uultus notos pueri, ut inspires ignem occultum, & fallas ueneno, id est amore, cum Dido lætissima accipiet te gremio, & cum dabit amplexus, & figet oscula dulcia, & hoc inter mensas regales. & laticem Lyæum. i. Bacchicũ. i. uinum. Amor. i. cupido paret. i. obedit tunc dictis charæ genitricis, & exuit alas,

Exuit: & gressu gaudens incedit Iuli.
At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos: ubi mollis amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complectitur umbra.
Iamq; ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrijs, duce lætus Achate.
Cum uenit, aulæis iam se Regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamq; locauit.
Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus
Conueniunt: stratoq; super discumbitur ostro.
Dant famuli manibus lymphas: Cereremq; canistris
Expediunt: tonsisq; ferunt mantilia uillis.
Quinquaginta intus famulæ: quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere penates:
Centum aliæ, totidemq; pares ætate ministri:
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
Nec non & Tyrij per limina læta frequentes

Discūbūt in lectis, ueteri more. longa legit Gellius lib. iiij. capite. primo.

¶Ecphrasis.

& gaudens incedit gressu Iuli. id est, similis Iulo incessu. At Venus interea irrigat Ascanio placidam quietem per membra, & Dea tollit illum in altos lucos Idaliæ, quam diximus esse in Cypro, ubi amaracus mollis herba est odorata aspirans complectitur illum dulci umbra. Et iam Cupido ibat parens, id est, obediens dicto, scilicet, matris, & lætus Achate duce portabat dona regia, quia regum rant illa insignia, Tyrijs, id est, ad Tyrios, & cum uenit, iam Regina aurea, id est, pulchra composuit se aulæis superbis, id est, uestibus pictis, & locauit se mediam in sponda, id est, in lecto. & pater Aeneas & Troiana iuuentus iam conueniunt, & discumbitur, id est, omnes discumbunt ostro picto, id est, puro. Tunc famuli dant lymphas manibus, & expediunt canistris Cererem, id est, orbes panis, & ferunt mantilia uillis tonsis, id est, minutis. Quinquaginta famulæ erant intus, id est, in parte domus secretiore, quibus erat cura extruere penum, id est, parare & condire escas, & adolere penates flammis.i. thurificantes Dijs penatibus, & centum aliæ famulæ, & totidem ministri pares ætate erant, qui onerent mensas dapibus, & qui ponant pocula. Nec non, id est, præterea Tyrij cōuenere frequentes per limina læta.i. in quibus omnes læti erant.

Conuenere, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aeneæ: mirantur Iulum,
Flagrantisq; Dei uultus, simulataq; uerba,
Pallamq;, & pictum croceo uelamen acantho.
Præcipue infelix pesti deuota futuræ
Expleri mentem nequit: ardescitq; tuendo
Phœnissa: & puero pariter, donisq; mouetur.
Ille, ubi complexu Aeneæ, colloq; pependit,
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit. hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fouet, inscia Dido
Insideat quantus miseræ Deus. at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit: & uiuo tentat præuertere amore
Iampridem resides animos, desuetaq; corda.
Postquam prima quies epulis, mensæq; remotæ,
Crateras magnos statuunt, & uina coronant.

Deuouere est penitus se addicere alicui rei.

Vis amoris.

Conuiuij plixi mos

¶ Ecphrasis.

Tyrij dico iußi à regina discumbere toris pictis.i.tapetibus. Mirantur, subaudi, Tyrij dona Iuli.i.quæ Iulus putabatur afferre, cum re uera esset Cupido, & mirãtur uultus Dei Cupidinis flagrãtis.i.ardentis, & mirãtur uerba simulata, quia sub Iuli persona omnia dicebat, & mirantur Pallam, & uelamen pictum Achãto croceo, ut supradiximꝰ, sed Phœnissa infelix, & deuota.i.destinata futuræ pesti.i.amori nequit expleri mentem, synecdoche est per uerbum paßiuũ, ardescitq; tuendo. i. intuendo Cupidinem, & mouetur ad amorem pariter & puero & donis. Sed ille Cupido petit Reginam, ubi.i.posteaquam pepẽdit amplexu et collo Aeneæ, et impleuit amorem falsi genitoris.i.non ueri. Hæc.i.Regina hæret in puero oculis, & toto pectore.i.corde & cogitatione, et Dido inscia.i. ignorans interdum fouet.i. sustinet gremio puerum, nesciẽs quantus Deus insideat illi miseræ.i. quasi ad insidias sedeat. At ille Cupido memor matris Acidaliæ.i.Veneris, quæ in Acidalio Orcomeni fonte colitur, incipit abolere.i.ex memoria radere Sychæum maritum priorem, & tentat præuertere, id est, permutare uiuo amore.animos iam pridem resides, id est, languidos, & corda desueta, id est, amori non consueta. Postquam prima quies fuit epulis, & mensæ sunt remotæ, statuunt, id est, ponunt in mensa magnos crateras, & coronant uina, id est, crateribus coronas adhibent.

Fit strepitus tectis: uocemq́ per ampla uolutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia uincunt.
Hic regina grauem gemmis, auroq́ poposcit,
Impleuitq́ mero pateram, quam Belus, & omnes
A Belo soliti. tum facta silentia tectis.
Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyrijsq́ diem, Troiaq́ profectis
Esse uelis, nostrosq́ huius meminisse minores.
Adsis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno:
Et uos o cœtum Tyrij celebrate fauentes.
Dixit, & immensum laticum libauit honorem:
Primaq́ libato summo tenus attigit ore.
Tum Biciæ dedit increpitans: ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.
Post alij proceres. cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.

Votũ qđ fiebat apđ ueteres, dũ libabant dijs uina.
Alias. adsit.
Al. festum
Alias. in mensa.

¶ *Ecphrasis.*

Strepitus pedum fit in tectis, & uolutant uoces per ampla atria, & lychni, id est, lucernæ depẽdent ex laquearibus aureis. i. ex tectis auro incrustatis, & funalia. i. cerei uincunt noctem. i. tenebras noctis flammis. i. luce. Hic pro tunc Regina poposcit pateram grauem. i. oneratam gemmis & auro, & impleuit illam mero, quã Belus primus Rex Aßyriorum, & omnes descendentes ab illo usq; ad Dido soliti erant subaudi implere. Tũc facta sunt silẽtia tectis, et inquit. O Iuppiter tu uelis hunc diem esse lætũ Tyrijs comitibus meis, & profectis Troia. i. Troianis. qui ex Troia uenerunt, & per parenthesim interposuit, nam homines loquuntur te dare iura hospitibus, & uelis nostros minores meminisse huius subaudi diei. Præterea Bacchus dator lætitiæ, & bona Iuno adsint, alter quia Deus uini, altera quia urbis tutela, & uos ó Tyrij comites mei fauentes celebrate cœtum. i. societatem hanc hodie initam. Dixit Dido, & libauit honorem immensum laticum. i. uini, & libato, ipsa prima attigit summo ore tenus. i. usq; ad oris summitatẽ, tũc ipsa increpitans dedit pateram biciæ, & ille impiger hausit. i. bibit pateram spumantem, & proluit se. i. lauit auro pleno. i. patera uino plena. Post alij proceres fecerunt idem. Interea Iopas crinitus. i. longos habens crines personat cithara aurata, illa, scilicet canendo, quæ Atlas maximus princeps in Africa studiosus Astrologiæ docuit Iopam.

Hic

Hic canit errantem Lunam, Solisq; labores:
Vnde hominum genus,& pecudes: vnde imber,& ignes:
Arcturum, pluuiasq; Hyadas, geminosq; Triones.
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Ingeminant plausum Tyrij, Troësq; sequuntur.
Necnon & vario noctem sermone trahebat
Infelix Dido: longumq; bibebat amorem,
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.
Nunc quibus Auroræ venisset filius armis:
Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles.
Imo age,& a prima dic hospes origine nobis
Insidias, inquit, Danaum: casusq; tuorum:
Erroresq; tuos: nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris,& fluctibus æstas.

Memnon rex Orientalium, quẽ Tithonus, frater Laomedõtis ex Aurora sustulit.

al. et terris

¶ *Ecphrasis.*

Hic Iopas canit Lunam errantẽ, qa una est ex errãtibus stellis, et labores Solis, q̃a semp voluitur in cælo, & canit unde fuit primo genus hoĩm, et pecudes. i. reliqui ab hoibus animãtes. unde quoq; generetur in aëre imber, et ignes. i. fulmina. Canit pterea arcturũ cõstellationẽ septẽtrionalẽ, et hyadas pluuiosas, quia pluuias inducũt terris, & geminos triones. i. arctos duas. i. maiorẽ, minoremq;. Et canit quid. i. cur Soles hyberni tantũ properẽt tingere se. i. lauare Oceano, ubi Sol occidit, uel q̃ mora obstet noctibus tardis. i. cur dies hyemales sunt breues, noctes uero longæ. Tyrij ingeminãt plausũ, et Troes sequũtur. i. repetũt plausum. Necnõ. i. pterea Dido infœlix trahebat noctẽ uario sermone, et bibebat. i. cõcipiebat animo lõgũ. i. nimiũ amorẽ, rogitãs multa sup Priamo, et multa sup Hectore. i. de Priamo et de Hectore, & nũc rogitãs qbus armis auroræ filius uenisset. i. Memnõ, quẽ Aurora ex Tithono genuit. & nũc rogitãs q̃les fuissent equi Diomedis, quos á Rhœso abstulit. nũc Achilles quãtus fuisset corpore & uiribus. Immo, inqt Dido, ó hospes Aenea age. i eia dic nobis á prima origine insidias Danaũ. i. Græcorũ, et casus. i. fortunas tuorũ, qd' Aeneas lib. ij. faciet, & tuos errores qd' faciet. iij. lib. nã post Troiæ euersionẽ Aeneas septẽ annos errauit, anteaq̃ in Italiã uenit. Vnde dicit, nã septima æstas. i. annus portat te errantẽ omnibus terris & fluctibus. secũdum Eusebiũ tres tantũ anni interfuerunt.

FINIS LIBRI PRIMI.

MODESTINI IVRIS CONSVLTI IN SEcundum Aeneidos Librum argumentum.



Oonticuere omnes, tunc sic fortissimus heros
Fata recensebat Troiæ, casusq; suorum.
Fallaces graios, simulataq; dona Mineruæ,
Lacontis pœnã, & laxãtem claustra Sinonem.
Somnũ, quo monitus acceperat Hectoris atrum,
Iam flammas cæli, Troum, patriæq; ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper.
Impositumq; patrem collo, dextraq; præhensum
Ascanium, frustra tergum comitante Creusa
Erepta fato, socios in monte repertos.

¶ In calce huius secundi libri reperies enarrationẽ huius argumenti, hic typographorum incuria omissam.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS LIBER SECVNDVS.



Onticuere omnes, intentiq; ora tenebant:
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
Infandum Regina iubes renouare dolorẽ:
Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai: quæq; ipse miserrima vidi:
Et quorũ pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonũ, Dolopũ ve, aut duri miles Vlyssi
Temperet a lacrymis? & iam nox humida cælo

¶ Ecphrasis.

OMnes tunc conticuerũt, & intẽti tenebãt ora intẽta. s. in Aeneã. Et inde pater Aeneas orsus est sic. i. in modũ sequẽtẽ ab alto toro. i. mẽsa. O Regina, tu iubes me renouare dolorẽ infandum. i. non memorandum. s. ut. i. quemadmodum Danai eruerint opes Troianas. i. euerterint, & regnum Priami lamẽtabile, & iubes me renouare illa miserrima, quæ ipse. i. ego oculis uidi, & quorum fui magna pars, quia ibi domum & uxorem amisi. Quis Myrmidonũ miles, aut Dolopũ, aut Vlyßis tẽperet á lacrymis fando talia, qualia iubes me narrare, & nox humida

Præcipitat,ſuadentq́ꝫ cadentia ſydera ſomnos.
Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros,
Et breuiter Troiæ ſupremum audire laborem,
Quanquam animus meminiſſe horret,luctuq́ꝫ refugit,
Incipiam. Fracti bello,fatiſq́ꝫ repulſi
Ductores Danaum tot iam labentibus annis,
Inſtar montis equum,diuina Palladis arte
Aedificant;ſectaq́ꝫ intexunt abiete coſtas.
Votum pro reditu ſimulant, ea fama vagatur.
Huc delecta virum ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri;penituſq́ꝫ cauernas
Ingenteis,vterumq́ꝫ armato milite complent.
Eſt in conſpectu Tenedos,notiſſima fama
Inſula, diues opum, Priami dum regna manebant,
Nunc tantum ſinus,& ſtatio malefida carinis:
Huc ſe prouecti deſerto in littore condunt.
Nos abiiſſe rati, & vento petiſſe Mycenas.

¶Ecphraſis.

præcipitat, pro præcipitatur,& cadit cælo,& ſydera cadentia ſuadēt ſomnos.i. ut cubitum eamus. ſed ſi tātus amor.i.uolūtas eſt tibi cognoſcere noſtros caſus,& uis audire ſupremum laborem Troiæ.i.euerſionem,ego incipiam, quāquā animus meminiſſe horret.i.timet,& refugit,id eſt,recuſat id facere luctu,id eſt,propter luctum. Ductores.i.principes Danaorū fracti.i.defeſſi bello,& repulſi fatis,quia prohibebant Troiam capi,tot annis iā labētibus.i.lapſis ædificāt.i. fabricāt equū inſtar.i. ad ſimilitudinē mōtis,& hoc arte diuina Palladis, quæ p̄ſidet artificibus, & intexunt coſtas illi equo ex abiete.i.lignis abienis ſecta.i. inciſis ad hoc ipſum. & ſimulāt equum illū uotum pro redditu.i. propter hoc uouiſſe,ut feliciter redirent,& ea fama uagatur.i.ſparſa eſt in vulgus. Et includunt huc cæco lateri.i.in latus cæcū equi condūt,furtim ſortiti.i.per ſortes corpora delecta uirū ,p uirorū, & cōplēt penitus ingēti milite.i.militibus ingētes cauernas et uterū equi. Tenedos inſula notiſſima fama,diues dū regna Priāmi manebant,eſt in cōſpectu contra Troiā,q̄ inſula nūc tātū eſt ſinꝰ et ſtatio.i.portꝰ male fida.i.infidus carinis.Igitur Græci ,puecti.ſ.ex caſtris cōdūt ſe huc.i.abſcōdūt ſe in littore deſerto.Nos Troiani rati ſumꝰ.i.putauimus illos abiiſſe,et petiſſe Mycenas urbē uēto.i. nauigatiōe.

Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu:
Panduntur portæ; iuuat ire, & Dorica caſtra,
Deſertoſq́ue videre locos, lituſq́ue relictum.
Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles.
Claſſibus hic locus; hic acies certare ſolebant.
Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur equi: primuſq́ue Tymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari,
Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.
At Capys, & quorum melior ſententia menti,
Aut pelago Danaum inſidias, ſuſpectaq́ue dona
Præcipitare iubent, ſubiectiſq́ue vrere flammis:
Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.
Primus ibi ante omneis magna comitante caterua,
Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce:
Et procul; O miſeri, quæ tanta inſania, ciues?

¶ *Ecphraſis.*

Ergo omnis Teucria.i. Troia ſoluit ſe ex luctu longo.ſ. decem annorũ. portæ panduntur.i. aperiũtur. Iuuat.i. delectat nos ire, & uidere caſtra Dorica.i. græca, & locos deſertos, quos deſeruerunt Græci, & littus relictũ quoq; ab illis. Et aliqui ex Troianis dicebãt alijs. Hic erat manus Dolopũ, et Achilles ſæuus tendebat.i. tentoria figebat hic pro illic. Et hic erat locus claßibus, id eſt, erãt naualia, & acies hic pro illic ſolebant certare. Pars.i. alij ex Troianis ſtupet donũ exitiale, id eſt, mortiferum Mineruæ innuptæ.i. uirginis. & mirantur molem equi.i. magnitudinem, & Tymœtes Troianus nobilis primus hortatur equum duci intra muros, & locari in arce urbis, & hoc ſiue faciebat dolo, ſiue fata Troiæ ferebant ſic. Sed capis uir quoque nobilis, & illi quorum ſententia erat melior. aut iubent præcipitare pelago inſidias, & ſuſpecta dona Danaorũ, & urerere illa flammis ſubiectis, id eſt ſuppoſitis, aut iubent terebrare latebras cauas uteri illius equi, & tentare quid illic latebat. Vulgus incertum ſcinditur.i. diuiditur in ſtudia, id eſt, fauores contraria.i. diuerſa, quia alius alij fauebat. Ibi, id eſt, tunc Laocoon primus ante alios omnes ardens.i. iratus decurrit ab arce ſumma comitante illum magna caterua. Et inquit procul, ò miſeri ciues, quæ tanta eſt ueſtra inſania?

Creditis auectos hoſtes? aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaum? ſic notus Vlyſſes?
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui,
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,
Inſpectura domos, venturaꝗ deſuper vrbi:
Aut aliquis latet error: equo ne credite Teucri.
Quicquid id eſt, timeo Danaos, & dona ferenteis.
Sic fatus, validis ingentem viribus haſtam
In latus, inꝗ feri curuam compagibus aluum
Contorſit: ſtetit illa tremens vteroꝗ recuſſo
Inſonuere cauæ, gemitũꝗ dedere cauernæ.
Et ſi fata Deum ſi mens non læua fuiſſet,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras:
Troiaque nunc ſtares Priamique arx alta maneres.
Ecce, manus iuuenem interea poſt terga reuinctum
Paſtores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui ſe ignotum venientibus vltro,
Hoc ipſum vt ſtrueret, Troiamꝗ aperiret Achiuis,

Inimicorũ dona ſuſpecta et inauſpicata.

al. maneret

¶ Ephraſis.

& uos creditis hoſtes ueſtros auectos .i. receſſiſſe? aut putatis ulla dona Danaũ p Danaorũ carere dolis? & Vlyſſes ſic eſt uobis notus? q.d. inuentor fraudum. Aut Achiui .i. Græci incluſi occultãtur in hoc ligno .i. equo ligneo, aut hæc machina bellica fabricata eſt in noſtros muros, inſpectura domos præ altitudine ſua, & uẽtura urbi .i. in urbem deſuper .i. a parte ſuperiori. Aut aliquis error latet in hoc equo. Igitur ô Teucri ne credite .i. nõ credatis equo, quia quicqd eſt, ego timeo Danaos, & ꝑ etiã ferẽtes dona. q.d. ab hoſte omnia ſunt timẽda. Sic fatus Laocoon cõtorſit haſtã ingẽtẽ uiribus ualidis in latus, et in aluũ curuã feri .i. equi. Illa haſta ſtetit erecta et tremẽs, et utero recuſſo .i. cõcuſſo cauernæ cauæ .i. manes inſonuerũt, & dedere gemitũ .i. ſonitũ armatorũ. Et ſi fata Deũ pro Deorũ, & ſi mẽs noſtra nõ fuiſſet læua .i. ſiniſtra, illa nos excæcãdo, et hæc in iudicãdo Laocoõ, impulerat fœdare .i. deſtruere ferro latebras Argolicas .i. Græcas: & ô Troia tu nunc ſtares firma, & ô arx alta Priami etiam nunc tu maneres ſalua. Et ecce iuuenes quidam paſtores Troiani trahebant ad Regem Priamum cum clamore magno iuuenem quendam reuinctum manus, id eſt, habentes reuinctas manus poſt terga.

Obtulerat: fidens animi, atq; in vtrumq; paratus,
Seu versare dolos, seu certe occumbere morti.
Vndiq; visendi studio Troiana iuuentus
Circunfusa ruit: certantq; illudere capto.
Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab vno
Disce omneis.
Nanq; vt conspectu in medio turbatus, inermis
Constitit, atq; oculis Phrygia agmina circunspexit:
Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere? aut quid iam misero mihi deniq; restat?
Cui neq; apud Danaos vsquam locus: insuper ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.
Quo gemitu conuersi animi, compressus & omnis
Impetus: hortamur fari, quo sanguine cretus,
Quid ve ferat, memoret: quæ sit fiducia capto.
Ille hæc deposita tandem formidine fatur;

A minori arguit, qd' dicit, Si tātū dolis efficere potuit un9 Si nō, qd multi, uel oēs Græci parare uidebantur? al'. certæ al'. et super Notat supplicē fuisse, & illusiōi aptū.

¶ *Ecphrasis.*

Qui iuuenis fidens animi, id est, audax & animosus, atq; paratus in utrūq; .s. aut uersare, id est, ad finem perducere dolos præmeditatos, siue occumbere morti certe, id est, indubitate mori, ultro obtulerat sese illis uenientibus .s. pastoribus, ut strueret, id est, perficeret hoc ipsum quod incœpit, & aperiret Troiam Achiuis. Tūc iuuentus Troiana circūfusa undiq; ruit studio, id est, cupiditate uidendi, & certant illudere illi capto, id est, certatim illudunt illum captiuum. O Dido accipe, id est, audi nunc insidias Danaorum, & disce omnes Græcos ab uno crimine, id est, ab hoc vno negocio. Nanque ut ille iuuenis turbatus, & inermis constitit in medio Troianorum, & circunspexit oculis agmina Phrygia, inquit, heu quæ tellus, aut quæ æquora possunt accipere me nunc? aut quis locus restat mihi misero? cui neque est locus usquam apud Danaos, & insuper ipsi Dardanidæ infensi, id est, irati mihi poscunt pœnas cum sanguine, id est, mortem cruentam. Quo illius gemitu nos conuersi sumus ab ira in misericordiam, omnis etiam impetus animi est compressus, id est, refrænatus, & hortamur illum fari, id est, loqui, quo sanguine, id est, genere sit cretus, id est, creatus. uel quid noui ferat, & memoret, id est narret, quæ fiducia sit illi capto, id est, quam spem habeat reliquam. Tūc ille deposita formidine fatur .i. loquitur hæc, quæ sequuntur.

Cuncta equidem tibi, Rex, fuerint quæcunq; fatebor
Vera, inquit, neq; me Argolica de gente negabo.
Hoc primum: nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacemq; improba finget.
Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demisere neci, nunc cassum lumine lugent:
Illi me comitem, & consanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
Dum stabat regno incolumis, regnumq; vigebat
Consilijs: & nos aliquod nomenq;, decusq;
Gessimus: inuidia postquam pellacis Vlyssi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris:
Afflictus vitam in tenebris, luctuq; trahebam.

Insinuatione dubiæ fidei suspitionem remouet.

al'. aliquod

Palamedis historiã inducit, quo uerisimiliorem reddat narrationẽ

¶ *Ecphrasis.*

O Rex ego quidẽ fatebor tibi cuncta uera, quæcunq; fuerint apud Græcos facta: Neq; negabo me esse de gente Argolica immo fateor me esse Græcum. Hoc primum, nec si fortuna finxit Sinonem, id est, me miserũ & calamitosum, idcirco finget illum ipsa fortuna improba uanum q; pro id est, mendacem. O Rex si forte aliquando fando aliquid, id est, dum aliqui coram te fabularentur, nomen & gloria inclyta fama, septimus est casus pro genitiuo, Palamedis Belidæ, id est, ex posteritate Beli Aßyriorum Regis, peruenit ad aures tuas, quem insontem Pelasgi demisere neci, id est, peremerunt, iudicio infando sub proditione falsa, hoc est prætextu & colore, quia uetabat bella esse inter Græcos & Troianos. Et nunc Pelasgi lugent illum cassum, id est, carentem lumine, id est, uita. Pater meus pauper misit in arma. i. ad hoc bellum me comitem & propinquum illi. s. Palamedi consanguinitate, qua eram illi coniunctus, & hoc á primis annis, ex quo bellũ geri est cœptũ, dũ Palamedes stabat incolumis regno, & regnũ Græcorũ uigebat cõsilijs: & nos. i. ego geßimus aliquod nomẽ et decus. i. fuimus in honore. Sed postq̃ Palamedes cõceßit. i. receßit ab oris superis. i. ab hac uita inuidia Vlyßis pellacis. i. fallacis, qui illum insimulauit, & per parenthesim interposuit, haud ignota loquor, ego afflictus trahebam uitam in tenebris, & in luctu, quia latebam, & lugebam.

Et casum insontis mecum indignabar amici:
Nec tacui demens, & me fors si qua tulisset,
Si patrios unquam remeassem victor ad Argos;
Promisi ultorem, & verbis odia aspera moui.
Hinc mihi prima mali labes: hinc semper Ulysses
Criminibus terrere nouis: hinc spargere voces
In uulgum ambiguas, & quærere conscius arma.
Nec requieuit enim, donec Calchante ministro.
Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?
Quid ve moror? si omnes uno ordine habetis Achiuos,
Idque audire sat est, iamdudum sumite pœnas:
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.
Tum vero ardemus scitari & quærere causas,
Ignari scelerum tantorum, artisque Pelasgæ.
Prosequitur pauitans & ficto pectore fatur:
Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri, & longo fessi discedere bello:

Nota vulgus generis masculini.

¶ *Ecphrasis.*

& indignabar mecũ casum .i. fortunã miserã amici insontis, & ego demẽs non tacui, & promisi .i. minatus sum me ulto: ẽ fore, si qua fors .i. fortuna tulisset me in patriã, & ego uictor cõfecto bello remeassem ad Argos patrios .i. ubi est mihi patria. et moui .i. eo facto cõcitaui aspera odia cõtra me. Hinc .i. ex eo facto prima labes mali fuit mihi & hinc Ulysses terrebat me semper nouis criminibus insimulãdo me apud Græcos, & spargere .p spargebat uoces ambiguas in vulgũ .i. q̃ uidebãtur in Sinonẽ dici, sed oblique. & ille cõscius sui sceleris quærere pro q̃rebat arma .i. consilia cõtra me. nec enim requieuit donec destinat me aræ Calchante ministro, nã ab inferiore uerbũ est repetẽdũ, sed irrupit sermonẽ de industria. Sed qd autẽ ego reuoluo hæc ingrata uobis nequicq̃ .i. frustra, aut quid moror uos, si uos oẽs Achiuos habetis uno ordine .i. similes putatis esse oẽs, et satis est audire id qđ dixi, sumite pœnas iãdudũ .i. cito, qa Ithac⁹ .i. Ulysses uelit hoc, et Atridæ .i. Agamẽnõ, et Menelaus mercẽtur magno subaudi p̃cio. Tũc uero ardemus scitari .i. interrogare causas ignari tantorum scelerum, et artis Pelasgæ. & ille pauitans prosequitur, & fatur pectore, id est, corde ficto. Danai cupiere, id est, uoluere moliri fugã relicta Troia, et cupierũt fessi longo bello discedere á Troiæ obsidione,

Fecissentq́ꝫ vtinam: sæpe illos aspera ponti
Interclusit hyems, & terruit Auster eunteis:
Præcipue cum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus: toto sonuerunt æthere nimbi.
Suspensi Euripilum scitatum oracula Phœbi
Mittimus, isq́ꝫ adytis hæc tristia dicta reportat:
Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa,
Cum primum Iliacas Danai venistis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animaq́ꝫ litandum
Argolica. Vulgi quæ vox vt venit ad aures,
Obstupuere animi, gelidusq́ꝫ per ima cucurrit
Ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios: quæ sint ea numina Diuum
Flagitat: & multi mihi iam crudele canebant
Artificis scelus, & taciti ventura videbant.
Bis quinos silet ille dies, tectusq́ꝫ recusat

Fide conciliata proditionem aggreditur.

Iphigenia. In Aulide enim Agamemnonis filiam mactabant.

¶ *Ecphrasis.*

& utinam id fecissent, sed hyems ponti aspera sæpe interclusit, id est, clausit illos, & Auster terruit euntes, id est, illos abire uolentes, sed præcipue hoc factum est, cum hic equus contextus trabibus acernis staret, nymbi. i. tēpestates sonuerunt toto æthere. Nos tunc suspensi mittimus Euripilum scitatum oracula Phœbi, quid sibi tempestates illæ uellent. & is Euripilus reportat hæc dicta tristia. O Danai cum, id est, quo tempore uos uenistis primum ad oras Iliacas, id est, Troianas, uos placastis uentos sanguine, & uirgine cæsa, id est, Iphigenia, uel illius loco potius ceruа, & nunc reditus sunt uobis quærendi, & litandum est uobis, id est, sacrificio impetrādū anima Argolica, id est, homine Græco. Quæ uox ut uenit ad aures vulgi, animi obstupuere, & tremor gelidus ab effectu cucurrit per ossa ima. i. profunda, cui fata parent. s. mortem, & quem Apollo poscat in sacrificium. Hic. i. tunc Ithacus, id est, Vlysses protrahit Calchanta uatem in medios magno tumultu. flagitat, id est, Calchanta interrogat, quæ sint ea numina, id est, oracula Diuum pro Diuorum. Et iam multi canebant, id est, prædicabant mihi crudele scelus artificis, id est, Vlyssis, & illi taciti uidebant uentura, id est, ea quæ postea sunt secuta. Ille Calchas silet bis quinos, id est, decem dies, et tectus. i. á vulgo remotus recusat

Prodere voce sua quenquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Composito rumpit vocem, & me destinat aræ.
Assensere omnes: & quæ sibi quisque timebat,
Vnius in miseri exitium conuersa tulere.
Iamque dies infanda aderat: mihi sacra parari,
Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ.
Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi:
Limosoque lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui: dum vela darent, si forte dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi,
Nec dulceis natos, exoptatumque parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.
Quod te per superos, & conscia numina veri,
Per, si qua est, quæ restat adhuc mortalibus vsquam
Intemerata fides, oro: miserere laborum

Ritus sacrorum.

Iamq;. alias ergo.

Affectu cõmiseratione mouet, loco perorationis.

¶ *Ecphrasis.*

prodere quenquam, qui immolaretur, aut opponere morti. Sed tandem Calchas actus, id est, coactus magnis clamoribus Ithaci, id est, Vlyßis rupit vocem, id est, locutus est ex composito inter illum & Vlyssem, & destinat, id est, designat me aræ. Tũc omnes Græci assensere dictis illius. & quæ quisq; timebat sibi, tulere, id est, contulerunt illa conuersa in exitium, id est, perniciem unius miseri, id est, mei. Iamq; dies infanda, in qua sum morti destinatus, aderat. i. uenerat, sacra parari pro parabantur mihi, & fruges salsæ, & molæ et uittæ circũ tẽpora parabãtur more uictimæ, cũ immolãda erat. ego fateor turpitudinem meam, eripui me leto, & rupi uincula, quibus eram ligatus. & obscurus per noctem. i. per noctem obscurã delitui. i. latui in lacu limoso, ac perinde iuncoso, dum pro donec darent uela uentis, si forte dedissent. Nec mihi est ulla spes uidendi patriam antiquam, nec dulces natos, & parentem exoptatum, quos parentem & natos fors pro forte illi, id est, Græci reposcent ad pœnam ob nostra effugia. i. fugam. i. illos sacrificabũt pro eo, q ego fugi, & piabunt hãc culpam meam morte illorum miserorũ. quod pro sed ô Rex ego oro te per superos, & per numina conscia ueri, et per fidẽ, si qua fides intemerata restat usquã mortalibus. i. inter homines. oro, inquam, miserere laborũ

Tantorum miserere animi non digna ferentis.
His lacrymis vitam damus & miserescimus vltro.
Ipse viro primus manicas, atque arcta leuari
Vincla iubet Priamus, dictisque ita fatur amicis:
Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios,
Noster eris: mihique hæc edissere vera roganti.
Quo molem hanc immanis equi statuere? quis autor?
Quid ve petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli?
Dixerat: ille dolis instructus, & arte pelasga,
Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas:
Vos æterni ignes, & non violabile vestrum
Testor numen, ait: vos aræ, ensesque nefandi,
Quos fugi: vittæque Deum, quas hostia gessi:
Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura:
Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras,
Siqua tegunt: teneor patriæ, nec legibus vllis.

Temeritatem Regis notat, atque adeo uti omnē culpā uel ī Deos uel in ipsū miserū regē reijciat

Iuramento fidem aucupatur. Est autem insinuatio per obtestationem.

al. Dis quis.

¶ *Ecphrasis.*

tantorum, quos sustinui, & miserere animi mei ferentis indigna, quæ paterer. Tunc nos damus uitam his lacrymis, id est, illi sic lacrymāti, et miserescimus illius vltro. Ipse Priamus iubet manicas, atque uincula arcta leuari, id est, subleuari uiro, id est, Sinoni, & fatur illi ita dictis amicis. O tu, quisquis es, obliuiscere iam hinc, id est, ex hoc tempore deinceps, Graios amissos, id est, quos tua fuga amisisti, noster, id est, Troianus eris posthac, & edissere, id est, declara mihi roganti hæc uera. quo, id est, ad quem finem statuere hanc molem, id est, magnitudinē ædificij? quis auctor? quis iussit statuere? quid ue petunt? id est, quid sibi hoc opere uolunt. quæ religio. i. nunquid est opus religionis? ut fama diuulgauit. aut quæ machina belli? Dixerat: ille dolis instruct⁹, et arte pelasga. i. Græca sustulit ad sydera palmas exutas uinculis, et ait. O uos ignes æterni. i. o Dij, ego testor uos et uestrū numen nō uiolabile, & testor etiā uos ó aræ & enses nefandi, quos fugi. et uos etiā ó uittæ Deū, p Deorū testor, quas ego hostia. i. immolādus gessi. i. sustinui, sit mihi fas resoluere. i. uiolare iura sacrata. i. iuramentū, quod illis præstiti cū cœpi militare, et sit mihi fas odisse uiros, et ferre sub auras. i. aperire, siqua tegūt. i. occultāt, et est dubiū, cū dicit uiros, an intelligat Græcos an Troianos, et siqua tegūt de secretis Græcorū, an de occultis in equo, qa nō teneor ullis legib⁹ patriæ,

Tu modo promissis maneas, seruataq; serues
Troia fidem si vera feram, si magna rependam.
Omnis spes Danaum, & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs semper stetit: impius ex quo
Tydides sed enim, scelerumq; inuentor Vlysses,
Fatale aggressi sacrato auellere templo.
Palladium cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibusq; cruentis,

Impietatis pœna.

Virgineas ausi Diuæ contingere vittas:
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaum: fractæ vires: auersa Deæ mens.
Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstris.

Omnis nãq; sudor salsus est.

Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis: salsusq; per artus
Sudor ijt: terq; ipsa solo (mirabile dictu)

Sũptũ hoc est ex disciplina Romana.

Emicuit, parmamq; ferens, hastamq; trementem.
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas.

¶ Ecphrasis.

Tu modo ô Troia maneas in promißis, & seruata serues fidem mihi promissam, si ego feram, id est, dicam uera, & si rependam magna pro uita, quam mihi dedistis, & addit. Omnis spes Danaorum, & fiducia belli incœpti stetit semper auxilijs, & fauore Palladis. Sed ex quo tempore Tydides, id est, Diomedes impius, & Vlysses inuentor scelerum. i. dolorum & fraudũ aggreßi sunt auellere ex tẽplo sacrato, quod erat in arce Ilij. Palladium fatale. i ex quo fatum Troiæ pendebat, quod factum est cæsis custodibus summæ arcis. Illi Diomedes & Vlysses ausi cõtingere uittas uirgineas Diuæ, id est, Palladis manibus cruẽtis corripuere sacrã effigiem, id est, Palladium. ex illo inquam tempore spes Danaorum cœpit fluere, & spes illa sublapsa referri. i. retro ferri, & uires illorum sunt fractæ, & mens Deæ fuit auersa, id est, illis irata. Et Tritonia, id est, Pallas dedit ea signa iræ mõstris non dubijs, sed manifestis. Quia uix simulacrum positum fuit in castris, & flammæ coruscæ arserunt luminibus arrectis, id est, iratis, & sudor salsus, epitheton est, ijt pro fluxit per arctus simulacri, & ipsa Pallas, aut illius simulacrum ferens parmam & hastam trementem emicuit ter solo. i. saltum fecit in terra. Extemplo Calchas sacerdos canit æquora tentanda esse fuga, id est, nauigandum esse,

Nec posse Argolicis excindi pergama telis,
Omina ni repetant Argis, numenq; reducant,
Quod pelago, & curuis secum aduexere carinis:
Et nunc, quod patrias vento petiere Mycenas,
Arma, Deosq; parant comites: pelagoq; remenso
Improuisi aderunt: ita digerit omnia Calchas.
Hanc pro palladio moniti, pro numine læso
Effigiem statuere, nefas quæ triste piaret.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cæloq; educere iussit,
Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit:
Neu populum antiqua sub relligione tueri.
Nam si vestra manus violasset dona Mineruæ,
Tum magnum exitium (quod Dij prius omen in ipsum
Conuertant) Priami imperio, Phrygibusq; futurum.
Sin manibus vestris vestram ascendisset in vrbem,

al. & non habet uet9 codex.
al. uexere
Artificiose utitur cõmento. ut sub religionis specie Troianis ĩponat.

¶ *Ecphrasis.*

Et canit pergama non posse excindi.i.euerti telis Argolicis.i. Græcis, ni repetant omina ab Argis, & reducant numen.i. palladium, quod nunc aduexerunt secũ pelago, & carinis curuis.i. nauibus per mare nauigando. Et nunc quod.i. causa propter quam petiere uento.i. nauigatiõe Mycenas.i. patriam urbem suam, hæc est, parant arma, & Deos comites, id est, Pallada iam placatam, & aderunt improuisi, id est, subito pelago remenso, id est, renauigato, quia Calchas sacerdos ita digerit, id est, dinumerat omnia. Et Græci moniti ab oraculo statuere hanc effigiem, id est, equum pro palladio. scilicet furto sublato. & pro numine læso, id est, Pallade uiolata, quæ statua piaret.i. purgaret nefas triste, id est, peccatum illud. Calchas tamen iußit hanc molem immensam attollere roboribus textis, & iußit educere illam cælo.i. in cælum, ne poßit recipi portis urbis, aut duci in mœnia.i. intra urbem, ne etiam poßit tueri populum, subaudi Troianum, sub religiõe antiqua, qua á Troianis colebatur. Nam dicebat Calchas, quod si uestra manus uiolasset dona Mineruæ, id est, equum illi dedicatum, tunc magnum exitium futurũ imperio Priami, & Phrygibus, & per parenthesim interposuit, quod omen, id est, augurium Dij prius conuertant in ipsum Calchanta, sed ipse Priamũ intelligebat, sin pro sed si equus ascendisset in urbem uestris manibus, tũc Asiã.i. Troiã

Alludit ad Romanorum imperiũ, q Troiani sunt.

VLtro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.
Talibus insidijs, periuriq; arte Sinonis
Credita res: captiq; dolis, lacrymisq; coacti,
Quos neq; Tydides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.
Hic aliud maius miseris, multoq; tremendum
Obijcitur magis, atq; improuida pectora turbat.

al'. Neptuni.

Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos,
Solenneis taurum ingentem mactabat ad aras.

Taurus ꝓprie Neptuno dicat⁹ fertur

Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt.
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq;
Sanguineæ exuperant vndas, pars cætera pontum

al'. sinuat

Pone legit, sinuantq; immensa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: iamq; arua tenebant,
Ardenteisq; oculos suffecti sanguine, & igni

¶ *Ecphrasis.*

ultro uenturam magno belli apparatu ad mœnia Pelopeia. i. ad Peloponessum, & dicebat ea fata manere nepotes nostros. i. expectare. Res credita est talib⁹ insidijs, & arte Sinonis periurij, & capti fuimus dolis illius, & coacti fuimus lacrymis illius, quos neq; Tydides. i. Diomedes, nec Achilles Larissæus á Larissa urbe Thessaliæ, nec anni decē domuere, nec mille carine. Hic pro tũc aliud mõstrũ maius, & multo magis tremendum obijcitur miseris, atq; turbat magis pectora improuida. quod fuit huiusmodi. Laocoon sacerdos ductus sorte, quia sacerdotia etiã in sacris literis nostri sortiebãtur, mactabat. i. sacrificabat Neptuno taurũ ingētē ad aras solēnes. Ecce autē subito gemini angues orbibus. i. spiris immēsis incũbunt pelago á Tenedo per alta trãquilla. i. maria, et tendũt pariter ad littora. & per parēthesim interposuit, horresco referens, quorum pectora arrecta inter fluctus. i. erecta, & quorũ iubæ sanguineæ exuperãt undas, pars cætera. i. partes anguiũ inferiores legit pontum pone. i. retro. & sinuant angues illi terga immensa uolumine, id est, se in spiras inuoluunt. Sonitus fit salo spumante. i. mari, & angues illi iam tenebant arua, & suffecti. oculos ardentes. i. habentes oculos ardentes suffectos sanguine,

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus visu exangues.illi agmine certo
Laocoonta petunt,& primum parua duorum
Corpora natorum serpens amplexus vterq;
Implicat,& miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem,ac tela ferentem
Corripiunt,spirisq; ligant ingentibus:& iam
Bis medium amplexi,bis collo squamea circum
Terga dati,superant capite,& ceruicibus altis.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos
Perfusus sanie vittas,atroq; veneno:
Clamores simul horrendos ad sydera tollit.
Qualis mugitus,fugit cum saucius aram
Taurus,& incertam excussit ceruice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt,sæuæq; petunt Tritonidis arcem:
Sub pedibusq; Deæ,clypeiq; sub orbe teguntur.

¶ *Ecphrasis.*

& igni lambebant linguis uibrantibus ora sibila , id est , sibilantia. Nos *exangues uisu diffugimus,sed angues illi petunt* Laocoonta,*id est,inuadunt certo agmine,id est,impetu.* Et *primum uterque serpens amplexus corpora parua duorum natorum,id est, filiorum suorum implicat corpora illorum,& depascitur arctus miseros,id est, carpit & mandit.* Post.i.*deinde corripiunt ipsum* Laocoonta *subeuntem auxilio filiorum, & ferentem tela, & ligant illum spiris ingentibus, sunt autem spiræ,quas vulgo dicimus roscas , & illi serpentes amplexi iam bis* Laocoonta *medium,& dati bis terga squamea circum,id est,cirdundata habentes terga squamea collo,superant,id est,eminēt capite,& ceruicibus.* Ille Laocoon *simul tendit, id est, conatur diuellere nodos manibus, suis perfusus uittas sanie, id est, habens uittas perfusas sanie, & cruore atro,& simul tollit ad sydera clamores horrendos.* Et *ponit comparationem,qualis est mugitus,cum taurus saucius fugit aram,cum.s.immolari deberet,& excußit ceruice securim incertam,id est,quæ incertum fecit ictum. At dracones illi gemini effugiunt lapsu, id est, labentes ad delubra,id est,templa summa, & petunt arcem* Tritonidis,*id est,*Palladis *sæuæ, & teguntur sub pedibus* Deæ Palladis, *& sub orbe clypei,quē gerit.*

Exēplū superstitiōis. Pœna impietatis.

Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor,& scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt:sacrum qui cuspide robur
Læserit,& tergo sceleratam intorserit hastam,
Ducendum ad sedes simulachrum,orandaq; Diuæ
Numina conclamant.
 Diuidimus muros,& mœnia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi,pedibusq; rotarum
Subijciunt lapsus,& stupea vincula collo
Intendunt:scandit fatalis machina muros
Fœta armis:circum pueri,innuptæq; puellæ
Sacra canunt,funemq; manu contingere gaudent.
Illa subit,mediæq; minans illabitur vrbi.
O patria,o Diuum domus Ilium,& inclyta bello
Mœnia Dardanidum,quater ipso in limine portæ
Substitit;atq; vtero sonitum quater arma dedere.

¶*Ecphrasis.*

Tum uero nouus pauor insinuat pro insinuatur cunctis per pectora tremefacta, & ferunt, id est, dicunt omnes, Laocoonta *merētem expendisse, id est, soluisse scelus, id est, pœnam pro commißis sceleribus. quippe qui læserit cuspide robur sacrum, id est, ligneum equum, & intorserit, id est, iaculatus sit tergo, id est, in tergum equi hastam sceleratam, id est, illius, qui tali facto fuerit sceleratus.* Et *omnes conclamant simulacrum equi ducendum esse ad sedes, id est, in urbem, & numina diuæ, id est,* Palladis *esse oranda, id est, oratione placanda.* Tunc *diuidimus muros, & pandimus, id est, aperimus mœnia urbis. & omnes accingunt, pro accinguntur operi, id est, ad opus, & subijciunt lapsus pedibus rotarum, id est, labinas, per quas rotarum pedes laberentur, & intendūt collo equi uincula stupea, id est, ex stupa facta.* Et *sic machina fatalis, id est, mortifera scandit muros fœta, id est, plena armis. & pueri, & puellæ innuptæ, id est, uirgines canūt sacra, id est, hymnos, & gaudent contingere, & tāgere funē manu. illa. s. machina subit, id est, ascendit, & minans ruinam illabitur urbi mediæ, id est, per mediam urbem.* O *patria, o Ilium domus* Diuum *pro* Diuorum, *& o mœnia inclyta bello* Dardanidū *pro* Dardanidarum. *quater machina substitit in ipso limine portæ, scilicet, urbis. & arma quater dedere sonitum ex utero equi, quia intus erant armati milites.*

Instamus

Instamus tamen immemores, cæciq; furore:
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei iussu non unquan credita Teucris.
Nos delubra Deum miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa uelamus fronde per urbem.
Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens umbra magna terramq;, polumq;,
Myrmidonumq; dolos: fusi per mœnia Teucri
Conticuere: sopor fessos complectitur artus.
Et iam argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo: tacitæ per amica silentia Lunæ
Littora nota petens, flammas cum regia puppis
Extulerat: fatisq; Deum defensus iniquis
Inclusos utero Danaos, & pinea furtim
Laxat claustra Sinon. illos patefactus ad auras

Nota obiter locum diuini fati, & uoluntatis, q̄ hominum mentes obcæcat.

¶Ecphrasis.

Tamen nos immemores, & obliti rerum nostrarū, & cæci furore & insania, quæ nostras mentes excæcauit, instamus operi, & sistimus. i. ponimus monstrū illud infelix. i. quod infelicitatē nobis attulit, in arce sacrata. i. in tēplo Palladis, qd' in urbis arce fuit, tunc etiā Cassandra regis filia non credita unquā Teucris Dei iussu, quæ prophetis erat, aperit ora fatis futuris. i. uaticinata est uentura, immo instantia. Nos miseri uelamus delubra. i. templa Deorū per urbem festa fronde, nos dico, quibus ille dies esset ultimus. i. nostri imperij finis. Interea, dum hæc geruntur in urbe, cælum uertitur, & nox ruit Oceano, id est, ex Oceano mari oritur, inuoluens, id est, miscens umbra magna cælum & polum, & dolos Myrmidonum, & Teucri fusi per mœnia conticuerunt, & sopor, id est, somnus complectitur, id est, refouet artus illorum fessos. & iam phallanx, id est, legio Argiua, id est, Græcorum instructis nauibus ibat á Tenedo insula Troiam uersus, per silentia amica Lunæ tacitæ petens littora nota. i. ubi prius fuerant castra metati, cū puppis regia, id est, Agamemnonis extulerat flammas, quod fuerat signum cum Sinone, & Sinon defensus fatis iniquis Deum pro Deorum laxat, id est, aperit claustra pinea, scilicet, equi, & sic educit Danaos inclusos in utero eiusdem equi, equus patefactus reddit illos ad auras, id est, ad aerem liberiorem:

Ali. Thersandrus. *Epeius.* *Versicul⁹ emphaticus.* *Descriptio initij noctis.*

Reddit equus: lætiq; cauo se robore promunt
Tisandrus, Sthenelusq; duces, & dirus Vlysses,
Demissum lapsi per funem, Athamasq;, Thoasq;,
Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.
Inuadunt urbem somno, uinoq; sepultam,
Cæduntur uigiles, portisq; patentibus omneis
Accipiunt socios, atq; agmina conscia iungunt.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono Diuum gratissima serpit.
Insomnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosq; effundere fletus,
Raptatus bigis, ut quondam, aterq; cruento
Puluere, perq; pedes traiectus lora tumenteis
(Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo

¶ *Ecphrasis.*

& illi læti promunt se, id est, efferunt se ex robore cauo, id est, equi cauernis, lapsi, id est, descendentes per funem demissum á parte superiore, & ponit illorum, qui in equo fuerant, cathalogum, qui omnes erant duces, Tirsandrus filius Polynicis, Sthnelus filius Capannei, & Vlysses filius Laertæ, & Athamas & Thoas, principes quoque Græci, & Neoptolemus, id est, Pyrrhus Pelides, id est, Pelei nepos, & inter illos primus Machaon medicus Aesculapij filius, & Menelaus Rex, & Epeus ipse fabricator doli, id est, dolosi equi architectus. Hi omnes iuuadunt urbem sepultam, id est, soporatam somno & uino, uigiles & portarum custodes cæduntur, id est, perimuntur, & illi, quos dixit, accipiunt reliquos omnes socios portis patentibus, & iungunt agmina conscia, scilicet, eius rei. Et illud erat tempus, quo prima quies incipit ægris mortalibus, id est, hominibus defessis, & illa quies gratißima, id est, dulcis serpit, id est, latenter uenit dono Diuum, id est, Deorum beneficio, & ecce subito Hector mœstißimus uisus est adesse mihi ante oculos, id est, per quietem uisus sum uidere illum, & uisus est mihi effundere largos fletus. Hector dico raptatus bigis, id est, curru bijugo, ut quondam fuerat ab Achille raptatus, & ater, id est, niger puluere cruento, & traiectus pedes tumentes per lora. Hei mihi dicit Aeneas, qualis erat, id est, quam deformis, & quantum mutatus ab illo Hectore, qui

Hectore, qui redit exuuias indutus Achilli,
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes)
Sqallentem barbam,& concretos ſanguine crines,
Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios: ultro flens ipſe uidebar
Compellare uirum,& mœſtas expromere uoces:
O lux Dardaniæ, ſpes o fidiſſima Teucrum, *Deſiderantis animi ſignificatio.*
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
Expectate uenis? ut te poſt multa tuorum
Funera, poſt uarios hominumq; urbiſq; labores
Defeſſi aſpicimus? quæ cauſa indigna ſerenos
Fœdauit uultus? aut cur hæc uulnera cerno?
Ille nihil, nec me quærentem uana moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens
Heu fuge nate Dea: teq; his, ait, eripe flammis:
Hoſtis habet muros, ruit alto a culmine Troia:
Sat patriæ, Priamoq; datum; ſi Pergama dextra *Alias datum eſt*

¶ *Ecphraſis.*

ex pugna cum Patroclo redijt indutus exuuias Achillis, id eſt, ſpolia, quæ Patroclo detraxerat, uel cum iaculatus eſt ignes Phrygios puppibus Danaorum, quando illas incendit. Hector iterum dico gerens barbam ſqualentem, & crines concretos ſanguine, id eſt, congelatos, & illa plurima uulnera, quæ accepit circum muros patrios, uidebar mihi ipſe tunc flens compellare uirum ultro, & expromere uoces mœſtas, quæ ſequuntur. O Hector lux Dardaniæ, id eſt, Troiæ, & ſpes fidiſſima Teucrum pro Teucrorum, quæ tantæ moræ tenuerunt te? & ó Hector expectate á quibus horis, id eſt, regionibus uenis? ut, id eſt, qualiter nos defeſſi accepimus te poſt multa funera, id eſt, mortes tuorum? & quæ cauſa indigna fœdauit, id eſt, cruentauit uultus illos tuos ſerenos? aut cur ego cerno hæc uulnera? quæ uideo. Ille Hector nihil reſpondit mihi, nec moratur me quærentem, id eſt, interrogantem uana, ſed ducens pro trahens gemitus grauiter ex imo, id eſt, profundo pectore inquit. O Nate Dea heu fuge, & eripe te his flammis, quibus urbs incenditur, hoſtis habet muros, & Troia ruit ab alto culmine, id eſt, ab arce, quæ occupata eſt ab hoſtibus, ſat, id eſt, ſatis datum eſt á me patriæ, et Priamo, quia ſi Pergama poſſent defendi dextra.i. uiribus,

Defendi possent, etiam hac defensa fuissent,
Sacra, suosq; tibi commendat Troia penates:
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære:
Magna pererrato statues quæ denique ponto.
Sic ait, & manibus uittas Vestamq; potentem,
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu:
Et magis atq; magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus arboribusq; obtecta recessit)
Clarescunt sonitus, armorumq; ingruit horror.
Excutior somno, & summi fastigia tecti
Ascensu supero, atq; arrectis auribus asto:
In segetem ueluti cum flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores,
Præcipitesq; trahit syluas, stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de uertice pastor.

¶ *Ecphrasis.*

defensa fuissent etiam hac dextra, id est, mea. Troia commendat tibi sacra & Penates suos, id est, omnia, quæ pertinent ad religionem. Hos Penates accipe comites fatorum Troiæ, & his comitibus quære mœnia, id est, urbem, quæ mœnia statues, id est, fundabis magna deniq;, hoc est, ponto pererrato, id est, nauigato. Sic Hector ait, & effert.i.educit ex penetralibus domus abditis, id est, absconditis, manibus suis tradens Aeneæ, uittas.i.uelamina sacra, & Vestam Deam potentem, & ignem æternum, in cuius specie Vesta colebatur. Interea dum hæc inter Hectorem, & Aeneam fiunt, mœnia urbis miscentur diuerso luctu, & sonitus, id est, strepitus armatorum magis atq; magis clarescunt, id est, clare audiuntur. quamquam domus Anchisæ parentis mei secreta & obtecta arboribus recessit, id fuit in recessu posita, & horror armorum ingruit auribus meis accedens, excutior somno, id est, excussi somnum, & supero ascensu, id est, ascendo fastigia summi tecti, id est, culmina domus, atque asto auribus arrectis, & ponit comparationem, ueluti cum Austris furentibus flamma incidit, id est, inuasit agros, aut torrens rapidus fluens flumine montano, id est, de montibus ruenti sternit agros, & sata, id est, segetes lætas, q; pro, id est, labores boum, & trahit secum syluas, id est, arbores præcipites. Tunc pastor inscius.i. causam incendij

Tum uero manifesta fides, Danaumq́ patescunt
Insidiæ: iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus: iam proximus ardet
Vcalegon: Sigæa igni freta lata relucent,
Exoritur clamorq́ uirum, clangorq́ tubarum.
Arma amens capio: nec sat rationis in armis,
Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
Cum socijs ardent animi: furor, iraq́ mentem
Præcipitant, pulchrumq́ mori succurrit in armis.
Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuum,
Panthus Otriades, arcis Phœbiq́ sacerdos,
Sacra manu, uictosq́ Deos, paruumq́ nepotem
Ipse trahit, cursuq́ amens ad littora tendit. *Alias limina.*
Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem?
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:
Venit summa dies, & ineluctabile tempus

¶ *Ecphrasis.*

Ignorans accipiens sonitum de alto uertice saxi stupet, id est, attonitus est. Tunc uero fides fuit manifesta, id est, res fuit certa, & insidiæ Danaorum patescunt, id est, declaratæ sunt. Iam domus alta Deiphobi filij Priami dedit ruinam, id est cecidit Vulcano, id est igne superante, & Vcalegon proximus, id est, uicinus, id est, domus Vcalegonis iam ardet. Et lata freta, id est, maria Sigæa á Sigæo Troiæ promontorio relucent igne. Clamor uirorum, & clangor, id est, sonitus tubarum exoritur, id est, auditur á me primum. Ego tunc amens capio arma, nec erat satis rationis in armis, id est, nesciebam, quid potißimum sequerer, sed animi, id est, iræ ardent glomerare manum, id est, cohortem bello, id est, ad pugnam, & concurrere in arcem cum socijs, furor & ira præcipitant mentem, id est, perturbant & impellunt, & succurrit mibi pulchrum, id est, honestum esse, mori in armis, id est, armatum: Et ecce subito Panthus Otriades, id est, Otri filius sacerdos arcis & Phœbi elapsus telis Achiuum, id est, Græcorum, ipse trahit manu sua sacra & penates, quos dixerat supra Hector, & nepotem paruum, & ille amens tendit cursu, id est, currens ad limina domus meæ. Et dixi illi ó Panthu, quo loco est summa res, id est, quid agitur de summa reipublicæ Troianæ? & quam arcem prendimus defendendam? & uix, id est, nõdum ego fatus eram talia uerba, cũ reddit. i. respondet talia. i. sequẽtia gemitu.

Copiose et cũ energia Troiæ excidiũ explicat. Fundit alias Fudit. nũquã alias unquã.

Dardaniæ: fuimus Troës: fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum: ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit: incensa Danai dominantur in urbe.
Arduus armatos medijs in mœnibus astans
Fundit equus, uictorq́ Sinon incendia miscet
Insultans: portis alij bipatentibus adsunt:
Millia quot magnis nunquam uenere Mycenis.
Obsedere alij telis angusta uiarum
Oppositi: stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci: uix primi prælia tentant
Portarum uigiles, & cæco marte resistunt.
Talibus Otriadæ dictis, & numine Diuum
In flammas, & in arma feror, quo tristis Erynnis,
Quo fremitus uocat, & sublatus ad æthera clamor.
Addunt se socios Ripheus, & maximus armis
Iphitus oblati per Lunam, Hipanisq́, Dymasq́.
Et lateri adglomerant nostro: iuuenisq́ Chorœbus

Ab erinnao dicta, id est, mordeo, consumo. Huic Chorœbo fuit desponsata Cassãdra.

¶ *Ecphrasis.*

Dies summa, & pro, id est, tempus Dardaniæ ineluctabile, id est, cui resisti non potuit, iam uenit, & nos Troës iam fuimus, quasi diceret, non sumus iam, sed perimus, & ingens gloria Teucrorum fuit, quia Iuppiter ferus, id est, crudelis transtulit omnia nostra ad Argos, & Danai dominantur in urbe incensa, & equus arduus astans in medijs mœnibus, id est, in urbe media fundit, id est, ex se emittit armatos milites, & Sinon uictor miscet incendia insultans nobis. Alij Græci adsunt portis urbis bipatentibus, id est, ambabus apertis, quot millia nunquam uenere ex magnis Mycenis urbe græca. Alij ex Græcis obsedere, id est, occuparunt angusta uiarum, id est, uias angustas telis oppositis, acies ferri stricta mucrone corusco stat parata neci, id est, nostrorum morte, & uix primi uigiles portarum tentant prælia, & uix resistunt Marte cæco, id est, pugna inconsiderata. Talibus dictis Otriadæ, id est, Panthus, & numine Diuorum ego feror in flammas & in arma eo quo Erynnis, id est, furia tristis, & quo fremitus, id est, ira uocat, & quo clamor sublatus ad æthera uocat. Tunc Rhypheus, & Iphitus maximus uir in armis, & Hipanis, & Dymas addunt se mihi socios, & agglomerant se nostro lateri, et cum superioribus Chorœbus iuuenis

Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore:
Et gener auxilium Priamo, Phrygibus ferebat
Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis
Audierat.
Quos ubi consertos audere in prælia uidi,
Incipio super his: Iuuenes fortissima frustra
Pectora (si uobis audentem extrema cupido
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna, uidetis:
Excessere omnes adytis, arisq; relictis
Dij, quibus imperium hoc steterat) succurritis urbi
Incensæ: moriamur, & in media arma ruamus.
Vna salus uictis, nullam sperare salutem.
Sic animis iuuenum furor additus: inde lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba uentris
Exegit cæcos rabies, catuliq; relicti
Faucibus expectant siccis, per tela, per hostes

A rei necessitate, & ab honesto hortatur Aeneas socios ad patriã defendendã quoquomodo. Rabiosissima res fames, et ob hoc male suada dicta.

¶ *Ecphrasis.*

Mygdonides. id est, Lydius, quia Mygdonia, est Lydia, qui Chorœbus forte .i. casu illis diebus, antequam hæc sunt gesta, uenerat ad Troiam incensus amore insano Cassandræ filiæ Priami regis, quam petebat in uxorem, qui gener esse uolens ferebat auxilium Priamo socero & Phrygibus, qui infelix nondum audierat responsa & oracula sponsæ furentis, id est, per furorem uaticinari solitæ. Quos omnes consertos .i. coadunatos ubi uidi audere in prælia, incipio his uerbis insuper. O iuuenes. appositiue. pectora fortissima sed frustra, iunge inferioribus, moriamur, & ruamus in media arma Græcorum, si est uobis certa cupido, id est, deliberata uoluntas sequi me audentem extrema, scilicet, pericula, quia uos uidetis quæ fortuna sit rebus Troianis, quoniam Dij omnes, quibus, id est, per quos hoc imperium steterat in fastigio rerum collocatum, excesserunt nunc adytis, id est, penetralibus & aris relictis, & uos frustra succurritis urbi incensæ. Igitur moriamur & ruamus in arma media, quia una tantum salus est uictis, nullam salutem sperare. Sic, id est, his meis dictis furor est additus animis iuuenum, inde nos uadimus per tela, & per hostes, ceu, id est, tanquam lupi raptores, quos cæcos improba rabies uentris, id est, fames exegit, id est coëgit in atra nebula, & quos catuli sui relicti expectant siccis, id est, ieiunis faucibus,

Vadimus haud dubiam in mortem, mediæq; tenemus
Vrbis iter: nox atra caua circumuolat umbra.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lacrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos,
Plurima perq; uias sternuntur inertia passim
Corpora: perq; domos, & relligiosa deorum
Limina: nec soli pœnas dant sanguine Teucri:
Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus:
Victoresq; cadunt Danai: crudelis ubiq;
Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago.
Primus se Danaum magna comitante caterua
Androgeos offert nobis, socia agmina credens,
Inscius, atq; ultro uerbis compellat amicis:
Festinate uiri: nam quæ tam sera moratur
Segnities? Alij rapiunt incensa, feruntq;

Ab effectu Troiæ casum miserabiliorē reddit.

¶ *Ecphrasis.*

uadimus (inquam) in mortem haud.i.non dubiā, & tenemus iter mediæ urbis, id est, per urbem mediam irruimus, nox atra, id est, profunda & obscura circumuolat umbra caua, id est, prufunda. Quis explicet, id est, explicare poßit cladem & funera illius noctis, aut quis poßit æquare labores lachrymis? Vrbs antiqua & dominata per multos annos ruit, id est, euertitur, & plurima corpora inertia, id est, ignaua & timida sternuntur per uias & limina, id est, templa religiosa Deorum paßim, id est, ubiq;, nec soli Teucri, sed etiam Græci, dant pœnas sanguine, quia uirtus, id est, fortitudo redit uictis etiam in præcordia, id est, in animum, quondam, id est, aliquando, & Danai quanquam uictores ex parte cadunt, id est, moriuntur, & ubiq;, id est, ex utraq; parte erat luctus crudelis, & ubique erat pauor, id est timor exanimans, & erat imago mortis plurima, quæ ob illorum oculos uersabatur. Androgeos, hic Græcus erat, primus Danaum pro Danaorum, magna caterua, id est, militum cohorte illum comitante offert se nobis, inscius, & credens esse agmina socia, id est, amica, & compellat, id est, alloquitur nos ultro uerbis amicis, quasi ad socios amicos loquens. O uiri festinate, nam quæ segnities, id est, desidia moratur & detinet uos? Alij socij nostri rapiunt & ferunt, id est, auferunt

Pergama: uos celsis nunc primum a nauibus itis.
Dixit: & extemplo (neq; enim responsa dabantur
Fida satis) sensit, medios delapsus in hostes,
Obstupuit, retroq; pedem cum uoce repressit.
Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusq; repente refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud secus Androgeos uisu tremefactus abibat.
Irruimus densis & circunfundimur armis:
Ignarosq; loci passim, & formidine captos
Sternimus: aspirat primo fortuna labori.
Atque hic exultans successu, animisq; Chorœbus:
O socij, qua prima, inquit, fortuna salutis
Monstrat iter, qua ostendit se dextra, sequamur.
Mutemus clypeos, Danaumq; insignia nobis
Aptemus, dolus, an uirtus, quis in hoste requirat:
Arma dabunt ipsi. sic fatus, deinde comantem

In Chorœbo notat impotētis, et inconsulti animi iuuenem, qui prosperis nimium efferatur.

Greci Mineruam. Danai Apollinē ferebant.

¶ Ecphrasis.

Pergama, id est, spolia Troiæ incensa, & uos nunc primum itis pro uenitis ex nauibus celsis, id est, ex portu. Dixit Androgeos, *& delapsus in medios hostes sensit, quia non dabantur sibi responsa satis fida, obstupuit, & repreßit retro, id est, retraxit pedem cum uoce, id est, & pedem et uocem, et ponit comparationem. Velut, idest, quemadmodum ille, qui nitens humi preßit anguem improuisum, id est, quem non præuiderat, in sentibus, id est, spinis aspris pro asperis, et ille trepidus refugit repente illum anguem attollentem iras, id est, suscitantem, tumentē colla. i. habentem colla tumida cærula. i. nigra uel uiridia, haud secus. i. non aliter abibat á nobis tremefactus uisu Androgeos. Irruimus. i. impetus facimus in illū, et circunfundimur armis densis, et sternimus illos paßim, id est, ubiq; ignaros loci et captos formidine, fortuna aspirat, id est, fauet primo labori nostro. Atq;, id est, tunc Chorœbus iuuenis exultās successu, id est, fortuna et animis, id est, animositate inquit, ò socij, sequamur ea parte, qua prima fortuna monstrat iter salutis nostræ, et qua illa dextra ostendit se, mutemus clypeos nostros illorum clypeis, et aptemus nobis insignia Danaorum, et quia uidebatur hoc per dolum malum fieri, ait, quis requirat in hoste, dolus, an uirtus sit? Ipsi hostes dabunt nobis arma. Sic fatus Chorœbus, deinde induitur Galeam comantem*

Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum
Induitur, lateriq; Argiuum accommodat ensem,
Hoc Ripheus, hoc ipse Dymas, omnisq; iuuentus
Læta facit, spolijs se quisq; recentibus armat.
Vadimus immisti Danais, haud numine nostro:
Multaq; per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus: multos Danaum demittimus Orco,
Diffugiunt alij ad naueis, & littora cursu
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum, & nota conduntur in aluo.
Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.
Ecce trahebatur passis Priameia uirgo
Crinibus a templo Cassandra, adytisq; Mineruæ,
At cælum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina, nam teneras arcebant uincula palmas.
Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus:
Et sese medium iniecit moriturus in agmen.

Noua narratio, quæ ornat⁹ gratia interponitur.

Amoris impatientis exemplum.

¶Ecphrasis.

Androgei, et induitur insigne decorum clypei, id est, clypeum insignis decoris, & accommodat, id est, adaptat lateri ensem Argiuum, id est, Androgei, qui Græcus erat, hoc facit Rhypheus, facit hoc ipse Dimas, & omnis reliqua iuuentus læta facit, & quisq; armat se spolijs recentibus, id est, ab hoste paulo ante detractis. Nos itaq; uadimus immisti Danais, sed non numine nostro, id est, nobis propitio. Et nos congreßi per noctem cæcam conserimus multa prælia, & dimittimus Orcho multos Danaorum, id est, ad mortem. Alij diffugiunt ad naues, & petunt cursu littora fida, in quibus fuerant castra. Pars illorum scandunt rursus equum formidine turpi, quia turpe illis erat fugere, uictoribus præsertim, & conduntur in aluo equi nota, id est, consueta. Sed heu, quia non est fas quemquam fidere diuis inuitis, id est, nolentibus. Ecce uirgo Priameia Cassandra Priami filia trahebatur crinibus á templo, & ab adytis Mineruæ, quoniam sacerdos erat, tendens ad cælum lumina, id est, oculos, ardentia, id est, clara & pulchra, sed frustra, lumina dico, nam uincula arcebant, id est, comprimebant palmas teneras, id est, muliebres. Tunc Chorœbus mente furiata, id est, furore incensa, non tulit hanc speciem, id est, facti atrocitatem, & periturus iniecit se in medium Græcorum agmen. Tunc cuncti

Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur: oriturq; miserrima cædes
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum.
Tum Danai gemitu, atq; ereptæ uirginis ira,
Vndiq; collecti inuadunt: acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ, Dolopumq; exercitus omnis:
Aduersi rupto ceu quondam turbine uenti
Confligunt, Zephyrusq; Notusq;, & lætus Eois
Eurus equis; stridunt syluæ, sæuitq; tridenti
Spumeus, atq; imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam si quos obscura nocte per umbram
Fudimus insidijs, totaq; agitauimus urbe,
Apparent, primi clypeos, mentitaq; tela
Agnoscunt, atq; ora sono discordia signant.
Ilicet obruimur numero: primusq; Chorœbus

All. rapto

¶ *Ecphrasis.*

nos consequimur illum, & incurrimus armis ab utraque parte densis. Hic, id est, tunc nos obruimur, id est, interficimur primum telis nostrorum, id est, Troianorum missis ex alto culmine delubri, id est, templi, & cædes miserrima oritur facie armorum, quia ex eo putabant nos esse ex Græcorum numero, & errore iubarum insignium Graiarum. Tunc Danai, scilicet, Aiax acerrimus, hic erat Oilei filius, & gemini Atridæ Agamemnon & Menelaus, & omnis exercitus Dolopum collecti undique gemitu, & ira uirginis ereptæ, scilicet, Cassandræ inuadunt, ceu, id est, tanquam uenti aduersi, id est, contrarij confligunt, id est, decernunt quondam turbine rupto, uenti dico Zephyrus occidentalis, Notus meridionalis, Eurus Orientalis lætus equis Eois, id est, Orientalibus. Tunc ex uentorum concursu syluæ stridunt, & Nereus Deus marinus pro ipso mari spumeus sæuit, id est, furit tridenti, id est, fuscina Neptuni, & ciet, id est, perturbat æquora ab imo fundo maris, illi quos diximus, & si quos fudimus, id est, fugauimus nocte obscura per umbras, & agitauimus & persecuti sumus ex insidijs per totam urbem, illi, inquã, primi agnoscunt clypeos, & tela mentita. i. aliena. et signant ora discordia intra se contraria sono. i. symbolo uel tessera belli. Ilicet. i. statĩ nos obruimur nũero. i. Græcorũ multitudine, et Chorœb⁹ prim⁹

Penelei dextra Diuæ armipotentis ad aram
Procumbit: cadit & Ripheus, iustissimus unus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui:
Dijs aliter uisum, pereunt Hipanisq́; Dymasq́;
Confixi a socijs: nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineres, & flamma extrema meorum
Testor, in occasu uestro nec tela, nec ullas
Vitauisse uices Danaum: & si fata fuissent
Vt caderem, meruisse manu. diuellimur inde
Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyssi.
Protinus ad sedes Priami clamore uocati.
Hic uero ingentem pugnam, ceu cætera nusquam
Bella forent, nulli tota morerentur in urbe:
Sic Martem indomitum, Danaosq́; in tecta ruenteis

Homer9 solet cuique uel rei, uel homini epithetõ addere, hunc Verg. imitatus, Diuam armipotẽtẽ uocat.

Obtestatio qua perite Vergilius proditionis amouet ab Aenea suspicionẽ.

Redit ad narrationem.

¶ *Ecphrasis.*

procumbit, id est, cadit dextra Penelei Græci nobilis, ad aram, id est, iuxta aram Diuæ armipotentis, id est, Palladis, & Rhipheus, qui unus fuit iustißimus in Teucris, & seruantißimus æqui, id est, æquitatis & iustitiæ cadit, quia aliter uisum est Dijs, quasi diceret, perinde cecidit, ac si malus fuisset, Hipanis & Dymas pereunt confixi, id est, uulnerati á socijs, quia, ut diximus, ex errore armorum putabant illos esse Græcos, & ó Panthu, nec tua plurima pietas, id est, religio, nec infula Apollinis, id est, uestis sacerdotalis illius Dei, cuius eras sacerdos, texit, id est, prætexit te labentem. O cineres Illiaci, id est, ó Troia in cineres redacta, & ó flamma extrema meorum, quos, scilicet, illic amisi, ego testor uos, id est, testes uos imploro, me non uitauisse ullas uices, id est, occursus Danaorum in uestro occasu. i. quo tẽpore occidistis, & testor uos, me meruisse manu mea pugnãdo, ut caderem, si fuissent fata. i. uoluissent. Iphitus & Pelias mecũ diuellimur inde. i. ab Arcis tẽplo, ex quibus Iphitus erat iã grauior æuo. i. ætate, quia senex, Pelias erat tardus ætate & uulnere, quod ab Vlysse acceperat. & protinus uocati sumus clamore: quem audiuimus, ad sedes, id est, domum Priami. Hic uero cernimus pugnã ingentẽ: ceu. i. tanquã nulla cætera bella forent, & nulli morerentur in tota urbe, sic cernimus Martem. i. pugnam, indomitũ, & Danaos ruentes ad tecta Priami,

Cernimus, obsessumq́ acta testudine limen.
Hærent parietibus scalæ: postesq́ sub ipsos
Nituntur gradibus, clypeosq́ ad tela sinistris
Protecti obijciunt: prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contra, turres, ac tecta domorum
Culmina conuellunt, his se, quando ultima cernunt,
Extrema iam in morte parant defendere telis:
Auratasq́ trabes, ueterum decora alta parentum,
Deuoluunt: alij strictis mucronibus imas
Obsedere fores: has seruant agmine denso.
Instaurati animi regis succurrere tectis:
Auxilioq́ leuare uiros uimq́ addere uictis.
  Limen erat, cæcæq́ fores, & peruius usus
Tectorum inter se Priami, postesq́ relicti
A tergo, infelix qua se dum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros, & auo puerum Astyanacta trahebat.

¶ *Ecphrasis.*

& limen obsessum testudine acta, id est, adacta, est autem testudo machina bellica, scalæ hærent parietibus domus, & nituntur gradibus scalarum sub ipsos postes, id est, ianuas, & illi protecti clypeis opponunt clypeos manibus sinistris, et prensant fastigia domus manibus dextris. Sed Dardanidæ, id est, Troiani contra conuellunt turres, ac tecta culmina domorum, & parant defendere se his telis, quando pro quoniam cernunt iam omnia in extrema morte posita, & deuoluunt, id est, deijciunt trabes auratas. appositiue. alta decora, id est, antiqua ornamenta parentum ueterum, id est, maiorum suorum. Alij ex Troianis obsedere ad defendendum imas fores, & seruant illas denso agmine, id est, cohorte, animi nostri tunc instaurati sunt succurrere, id est, ad succurrendum tectis regis, & leuare, id est, subleuare uiros auxilio, & addere uim uictis: & scribit qua parte ingressus est domum. Limen, id est, ianua & fores cæcæ, id est, occultæ, & usus peruius tectorum Priami inter se, & postes erant relicti á tergo domus, quasi diceret, erat posticus illic domus, qua, id est, per quem posticum infelix Andromache uxor, scilicet, Hectoris incomitata, id est, sola solebat ferre se ad soceros, & trahebat auo, id est, ad auum Priamum Astyanacta puerum, & dicit hæc fuisse tunc, cum regna Troiæ manebant, id est, stabant. Et per eum

Euado ad ſummi faſtigia culminis: unde
Tela manu miſeri iactabant irrita Teucri,
Alius. Turrem.
Turrim in præcipiti ſtantem, ſummiſq; ſub aſtra
E ductam tectis, unde omnis Troia uideri,
Huius turris & meminit Homerus.
Et Danaum ſolitę naues, & Achaica caſtra,
Aggreſſi ferro circum, qua ſumma labantes
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus, impulimuſq;: ea lapſa repente ruinam
Cum ſonitu trahit, & Danaum ſuper agmina late
Incidit, Aſt alij ſubeunt; nec ſaxa nec ullum
Telorum interea ceſſat genus.
Ferocis animi naturã in Pyrrho notat.
Veſtibulum ante ipſum, primoq; in limine Pyrrhus
Exultat telis: & luce coruſcus ahena:
Qualis ubi in lucem coluber mala gramina paſtus,
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc poſitis nouus exuuijs, nitiduſq; iuuenta,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga

¶ *Ecphraſis.*

poſticum ego euado ad faſtigia ſummi culminis, unde, id eſt, á quo domus culmine Teucri miſeri in ſuam protectionem iactabant tela irrita, id eſt, uana & ſine effectu. Tunc aggreßi ſumus ferro circum, id eſt, ab omni parte turrim ſtantem in præcipiti, id eſt, ſublimi loco & in præcipitium poſitam, & eductam ſub aſtra in ſummis tectis, unde, id eſt, ex qua turri omnis Troia & naues Danaorum ſolitæ ſunt uideri, & caſtra Achaica, id eſt, Græca ſolita ſunt uideri, aggreßi (inquam) ſumus illam turrim ea parte, qua ſumma tabulata dabant iuncturas labãtes. i. iungebantur ipſi turri, & conuellimus illam turrim ex altis ſedibus, & tunc impulimus illam, & ea turris lapſa repente trahit ruinam cum ſonitu, id eſt, cum ruinæ fragore, & incidit late ſuper agmina Danaorum, atq; ita illos oppreßit. Sed alij ex Græcis ſuccedunt in locum interemptorum, nec interea, dum hæc fiunt, ullum genus telorum ceſſat ab utraq;, ſcilicet parte. Pyrrhus Achillis filius coruſcus telis & luce ahena, id eſt, ſplendore armorum exultat ante ueſtibulum domus Regiæ, & in primo limine, quod eſt idem: Qualis, id eſt, qualiter coluber paſtus mala gramina, id eſt, herbas, quibus exuit ſenectutẽ, nũc nouus poſitis exuuijs. i. uernatiõe, & nitidus iuuẽta, ille arduus ad ſolẽ cõuoluit. i. ſinuat terga lubrica pectore ſublato. i. erecto ad ſolẽ,

Arduus ad Solem, & linguis micat ore trisulcis.
Vna ingens Periphas: & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon, una omnis Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postesq́ʒ a cardine uellit
Aeratos, iamq́ʒ excisa trabe, firma cacauit
Robora, & ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus, & atria longa patescunt:
Apparent priami, & ueterum penetralia regum,
Armatosq́ʒ uident stantes in limine primo.
At domus interior gemitu, miseroq́ʒ tumultu
Miscetur; penitusq́ʒ cauæ plangoribus ædes
Fœmineis ululant: ferit aurea sydera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant:
Amplexæq́ʒ tenent postes, atq́ʒ oscula figunt.

Quã Achilles ex Scyro Cycladũ ducit.

¶ *Ecphrasis.*

& micat ore, id est, tremit linguis trisulcis, id est, trifidis, coluber dico, quem tumidum bruma, id est, hyems frigida tegebat. Et cum Pyrrho una, id est, simul Periphas uir ingens armis, & Automedon armiger, & agitator, id est, auriga equorum Achillis, & una, id est, simul omnis pubes, id est, iuuentus Scyria, id est, á Scyro insula, ubi Deidamia ex Achille Pyrrhum genuit, hic inquam omnes succedunt tecto domus regiæ, & iactant flammas ad culmina domus. Ipse Pyrrhus inter primos correpta bipenni, id est, securi perrumpit limina ianuæ dura, & uellit postes æratos, id est, ex ære, cardine, id est, á cardine, & iam Pyrrhus cauauit robora firma, id est, duram ianuæ materiam, excisa trabe, qua erat ianua compacta, & dedit fenestram ingentem ore, id est, foramine lato. Tunc domus apparet intus sic, ut ab ijs, qui erant extra, uideri posit, & atria longa domus patescunt, & penetralia, id est, domus regiæ recessus Priami & Regum ueterum Troiæ apparent, & Græci uident armatos stantes in primo limine domus. At domus interior. i. penetralia domus, miscetur. i. perturbatur gemitu & tumultu misero, & ædes cauæ. i. testudineæ resonant penitꝰ plãgoribus. i. pectorũ percußionibꝰ fœmineis. i. mulierũ, clamor omniũ ferit sydera aurea, hypbole est. Tũc. i. interea matres. i. mulieres pauidæ errãt huc illuc in tectis ingẽtibꝰ, et amplexæ tenẽt postes. i. hostia, et figũt oscula ipsis postibꝰ.

Instat ui patria Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre ualent: labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.
Fit uia ui: rumpunt aditus: primosq; trucidant
Immissi Danai, & late loca milite complent.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exijt, oppositasq; euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, camposq; per omneis,
Cum stabulis armenta trahit: uidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum, geminosq; in limine Atridas:
Vidi Hecubam, centumq; nurus, Priamumq; per aras
Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat, ignes.
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro, spolijsq; superbi
Procubuere: tenent Danai qua deficit ignis.
Forsitan & Priami fuerint quæ fata, requiras.

Labare uerbũ est emphaticum. emoti Al. emoto. Comparatio Homerica. Alias. quã ta nepotũ.

¶*Ecphrasis.*

Pyrrhus instat ui patria, id est, Achillis patris sui, nec clastra domus, nec ipsi custodes ianuæ ualent sufferre illum. Ianua labat, id est, uacillat ariete crebro, id est, crebris illius machinæ percussionibus, & postes, id est, ianuæ, emoti, id est, euulsi cardine procumbunt: fit uia ui, id est, uiolenter intrant, rumpunt aditus, idest, irrumpentes ingrediuntur, & Danai immissi, id est, recepti in domum trucidãt primos, id est, custodes ianuæ armatos, & complent. s. militibus loca late, id est, latæ. & ponit comparationem dicens. Non sic, id est, non tanto impetu, sed minori amnis spumeus fertur furens cumulo, id est, in undatione in arua, & hoc cum exijt subaudi ex alueo, & euicit gurgite suo moles. i. obijces, oppositas, & trahit per omnes campos armenta cum stabulis, id est, in quibus stabulantur, & dicit Aeneas. Ego ipse uidi Neoptolemum. i. Pyrrhum furentem cæde. i. interfectorum strage, & uidi geminos Atridas. i. Agamemnonem et Menelaum in limine domus, & uidi Hecubam uxorem Priami & centum nurus suas, & uidi Priamum fœdantem, id est, cruentantem sanguine ignes, quos ipse sacrauerat, per aras. Quinquaginta thalami filiorum erant illi, & ex illis tanta nepotum spes. Postes, id est, ianuæ superbi, id est, nobiles auro barbarico & spolijs ab hostibus detractis procubuere, Danai tenent domum regiam ea parte, qua ignis deficit. Forsitan ó Regina tu requiras á me, quæ fuerint Priami fata, id est, mors fatalis.

Vrbis

Vrbis vbi captæ casum conuulsaq; vidit
Limina tectorum, & medium in penetralibus hostem,
Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circundat nequicquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.
Aedibus in medijs, nudoq; sub ætheris axe
Ingens ara fuit, iuxtaq; veterrima laurus
Incumbens aræ, atq; vmbra complexa penates.
Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circum,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ
Condensæ, & diuum amplexæ simulacra tenebant.
Ipsum autem sumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt vidit: Quæ mens tam dira miserrime coniux
Impulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit:
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget; non si ipse meus nunc afforet Hector.
Huc tandem concede; hæc ara tuebitur omneis:

Increpat Hecuba cō filiū marīti ab impossibili. al. sedebāt.

¶ *Ecphrasis.*

Vbi, id est, postquam ille uidit casum urbis suæ captæ, & limina tectorū cōuulsa, & uidit hostē in medijs penetralibus domus. ille senior circundat nequicquā .i. frustra humeris suis trementibus æuo arma diu desueta, id est, non assueta, & cingitur ferrū inutile, id est, cuius apud illum nullus erat usus. & ille moriturus sine ulla spe fertur in hostes densos. In medijs ædibus, et sub axe nudo ætheris ara ingens fuit, & iuxta, id est, prope laurus ueterrima fuit, incumbens aræ illi, atque complexa penates, id est, protegens illos ramis. hic, id est, iuxta aram illam Hecuba & natæ illius erant condensæ, id est, constipatæ, et sedebant amplexæ simulacra Diuorū, ceu .i. tāquam columbæ præcipites in tempestate atra .i. obscura. Sed ut .i. postq̄ Hecuba uidit ipsum Priamū cum armis iuuenilibus sumptis .i. quæ magis iuuenes decēt, quā senes. inquit: ó coniux miserrime, quæ mens tam dira. id est, Deorum ira immissa impulit te cingi, id est, armari his telis? aut quo ruis? quia tempus præsens non eget tali auxilio, quale es tu. nec eget istis defensoribus, qualis tu es. non inquam eget defensoribus, quia nihil proficerent, etiam si meus filius Hector afforet, id est, præsens esset. ergo concede, id est, accede huc tandem, quia hæc ara tuebitur omnes, ne occidamur á Græcis, aut si moriendum est,

Aut moriere ſimul.ſic ore effata,recepit
al.In ſede Ad ſeſe,& ſacra longæuum ſede locauit.
Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polytes,
Vnus natorum Priami,per tela,per hoſtes
Porticibus longis fugit,& vacua atria luſtrat
Saucius:illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur,iam iamq; manu tenet,& premit haſta.
Vt tandem ante oculos euaſit,& ora parentum,
Concidit,ac multo vitam cum ſanguine fudit.
Hic Priamus,quanquam in media iam morte tenetur;
Obteſtatur Non tamen abſtinuit,nec voci,iræq; pepercit.
Deos cũ in At tibi pro ſcelere,exclamat,pro talibus auſis.
crepatiõe. Dij,ſi qua eſt cælo pietas,quæ talia curet,
Perſoluant grates dignas,& premia reddant
Debita: qui nati coram me cernere letum
Circũſtantiæ Feciſti,& patrios fœdaſti funere vultus.
loci & perſonæ. At non ille, ſatum quo te mentiris,Achilles

¶ *Ecphraſis.*

moriere ſimul nobiſcum.& Hecuba effata ſic ore, recepit Priamum ad ſeſe, & locauit illum longæuum in ſede illa ſacra, quam ſupra dixerat. Et ecce ſubito Polytes vnus natorum, id eſt, ex numero filiorum Priami elapſus,id eſt, fugiẽs de cede Pyrrhi,fugit longis porticibus per tela, & per hoſtes,& ille ſaucius, id eſt, vulneratus luſtrat,id eſt,circuit atria uacua,id eſt,ampla. ſed Pyrrhus ardens inſequitur illum vulnere infeſto, id eſt, inimico, & irato, & tenet illum manu iam iam, id eſt, quaſi,& premit haſta imminens illi. Sed ut tandem,id eſt, poſtq̃ euaſit Polytes ab inſequẽti illum Pyrrho,& concidit ante oculos, & ora parentum, ſcilicet, Priami, & Hecubæ, & fudit uitam cum multo ſanguine, id eſt. animam. Hic,id eſt,tunc Priamus quanquam tenetur iam morte media,id eſt,manifeſta,non tamen abſtinuit ſe,nec pepercit iræ,& voci, id eſt, iratus locutus eſt. & exclamat. At indignãtis eſt aduerbium.ſi qua pietas eſt in cælo,id eſt.pietatis prouidentia,quæ curet talia,dij perſoluant tibi grates dignas,& reddant tibi premia debita pro ſcelere tuo, & pro talibus auſis tuis,qui feciſti me cernere letum nati coram,id eſt,me præſente,& fœdaſti, id eſt, cruentaſti ſanguine vultus patrios.i.meos,qui ſunt illius pater.At ille Achilles,quo mẽtiris te eſſe ſatũ.i.genitũ.

Talis in hoste fuit Priamo:sed iura,fidemq;
Supplicis erubuit:corpusq; exangue sepulchro
Reddidit Hectoreum,meq; in mea regna remisit.
Sic fatus senior:telumq; imbelle sine ictu
Coniecit:rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei ne quicquam vmbone pependit,
Cui Pyrrhus:Referes ergo hæc,& nuntius ibis
Pelidæ genitori:illi mea tristia facta,
Degeneremq; Neoptolemum narrate memento:
Nunc morere,hæc dicens,altaria ad ipsa trementem
Traxit,& in multo lapsantem sanguine nati:
Implicuitq; comam læua,dextraq; coruscum
Extulit,ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc finis Priami fatorum:hic exitus illum
Sorte tulit,Troiam incensam,& prolapsa videntem

al. E sūmo Per amarū iocū irridet Priamū iā uictum.

¶ Ecphrasis.

non fuit talis,qualis tu, in hoste Priamo,id est,in me,qui illi hostis eram,sed erubuit,id est,cum pudore seruauit iura,& fidem supplicis,id est,meā, qui eram illi supplex,quo tempore in castra Græcorum descendi,ut Hectora redimerē.& reddidit mihi sepulchro,id est,ad sepeliendum corpus Hectoreum, & remisit me incolumem in mea regna,id est,in urbem meam.Senior Priamus sic fatus est, & cōiecit in Pyrrhum telum imbelle,id est,imbecillum,& debile sine ictu, id est, quod nullum ictum fecit:quod telum repulsum protinus ex ære rauco, id est, ex clypeo æreo raucum nescio quid sonanti,nequicquam,id est,frustra,uel non pependit in summo vmbone clypei.i.in illo orbe clypei eminentiore.Cui dixit,quādoquidē me filium Achillis esse negas,ergo,dicit Pyrrhus, illi tu referes hæc, & ibis nuncius Pelidæ genitori,id est,Achilli patri meo,& cum ad inferos descenderis,memento narrare illi mea tristia facta,et Neoptolemū.i.me Pyrrhū degenerē.i.illius generi non respondētem.sed nūc morere,et dicēs hoc traxit Priamū tremētē ad ipsa altaria,et læua.i.man⁹ sua sinistra implicuit.i.inuoluit comā lapsantē.i.raptā in multo sanguine nati.i.Polytæ,& Pyrrhus extulit.i.strinxit manu dextra ensem coruscū .i.splēdidū,& abdidit,id est,immisit illi lateri capulo tenus,id est,usq; ad ensis capulum,,id est,manubrium.Hic,quem narrraui,fuit finis fatorum Priami, & hic exitus tulit, id est, rapuit illum sorte,uidentē.i. cum uideret Troiam incensam,

Pergama, tot quondam populis, terrisq; superbum
al. limine Regnatorem Asiæ. iacet ingens littore truncus,
Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus.
At me tum primum sæuus circunstetit horror,
Obstupui, subijt chari gentoris imago,
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exalantem: subijt deserta Creusa,
Et direpta domus, & parui casus Iuli.
Respicio: & quæ sit circum me copia, lustro.
Deseruere omnes defessi, & corpora saltu
Ad terram misere: aut ignibus ægra dedere.

Bonus imperator nō cedere debet, nisi ex necessitate

¶ *Ecphrasis.*

& Pergama. i. muros Ilij prolapsa. i. cadētia: illū dico regnatorē. i. Regē superbū. i. nobilē quōdā tot populis, & terris Asiæ minoris, in q̄ Phrygia fuit, sed nūc iacet truncus ingēs in littore maris, & caput auulsum humeris, et corpus sine nomine, qa nō poterat agnosci sine capite, & cōsequenter nec nominari. At tunc primum q. d. nunquam antea horror sæuus circūstetit me. Obstupui, subijt, id est, in memoriam mihi uenit imago genitoris chari, ut uidi Regem æquæuum, id est, Priamum æqualem illi ætate exalantem. i. expirantem uitam. i. animam vulnere crudeli. & Creusa vxor mea subijt, id est, in memoriam uenit. & domus direpta subijt, & casus Iuli parui subijt. respicio, & lustro. i. recenseo, quæ copia pro copiæ. i. exercitus sit circū me. & omnes mei comites defeßi deseruerunt me. & miserunt ad terram corpora saltu. i. ceciderunt, aut dederunt illa corpora ægra ignibus. i. rogo.

Duo & viginti, qui sequuntur, versus, quidam ceu non genuinos, hoc loci omittunt.

Iamq; adeo super vnus eram: cum limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio: dant clara incendia lucem
Erranti, passimq; oculos per cuncta ferenti.

¶ *Ecphrasis.*

Et iam ego unus adeo, id est, certe supereram, cum aspicio Tyndarida, id est, Helenam Tyndari filiam putatiuam, seruantem, id est, tenentem limina, id est, templa Vestæ, & aspicio illam tacitam sedentem in sede secreta. i. in recessu positā, & cum essent tenebræ, dicit quomodo illam agnoscere potuit, quia incēdia clara dant lucem mihi errāti, & ferenti oculos meos per cuncta paßim, id est, ubiq;.

Illa sibi infestos euersa ob pergama Teucros,
Et pœnas Danaum,& deserti coniugis iras
Permetuens, Troiæ,& patriæ communis Erinnys
Abdiderat sese,atq; aris inuisa sedebat:
Exercere ignes animo:subit ira cadentem
Vlcisci patriam,& sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis,patriasq; Mycenas
Aspiciet?partoq; ibit Regina triumpho?
Coniugiumq;,domumq;,patres,natosq; videbit
Iliadum turba & Phrygijs comitata ministris
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine littus?
Non ita:nanque & si nullum memorabile nomen,
Fœminea in pœna est,nec habet victoria laudem:
Extinxisse nefas tamen,& sumpsisse merentis
Laudabor pœnas:animumq; explesse iuuabit

Ira sanguinis ardor circa cor est.

¶ Ecphrasis.

Illa Helena abdiderat.i.abscondit sese,atq; inuisa tam Græcis,quã Troianis odiosa sedebat in aris.i.templo.Helena dico communis Erinnys.i.furia Troiæ, & patriæ.i.Græciæ,præmetuens Teucros infensos.i.iratos ob pergama euersa,id est, Troiam destructam,& præmetuens pœnã Danaum.i.Danaorũ, & iram cõiugis Menelai deserti.Tũc ignes.i. iræ exarserunt mihi in animo,subit ira.i.incitat me, ulcisci patriam cadentẽ.i.ultionẽ pro patriæ ruina de Helena accipere, & sumere pœnas sceleratas.i.ab illa scelerata,& dixi tũc.Scilicet.i. certe hæc.i.Helena aspiciet incolumis Spartã.i. Lacedæmoniã patriam suam,& Mycenas patrias Græcam urbem?& illa Regina parto triũpho.i.triũphatrix uidebit coniugium.i.coniugẽ Menelaũ,& domũ suam,& patres Tyndarũ & Lædã,& natos.s. Hermionem,Regina dico comitata turba Iliadum.i.mulierum Troianarum,& ministris Phrygijs.i.seruis Troianis?Et q; Priamus occiderit ferro?et Troia arserit igni?et q; littus Dardanium toties sudauerit,id est,inundauerit sanguine? non ita, subaudi, hoc manebit impunitum.Nam & si nullum nomen memorabile,id est,insignis laus est in pœna fœminea, neque hæc uictoria habet laudem, tamen ego laudabor extinxisse nefas, id est, nefandam fœminam interfecisse, & laudabor sumpsisse pœnas merentis: & iuuabit, id est, delectabit me explesse, pro expleuisse

VItricis flammæ,& cineres satiasse meorum.
Talia ictabam,& furiata mente ferebar,

Deorũ auxilium.

Cum mihi se,non ante oculis tam clara,videndam
Obtulit,& pura per noctem in luce refulsit
Alma parens,confessa Deam,qualisq; videri
Cælicolis,& quanta solet:dextraq; prehensum
Continuit,roseoq; hæc insuper addidit ore:

Oratio Veneris, qua Aeneã hortat',ut pietatis magis rationẽ habeat.

Nate,quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis?aut quonam nostri tibi cura recessit?
Non prius aspicies vbi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen?superet coniux ne Creusa,
Ascaniusq; puer?quos omnes vndiq; Graiæ
Circum errant acies:& ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint,inimicus & hauserit ensis.
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatusue Paris:verum inclementia Diuum
Has euertit opes,sternitq; a culmine Troiam.

¶ *Ecphrasis.*

& satiasse animũ uindicta flãmæ ultricis, & illius sanguine satiasse cineres meorũ,qui illius causa perierãt.Ego iactabã.i.inaniter loquebar talia uerba,& ferebar mente furiata.i.impetu mẽtis furioso,cũ alma parẽs obtulit se mihi uidendã oculis,nõ tã clara ante illud tẽpus obtulit se mihi, alma parẽs,dico,cõfessa se esse Deã,& qualis & quãta solet uideri,& cõtinuit me,ne irruerem,prẽsum dextra. & insuper addidit hæc uerba sequẽtia ore roseo.i.pulchro. O nate,quis tãtus dolor excitat,& mouet iras indomitas.i.quas uincere non potes? Quid.i.cur furis? aut cura nostri .i. quã de me habere debuisti,quo recessit tibi?nõ aspicies prius.i. potius ubi liqueris.i.reliqueris parentẽ Anchisem fessum ætate.i. senio debilitatum?& non prius aspicies,ne.i.an Creusa coniux superet.i.uiuat?& an Ascanius puer etiam uiuat?quos omnes acies Graiæ,id est,Græcorum undiq; circunerrant, & iam flammæ tulerint, id est, abstulerint, & peremerint illos , ni pro nisi mea cura resistat , & ensis inimicus hauserit ,id est, percusserit illos.Facies inuisa, id est,odiosa Lacænæ. id est, Helenæ, quæ fuit ex Laconia, & Paris culpatus ab omnibus, propter Helenæ raptum,non euertit has opes Troianas, uerũ.i.sed inclementia Diuorum euertit illas, & sternit Troiam á culmine,id est, ab arce.

Aſpice (nanq; omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortaleis hebetat viſus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam: tu nequa parentis
Iuſſa time, neu præceptis parere recuſa)
Hic, vbi diſiectas moles, auulſaq; ſaxis
Saxa vides, miſtoq; vndantem puluere fumum:
Neptunus muros, magnoq; emota tridenti
Fundamenta quatit, totamq; a ſedibus vrbem
Eruit: hic Iuno Scæas ſæuiſſima portas
Prima tenet, ſociumq; furens a nauibus agmen
Ferro accincta vocat.
Iam ſummas arceis Tritonia (reſpice) pallas
Inſedit, nimbo effulgens, & Gorgone ſæua.
Ipſe pater Danais animos, vireſq; ſecundas
Sufficit; ipſe Deos in Dardana ſuſcitat arma.
Eripe nate fugam, finemq; impone labori:

Dicit̃ Troia tempore belli terræ motu concuſſa, quod crebri⁹ accidere ſolet maritimis urbibus.

¶ *Ecphraſis.*

Aſpice, nam ego eripiam tibi ó nate omnem nubẽ, quæ obducta per aërem hebetat uiſus mortales. i. humanos tibi intuenti, & humida caligat circum. Tu ó fili ne time qua, id eſt, aliqua iuſſa parentis, id eſt, mea, neu recuſa parere, id eſt, obedire præceptis meis. Hic ubi tu uides moles deiectas, & pro id eſt, ſaxa diuulſa á ſaxis ſoluto, ſcilicet, ædificio, & hic ubi uides fumum undantem puluere mixtum, hic, inquam, Neptunus, idem qui fecerat, quatit muros, & fundamẽta murorum emota, id eſt, labefacta magno tridenti. i. ſua fuſcina, et eruit, id eſt, euertit á ſedibus totam urbem, id eſt, á fundamentis. Hic, id eſt, in alia urbis parte Iuno ſæuißima prima, id eſt, princeps, & dux tenet. i. occupat portas Scæas, ſic enim una urbis porta uocabatur. & illa accincta ferro, id eſt, armata uocat á nauibus agmen furens ſocium, pro ſociorum. Reſpice, & quod Pallas Tritonia effulgens nimbo, id eſt, ſplendore diuino, & Gorgone ſæua, id eſt, capite Meduſeo, inſedit, id eſt, quaſi in inſidijs occupauit ſummas arces. Ipſe pater, id eſt, Iuppiter, qui tenet mundi arbitrium, & omnibus eſt æquus iudex, ſufficit, id eſt, ſubminiſtrat Danais uires ſecundas, id eſt, proſperas, & animos, id eſt, animoſitatem, & ipſe Iuppiter ſuſcitat eos in arma Dardana, id eſt, contra. Quoniam igitur ita eſt, o nate eripe. i. rape fugam, & impone finem labori tuo,

Nusquam abero, & tutum patrio te lumine sistam,
Dixerat, & spissis noctis se condidit vmbris.
Apparent diræ facies, inimicaq; Troiæ
Numina magna deum.
Tum vero omne mihi visum considere in ignes
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia.
Ac veluti summis antiquam in montibus ornum,
Cum ferro accisam, crebrisq; bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim: illa vsq; minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat,
Vulneribus donec paulatim euicta supremum
Congemuit, traxitq; iugis auulsa ruinam.
Nota, De⁹ Descendo: ac ducente Deo flammam inter, & hostes
p Venere. Expedior: dant tela locum, flammæq; recedunt.
al. Dea. Ast vbi iam patriæ peruentum ad limina sedis,
Antiquasq; domos: genitor, quem tollere in altos
Optabam primum montes, primumq; petebam,

¶ *Ecphrasis.*

quia nusquam abero, id est, absens tibi ero, & ego sistam, id est, ponam te tutū in limine patrio. i. Anchisæ domo. Dixerat Venus, & cōdidit se in umbris spissis noctis. Tunc diræ facies Deorum, & numina magna Deorum inimica Troiæ apparent mihi. Tunc uero omne Ilium uisum est mihi considere. i. resolui in ignes, & Troia Neptunia, cuius muros Neptunus extruxit, uerti. i. euerti ex imo, id est, á fundamento. Ac ueluti cum agricolæ instant certatim. i. inuicem eruere, id est, scindere ferro, & pro id est bipennibus crebris ornum antiquam arborem syluestrem accisam in summis montibus, illa ornus minatur ruinam usq;, id est, semper, & tremefacta comam, id est, habens comam tremefactam nutat. i. uacillat uertice concusso ictibus illis, donec paulatim arbor illa euicta vulneribus supremum, id est, tandem congemuit cum stridore cadens, & auulsa iugis montium traxit ruinam, id est, cecidit. Descēdo ex arce, & Deo. i. Venere ducente, ego expedior. i. liberor inter flammā & hostes, quia hostium tela dant locum, & flammæ recedūt. Ast ubi. i. postquā peruentum est ad limina sedis patriæ, id est, Anchisæ, & domos familiæ nostræ antiquas, genitor Anchises, quem primum, id est, præcipuum optabam tollere in altos montes, ut illum liberarem, & quem primum petebam,

Abnegat excisa vitam producere Troia,
Exiliumq́ pati: Vos o quibus integer æui
Sanguis, ait, solidæq́ suo stant robore vires,
Vos agitate fugam.
Me si cælicolæ voluissent ducere vitam,
Has mihi seruassent sedes: satis vna superq́
Vidimus excidia, & captæ superauimus vrbi.
Sic o sic positum affati discedite corpus:
Ipse manu mortem inueniam: miserebitur hostis:
Exuuiasq́ petet: facilis iactura sepulchri est.
Iam pridem inuisus Diuis, & inutilis annos
Demoror: ex quo me diuum pater, atq́ hominum rex
Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.
Talia perstabat memorans, fixusq́ manebat:
Nos contra effusi lacrymis, coniuxq́ Creusa,
Ascaniusq́, omnisq́ domus, ne vertere secum

Decorum, decuit enī senē et principē nō superesse excisæ patriæ, nec boni principis est, priuatā salutē optare respublica pdita.

Propter cōcubitū Veneris fulmine petitus et tact9 est Anchises.

¶ *Ecphrasis.*

& ille abnegat se uelle producere uitam, id est, uiuere Troia excisa, id est, post euersionem Troiæ, & abnegat se uelle pati exilium. Et ait, ó uos iuuenes, quibus sanguis æui, id est, ætatis est integer, id est, nulla sui parte diminutus, & quibus uires stant solidæ suo robore, & uos inquam agitate fugam, id est, fugite, quia si cælicolæ, id est, dij cœlestes uoluissent me ducere uitā. i. uiuere, illi seruassent mihi has sedes meas. Satis et supersatis nos uidimus una excidia. i. unā Troiæ euersionem, & superauimus, id est, superuiximus urbi captæ in prima illius captiuitate sub Hercule. Igitur ó uos affati corpus meum sic sic positum, quasi mortuū, discedite, quia ego ipse inueniam mortem manu me interficiendo, aut hostis miserebitur, & petet exuuias, id est, interficiet me, ut spolia detrahat, quod si non fuero sepultus, iactura sepulchri facilis est, id est, non est magnum incommodum non sepeliri. Ego inuisus, id est, odiosus Diuis, & inutilis iam pridem demoror annos, id est, uiuo, ex quo pater Diuorum, & rex hominum, id est, Iuppiter afflauit me uentis fulminis, & contigit me igni, id est, fulminauit me, quia cū Venere cōcubui. Et Anchises memorās talia perstabat, et manebat fixus. s. in terrā pronus. Nos. i. ego, & Creusa coniux mea, et Ascanius, & omnis domus effusi lacrymis. i. id est, lacrymantes ubertim orabamus ne pater uellet uertere, id est, perdere secum

Cuncta pater, fatoq; vrgenti incumbere vellet.
Abnegat: incœptoq;, & ſedibus hæret in ijſdem.
Rurſus in arma feror, mortemq; miſerrimus opto.
Nam quod conſilium, aut quæ iam fortuna dabatur?
Me ne efferre pedem genitor te poſſe relicto
Speraſti? tantumq; nefas patrio excidit ore?
Si nihil tanta ſuperis placet vrbe relinqui,
Et ſedet hoc animo, perituræq; addere Troiæ
Teq;, tuosq; iuuat, patet iſti ianua leto.
Iamq; aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus,
Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.
Hocce erat alma parens, quod me per tela, per ignes
Eripis? vt medijs hoſtem in penetralibus, vtq;
Aſcaniumq;, patremq; meum, iuxtaq; Creuſam
Alterum in alterius mactatos ſanguine cernã?
Arma viri, ferte arma: vocat lux vltima victos.
Reddite me Danais: ſinite inſtaurata reuiſam

Decorũ ſeruat, increpatq; parẽtem aſpera oratione, ab inhoneſto.

Auerſio ad Venerem.

¶ *Ecphraſis.*

cuncta, & incumbere .i. mori fato .i. fati neceßitate urgenti .i. impellente. Sed ille abnegat .i. recuſat ire nobiſcũ, & hæret .i. perſeuerat in eodẽ incœpto, & in eiſdẽ ſedibus. Tũc ego feror in arma, quaſi percitus furore, & quaſi miſerrimus opto mortẽ. Nã quod cõſiliũ, aut quæ fortuna dabatur .i. dari mihi iã poterat. Et dixi ô genitor ne .i. nũquid ſperaſti .i. credidiſti me poſſe efferre .i. extra domũ ferre pedẽ te relicto, & tantũ nefas excidit .i. cecidit ore patrio .i. patris mei, ut crederes me hoc poſſe facere? Si placet ſuperis nihil relinqui ex tãta & tã magna urbe, et hoc ſedet .i. decretũ eſt animo tuo, & iuuat .i. delectat te, addere Troiæ perituræ et te, & omnes tuos, ianua patet læto iſti .i. morti. Et Pyrrhus aderit, ſubaudi, fœdatus de multo ſanguine Priami, qui Pyrrhus obtrũcat .i. obtrũcare cõſueuit, natum ante ora .i. faciẽ patris, & patrẽ ipſum poſtea obtrũcat ad aras. O alma parens, ad Venerẽ ſe conuertit, hoc erat illud quod eripis me .i. ad hoc eripiebas per tela, & per hoſtes? ut cernam hoſtẽ .i. Græcos in medijs penetralibus domus meæ, & ut cernã Aſcaniũ filiũ, & patrẽ meũ Anchiſen, & iuxta illos Creuſam mactatos, alterũ in ſãguine alterius. Igitur ô uiri ferte arma arma, q̃a lux ultima .i. mors uocat nos uictos. Reddite .i. reſtituite me Danais .i. Danaorũ pugnæ, et ſinite me ut reuiſam

Prælia: nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Hic ferro accingor rursus, clypeoque sinistram
Insertabam aptans, meque extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Hærebat, paruumque patri tendebat Iulum:
Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum:
Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis;
Hanc primum tutare domum: cui paruus Iulus,
Cui pater, & coniux quondam tua dicta relinquor?
Talia vociferans gemitu tectum omne replebat,
Cum subitum, dictuque oritur mirabile monstrum:
Namque manus inter, mœstorumque ora parentum,
Ecce leuis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex: tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.
Nos pauidi trepidare metu, crinemque flagrantem

al'.nusquā.

Affectus uxoris.

Prodigiū hoc significat regē fore Ascaniū. Et huic simile quoddā dicitur de Seruio Tullo.

molli. alias molles.

¶Ecphrasis.

prælia instaurata, id est, renouata, quia nunq̄ omnes hodie moriemur inulti, quia antea quā moriar, ego prius aliquot e Græcis occidam. Hic. i. tunc ego rursus accingor ferro & armis fulgentibus. i. armo me, & ego aptans insertabam. i. insere bam clypeo manum sinistram, & ferebam me extra tecta. Et ecce Creusa coniux mea cōplexa meos pedes hærebat in limine, & tendebat mihi patri Iulum paruū, & dicebat. Si tu abis periturus rape etiam nos tecū in omnia, & in quācunq; fortunam. sed si tu expertus ponis aliquam spem in armis, tutare. i. defende primum hanc domum. s. nostram, cui. i. cuius seruitio Iulus paruus relinquitur? & cui etiā pater tuus relinquitur? et ego dicta quondā. i. aliquando coniux tua, cui etiam relinquor. i. cuius futura sum ancilla? Creusa uociferans talia, qualia diximus, replebat gemitu omnem tectum. i. totam domum, cum monstrum subitum, & mirabile dictu. i. quod dicatur, oritur. i. subito apparet, & dicit quod miraculum illud fuerit. Nāq; ecce, id est, subito apex leuis de uertice Iuli pueri summo, id est, de summitate uerticis Iuli, uisus est fundere lumen, & hoc inter manus, & ora mœstorum parentum, id est, inter me, & uxorem, & flāma mollis, & innoxia tactu uisa est pasci circum pueri tempora, id est, circum caput. Nos pauidi trepidare pro trepidamus metu, & excutere pro excutiebamus crinem flagrantem. i. ardentem,

Excutere,& ſanctos reſtinguere fontibus ignes,
At pater Anchiſes oculos ad ſydera lætus
Extulit,& cælo palmas cum voce tetendit:
Iuppiter omnipotens,precibus ſi flecteris vllis;
Aſpice nos.hoc tantum:& ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium pater,atq; hæc omina firma.
Vix ea fatus erat ſenior:ſubitoq; fragore
Intonuit læuum:& de cælo lapſa per vmbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit:
Illam ſumma ſuper labentem culmina tecti,
Cernimus Idæa claram ſe condere ſylua,
Signantemq; vias:tum longo limite ſulcus
Dat lucem,& late circum loca ſulphure fumant,
Hic vero victus genitor ſe tollit ad auras,
Affaturq; Deos,& ſanctum ſydus adorat:
Iam iam nulla mora eſt,ſequor:& qua ducitis,adſum,
Dij patrij ſeruate domum, ſeruate nepotem:

Superſtitioſa Anchiſæ petitio. ali. omnia.

Siniſtra tonitrua proſpera erãt. Fortaßis hic alludit ad cometã Iulij Cæſaris.

¶ Ecphraſis.

& reſtinguere pro reſtinguebamus ignes illos ſanctos fontibus.i.aqua. At Anchiſes pater lætus extulit.i.erexit oculos ad ſydera,& tetẽdit cælo.i.in cælũ palmas cũ uoce.i.et palmas & uocẽ.& inquit ſic.O Iuppiter oĩpotẽs ſi flecteris.i.moueris ullis ꝓcib⁹ aſpice nos.i.ſis nobis ꝓpitius.et ó pater da nobis deinde auxiliũ, & firma.i.cõfirma hæc omina.i.auſpicia:ſi nos hoc tãtũ meremur pietate.i. religiõe erga te.Et uix ſenior Anchiſes fatus erat.i.dixit ea ſuperiora,et intonuit læuũ.i. á læua parte,qđ eſt bonũ auſpiciũ,ſubito fragore.i.tonitruo.& tũc ſtella lapſa cælo per umbras noctis cucurrit ducẽs facẽ.i.flãmam cũ multa luce,& cernimus illã labentẽ.i.currentẽ ſuper culmina ſumma tecti,clarã & ſignantẽ vias cõdere ſe.i.occidere in ſylua Idæa,quæ eſt prope Troiã.Tũ.i.præterea ſulcus .i. ſtellæ ueſtigiũ dat lucem longo limite,& loca proxima fumant circum late ſulphure, id eſt,cũ odore ſulphureo.Hic uero , id eſt , tunc genitor meus uictus præſenti augurio tollit ſe ad auras, quia iacebat humi proſtratus , & affatur Deos , id eſt , ſalutat , & adorat ſanctum illud ſydus , & inquit. Iam iã nulla eſt in me mora , ſequor uos,& adſum, qua ducitis, id eſt, ducere me vultis,& ſubdit.O Dij patrij, id eſt,indigetes ſeruate domum,id eſt,familiam hanc,& ſeruate nepotẽ Aſcaniũ,

Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troia est,
Cedo equidem: nec nate tibi comes ire recuso.
Dixerat ille, & iam per mœnia clarior ignis
Auditur, propiusque æstus incendia voluunt.
Ergo age chare pater ceruici imponere nostræ, — Exēplum pietatis.
Ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit,
Quo res cunque cadent, vnum, et commune periclum,
Vna salus ambobus erit, mihi paruus Iulus
Sit comes: & longe seruet vestigia coniux.
Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite vestris. — Descriptione stēporū et locorum uidētur ali quid euidē tiæ addere oratiōibus
Est vrbe egressis tumulus, templumque vetustum
Desertæ Cereris, iuxtaque antiqua cupressus
Relligione patrum multos seruata per annos:
Hanc ex diuerso sedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates:

¶ *Ecphrasis.*

quia hoc augurium est uestrum, & Troia est, id est, extat in uestro numine, id est, potestate. Igitur ó nate Aenea, cedo tibi, uel recedo, nec recuso ire tibi comes, id est, te ductorem sequi. Dixerat ille, scilicet, Anchises, & iam ignis clarior auditur, id est, uidetur splendor, uel auditur fragor, & incendia uoluunt æstus propius, id est, propinquius. cui Aeneas inquit. O chare pater age ergo, id est, eia imponere, id est, impone te nostræ ceruici, quia ego ipse subibo, id est, succedam humeris, id est, supponam humeros, nec iste labor grauabit me, .i. nō erit mehi grauis, quocūq; .i. quomodocūq; res cadent .i. accidēt, unū et cōmune periculū erit ambobus, et una salus erit ambob9. Iulus paruus puer sit mihi comes, & Creusa cōiux mea seruet uestigia longe .i. me á longe per uestigia sequatur. & uos ó famuli aduertite uestris animis ea, quæ dicā uobis. Tumulus .i. collis est .i. occurrit egreßis, id est, his qui egrediuntur ex urbe Troiæ, & in eodem tumulo est templum uetustum Cereris desertæ, propter longam urbis obsidionem, non solum agricultura, sed & Cereris templum erat desertum, & cupressus, arbor erat iuxta templum, seruata per multos annos, quia consecrata erat, religione patrum, id est, maiorum. Nos omnes ueniemus in hanc unam sedem, id est, templum ex diuerso, id est, per diuersa loca. O genitor, cape manu sacra, & deos penates .i. domesticos, quia est nefas, id est, contra religionem,

Religio e=ni erat nõ nisi lotis manibus sacra facere, uel attingere.

Me bello e tanto digressum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros, subiectaq; colla
Veste super, fuluiq; insternor pelle leonis,
Succedoq; oneri: dextræ se paruus Iulus
Implicuit, sequiturq; patrem non passibus æquis,
Pone subit coniux: ferimur per opaca locorum:

Fortis uiri est nõ pertimescere, pijpertimescere propter alienũ periculũ.

Et me, quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, neque aduerso glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitiq; oneriq; timentem.
Iamq; propinquabam portis, omnemq; videbar
Euasisse viam, subito cum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus: genitorq; per vmbram
Prospiciens, Nate, exclamat, fuge nate, propinquant:

¶ Ecphrasis.

me digressum e tanto bello et cæde, id est, sanguine recenti attrectare illa sacra, donec abluero me flumine uiuo .i. fluenti, quia uidentur uiuere, quæ per se motum habent. Hæc fatus, id est, postquam hæc sum locutus, super insternor humeros latos, & colla subiecta, id est, habeo humeros latos, & colla subiecta instrata super ueste, & pelle leonis fului, & sic instratus succedo, id est, suppono me oneri, id est, patri meo, & paruus Iulus implicuit, id est, adiunxit se dextræ meæ, & sequitur me patrem paßibus non æquis, quia puer erat, non poterat passus meos æquare, nisi crebriores essent. & coniux subit pone, id est, sequitur me á tergo, & sic ferimur per opaca locorum, id est, per loca opaca. Et omnes auræ, id est, aurarum strepitus terrent me, quem dudum, id est, paulo ante, non ulla tela iniecta contra me mouebant, & quem Graij glomerati, id est, constipati agmine aduerso, id est, opposito nõ mouebãt, nũc omnis sonus excitat, id est, perturbat me suspensum, id est, sollicitum, & timentem pariter comiti, id est, filio, & oneri, id est, patri. & iam appropinquabam portis, & uidebar mihi euasisse omnem uiam, id est, totũ periculum, cum creber sonitus pedum .i. strepitus subito uisus est mihi adesse, id est, accedere ad aures, & genitor meus, qui hoc potuit facere, prospiciẽs per umbram exclamat. O nate nate fuge, quia propinquãt Greci

Ardentes clypeos, atq; æra micantia cerno.
Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum
Confusam eripuit mentem: nanq; auia cursu
Dum sequor, & nota excedo regione viarum.
Heu misero coniux fato ne erepta Creusa
Substitit, errauit ne via, seu lassa resedit,
Incertum: nec post oculis est reddita nostris.
Nec prius amissam respexi, animumq; reflexi,
Quam tumulum antiquæ Cereris, sedemq; sacratam
Venimus: hic demum collectis omnibus, vna
Defuit, & comites, natumq;, virumq; fefellit:
Quem non incusaui amens hominumq;, Deorumq;?
Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe?
Ascanium, Anchisemq; patrem, Teucrosq; penates
Commendo socijs, & curua valle recondo.
Ipse vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis:

Amouet suspitionē negligentiæ. Cōiugē describit amissam.

Exēplū amoris coniugalis.

¶ *Ecphrasis.*

Scilicet, & cerno clypeos ardentes, id est, splendentes, & tela micantia. Hic, id est, tunc nescio, quod numen male amicum, id est, inimicum eripuit mihi mentem confusam, id est, confundendo perturbauit, ita ut obliuiscerer vxoris. nam dum ego sequor cursu, id est, fugiens auia, id est, loca sine uia, & excedo ex regione uiarum nota, ne ab hostibus caperer. Heu incertum est, ne, id est, an Creusa coniux substitit. i. cōstitit, erepta mihi fato, id est, morte, & ne, id est, an errauit á uia, seu ipsa lassa resedit, cum me non posset consequi. nec post est reddita nostris oculis, quia illam non uidi, sed umbram tantum illius. Nec ego respexi illam amissam, nec reflexi animum, id est, cogitationem, & memoriam illius, priusquam uenimus ad tumulum Cereris antiquæ desertæ, de quo supra dictum est, sedemque sacratam, id est, templum, & omnibus collectis hic, id est, in hoc loco, vna, id est, sola Creusa defuit, & fefellit comites, & Ascanium filium, & me maritum. Tunc ego amens, id est, furibundus, quem hominum, aut quem Deorum non incusaui? Aut quid uidi crudelius in urbe euersa? Tunc ego commendo socijs Ascanium filium, & Anchisen parentem meum, & recondo, id est, abscondo illos omnes in ualle curua. & ego ipse repeto, i. redeo in urbem, & cingor. i. circundor, & armor armis fulgentibus.

Stat casus renouare omneis:omnemq; reuerti
Per Troiam,& rursus caput obiectare periclis.
Principio muros,obscuraq; limina portæ,
Qua gressum extuleram,repeto:& vestigia retro
Obseruata sequor per noctem,& lumine lustro.
Horror vbiq; animos,simul ipsa silentia terrent.
Inde domum si forte pedem,si forte tulisset,
Me refero.irruerant Danai,& tectum omne tenebant.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Voluitur:exuperant flammæ:furit æstus ad auras.
Procedo ad Priami sedes,arcem q; reuiso.
Et iam porticibus vacuis Iunonis Asylo
Custodes lecti Phœnix,& dirus Vlysses
Prædam asseruabant.huc vndiq; Troia Gaza
Incensis erepta adytis,mensæq; Deorum,
Crateresq; auro solidi,captiuaq; vestis
Congeritur:pueri & pauidæ longo ordine matres

Asylū loc9 est quo qsq; se tuto potest recipere. hinc enim nemině extrahi licet, neq; deprædari.

¶ *Ecphrasis.*

Stat,id est,certum & decretum est,renouare omnes casus.i.fortunam, & reuerti per omnem.i.totam Troiam,& obiectare.i.opponere caput periculis rursus.i.denuo & iterū.Principio ego repeto muros,& obscura limina portæ,ea parte,qua extuleram gressum.i.sum egressus,& sequor uestigia obseruata retro.i.remetiēdo iter,& lustro.i.inuestigo uxorē per noctē lumine.s.incendij. Tum ubiq; erat horror,& nō modo strepitus terrebat me,sed ipsa silentia simul terrent animos.Inde refero me domū.i.in domū meā,si forte tulisset pedē eo.s.In domū,sed iam Danai irruerant in domum, & tenebant omne tectum.Et ilicet.i.illico,uel scilicet,ignis edax.i.cōsumens omnia,uoluitur uēto ad summa fastigia domus, flāmæ exuperant fastigia domus,& æstus furit.i.cū furore exit ad auras.Procedo ulterius,& reuiso.i.iterū eo,ut uideā sedē.i.domū Priami,& arcē urbis. Et iam Phœnix Achillis pædagogus,& Vlysses dirus lecti.i.electi custodes spoliorum adseruabant prædā in Asylo.i.templo Iunonis, porticibus uacuis.i.amplis.huc.i.ad hoc templum congeritur.i.accumulatur gaza Troia.i.diuitiæ Troianæ.s.erepta ex adytis.i.ex sacrarijs templorum incensis.gaza dico .s. mensæ Deorum, & crateres solidi auro .i. ex auro solido,& uestis captiua, & pueri & matres, id est, mulieres pauidæ

Stant

Stant circum, tacitiſq; auras mugitibus implent.
Auſus quinetiam uoces iactare per umbram,
Impleui clamore uias: mœſtuſq; Creuſam
Ne quicquam ingeminans, iterumq;, iterumq; uocaui.
Quærenti, & tectis urbis ſine fine furenti,
Infelix ſimulacrum, atq; ipſius umbra Creuſæ
Viſa mihi ante oculos, & nota maior imago.
Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & uox faucibus hæſit.
Tum ſic affari, & curas his demere dictis:
Quid tantum inſano iuuat indulgere labori
O dulcis coniunx? non hæc ſine numine Diuum
Eueniunt: nec te hinc comitem aſportare Creuſam
Fas: haud ille ſinit ſuperi regnator olympi.
Longa tibi exilia, & uaſtum maris æquor arandum.
Ad terram Heſperiam uenies: ubi Lydius arua
Inter opima uirum leni fluit agmine Tybris.

Alij codices, Stant circũ. nec amplius habent.

Obiurgatio.

Alias aut

¶ *Ecphraſis.*

ſtant circum, id eſt, in orbem aut circum prædam, & implent auras mugitibus tacitis, id eſt, gemitibus, quia non audebant palam dolere. Quinetiam, id eſt, inſuper ego auſus iactare uoces per umbram noctis impleui uias clamore meo, & ego mœſtus uocaui Creuſam ſed ne quicquam, id eſt, fruſtra, iterum atque iterum, id eſt, ſæpiſsime ingeminans, id eſt, duplicans & triplicans, ó Creuſa, ó Creuſa. Tunc ſimulacrum infœlix, id eſt, imago, & umbra, id eſt, anima ipſius uxoris Creuſæ, & imago maior nota, id eſt, illa Creuſa, quam ego noueram, uiſa eſt ante oculos mihi quærenti illam, & furenti ſine fine in tectis urbis, id eſt, per medias urbis domos. Tunc obſtupui, & comæ ſteterunt, id eſt, erectæ fuerunt mihi, & uox hæſit faucibus, quia loqui non poteram. Tunc uiſa eſt mihi affari, id eſt, alloqui me, ſic, id eſt, in modum ſequentem. O coniunx dulcis, quid iuuat, id eſt, delectat te tantum indulgere, id eſt, dare operam amori inſano, id eſt, magno aut furioſo? hæc omnia quæ patimur, non eueniunt ſine numine, id eſt, uoluntate Diuorum, nec fas fuit te aſportare hinc, id eſt, á Troia Creuſam me comitem, & quia ille regnator Olympi ſuperi, id eſt, Iuppiter haud ſinit, id eſt, non permittit hoc. Longa exilia futura ſunt tibi, id eſt, peregrinationes, & uaſtum æquor maris eſt tibi arandũ.i.nauigatione ſulcandũ, & tu uenies in terrã Heſperiam.i.in Italiã, ubi tybris Lydius .p. Tyrrhenus, quia Lydius & Tyrrenus, á quo dicta eſt

Illic res lætæ, regnumq́ꝫ & regia coniux
Parta tibi: lacrymas dilectæ pelle Creusæ.
Non ego Myrmidonum sedes, Dolopum ue superbas
Aspiciam: aut Graijs seruitum matribus ibo
Dardanis, & diuæ Veneris nurus.
Sed me magna deum genitrix his detinet oris,
Iamq́ꝫ uale, & nati serua communis amorem.
Hæc ubi dicta dedit, lacrymantem, & multa uolentem
Dicere deseruit, tenuesq́ꝫ recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucriq́ꝫ simillima somno.
Sic demum socios consumpta nocte reuiso:
Atq́ꝫ hic ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio admirans numerum, matresq́ꝫ uirosq́ꝫ
Collectam exilio pubem, miserabile uulgus.

Mortuam innuit, & sepultam terra detineri, quæ Ops et Cybele dicitur. Spirit9 descriptio. hic Alias huc.

¶*Ecphrasis.*

est pars illa Italiæ Tyrrhenia, fratres fuerũt, fluit agmine. i. impetu leni inter arua opima uirorũ. illic scilicet, in Italia res lætæ, id est, fœlices, & regnum, & coniux regia, id est, filia regis Latini Lauinia parta sunt tibi. Ideo pelle lachrymas Creusæ dilectæ coniugis, quia ego captiua non aspiciam sedes superbas Myrmidonum uel Dolopum, aut ego Dardanis, id est, Dardani primi conditoris Ilij Neptis, & nurus Veneris diuæ matris tuæ non ibo seruitum matribus, id est, mulieribus Graijs, id est, Græcis. Sed genitrix magna Deorum, id est, Cybele, in cuius tutela est Phrygia, detinet me his oris, id est, in hac regione sibi dedicata, & iam uale, & serua amorem nati communis, id est, Ascanij. Vbi Creusa dedit hæc dicta, id est, superiora uerba dixit, deseruit me lachrymantem & uolentem dicere illi multa, & recessit in auras tenues, id est, euanuit ab oculis meis, par, id est, similis uentis leuibus, & simillima somno uolucri, id est, uelociter fugienti. & ibi, id est, tunc ego ter conatus circundare brachia mea illius collo: imago Creusæ ter comprensa effugit ter manus meas, par leuibus uentis, & cætera. Et sic demum, id est, post multos labores reuiso, id est, eo ut uideam socios nocte consumpta in his, quæ sunt à me commemorata, atque inuenio hic. id est. in tumulo iam dicto, ubi socios reliqui, ingentem numerum comitum nouorum affluxisse, & conuenisse, ego inuenio, inquam, matres & uiros, pubem, id est, iuuentu

Vndiq; conuenere, animis, opibusq; parati,
In quascunq; uelim pelago deducere terras,
Iamq; iugis summæ surgebat Lucifer Idæ,
Ducebatq; diem: Danaiq; obsessa tenebant
Limina portarum: nec spes opis ulla dabatur:
Cessi, & sublato montem genitore petiui.

¶ Eephrasis.

tem collectam exilio, id est, ad peregrinandum mecum. appositiue. uulgus miserabile. Qui omnes conuenere undique parati animis & opibus, subaudi, me sequi, in quascunq; terras ego uelim illos deducere pelago, id est, nauigatione. Et dum hæc fiunt, iam Lucifer surgebat, id est, oriebatur ex iugis summæ Idæ syluæ Troianæ, & ducebat diem, id est, Solem præcedebat, & Danai tenebant limina portarum urbis obsessa, neque ulli spes opis, id est, auxilij dabatur, cessi, id est, recessi tunc, uel dedi locum fortunæ, & petiui montem Idam sublato genitore meo Anchise.

¶ Addlon:

Funera Dardaniæ narrat, fletusq; secundo.

IN SECVNDI LIBRI AENEIDOS ARgumentum enarratio, quæ, ut supra diximus, omissa fuerat incuria quadam.

Conticuere omnes. His decem carminibus Modestinus Iurisconsultus, aut quicunq; ille fuit, nam Ouidium non fuisse contenderim: duriora sunt enim horum Aeneidos argumentorum carmina, quam ut Ouidio conueniant, complexus est breuiter huius libri argumentum, cuius explanatio talis est. Omnes, scilicet, tam Tyrij, quam Phryges conticuere, id est, simul tacuerunt, tunc Heros fortißimus, id est, Aeneas recensebat, id est, enarrabat sic fata, id est, aduersitates Troiæ scilicet, urbis, q; pro & casus, id est, calamitates & cædes suorum, id est, Troianorum, & recensebat Graios, id est, Græcos fallaces, id est, fraudulentos & uersipelles, & dona Mineruæ Deæ simulata, id est ficta, & per hoc intelligit equum, qui dolo fabricatus est á Græcis, ut Troia facilius caperetur. & recensebat, inquam, (nam hi omnes accusatiui, qui sequuntur, pendent á uerbo recēsebat superius posito) pœnā.i.mortē Lacōtis illi⁹ sacerdotis Troiani: sane illud omittēdū nō est, ab hoc autore dici Lacō, ontis. á Vergilio tamē semper Laocoon:

& recensebat Sinonem illum Graecum perfidum laxantem, id est, aperientē claustra, id est, equi repagula, ut ij, qui inclusi erant, exirent, & recensebat somnum, id est, insomnium atrum, id est, tristem & funestum, quo, scilicet, somno acceperat monitus, id est, admonitiones Hectoris, nam dicturus est postea. Heu fuge Nate Dea, teque his, ait, eripe flammis: Hostis habet muros, ruit alto á culmine Troia. & reliqua. Et iam recensebat flammas caeli, unde dicetur, de caelo lapsa per umbras Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. & ruinas Troum, & patriae, scilicet, Troiae. Et recensebat fatum, id est, sortem, semper miserabile, id est, cuius semper misereri debemus. Regis priami Troiani. Et recensebat, inquam, patrem, scilicet, Anchisen impositum collo. q; pro & Ascanium praehensum, id est, abreptum dextra, id est, per dextram, & hoc Creusa coniuge eius erepta fato, id est, fatali dispositione, comitante á tergo, id est, post tergum frustra, id est, in cassum, quia erepta fuit. alij uero codices habent, frustra á tergo comitante Creusa, Ereptam hanc fato, tunc repete á superioribus, & recensebat hanc ereptam fato, & socios repertos, id est, inuentos in monte, scilicet, Ida.

SECVNDI LIBRI FINIS.

ANTONIVS RAMIRVS LECTORI.

Ridebit, opinor, aliquis, eo quod argumenti enarrationem in libri calce apposuerimus, tanquam á suo loco motam, ac luxatam: sed is á cahinnis abstinet, si, nos rudi tyrunculorum pubi consulere malauisse, quam, quod ibi negligentia fuerat praeteritum, tacere, intelliget. Ideo glossema illic omissum ad hunc locum recepimus, quod, ut rei litterariae Iuuenes boni consulant, oramus.

Adilon.

Tertius a Troia uectos canit æquore Teucros.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN TERtium librum Aeneidos argumentum.



Ost euersa Phrygũ regna, est fuga cepta moueri,
Vtq; sit in Thracem primo deuectus: ibiq;
Mœnia condiderit Polydori cæde piata.
Regis & hospitiũ, ut Phœbi responsa canebant;
Cœptũ iter in Creten, rursus noua fata reperta.
Naufrag⁹ ut fuerit strophadas cõpulsus ad ũdas
Inde fugam, atq; iterum enarat præcepta Celænus.
Liquerit utq; Helenum perceptis ordine fatis.
Supplicem Achæmenidem Polyphemo urgente recepit.
Amissumq; patrem Drepani; sic deinde quieuit.

sic ali. atq; hic

¶Ecphrasis.

Post euersa. Argumentum est huius libri tertij, in quo Aeneas narrat Reginæ peregrinationem suam post Troiæ euersionem, quod fuit secundum reginæ interrogantis quæsitum. Dicitq; quemadmodum post regna Phrygum, id est, Troianorum euersa, fuga cepta est moueri, & narrat ut, id est, quemadmodum Aeneas primo deuectus sit in Thraciam, & quemadmodum ibi condiderit mœnia, id est, urbem cæde Polydori piata, id est, expiata, quem Polymnestor occiderat, ut auro potiretur, quod illi Priamus miserat ꝑ puero. Et narrabat hospitium regis Polymnestoris. Et inde iter est cœptum in Cretam, ut canebant responsa Phœbi, quæ accepit in insula Delo, ubi rursus noua fata sunt reperta, quia inde pestilentia pulsi, á penatibus admoniti sunt, ut irent in Italiam. Et narrat ut, id est, quomodo Aeneas naufragus ex tempestate fuerit compulsus ad undas Strophadas, id est, Strophadum insularum. Et inde narrat fugam, id est, quemadmodum ex illis insulis fugerit, & narrat etiam præcepta, id est, oracula Celænus diræ, de fame, scilicet, futura. Et narrat ut perceptis, id est, auditis fatis, id est, quæ futura erant Troianis, liquerit Helenum Andromaches maritum, á quo fatorum responsa acceperat. Et narrat ut, id est, quemadmodum Aeneas in nauem suam recepit Achæmenidem Vlyßis comitem Polyphemo Cyclope illum urgente. Et narrat patrem Anchisem amissum, id est, mortuum Drepani, quæ nunc urbs est Siciliæ, & fine facto hic, scilicet, narrandi quieuit, id est, loqui cessauit, aut dormitum iuit.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS Liber Tertius.

Transitio. Commiserationem mouet ab effectu. Sicut in secundo libro descripsit poëta excidium Troiæ, ita hic nauigatione. præcipue considerandi mores & situs gentium.



OSTQVAM res Asiæ, Priamiꝙ euertere gentem
Immeritam uisum superis; ceciditꝙ superbũ
Iliũ: & omnis humo fumat Neptunia Troia:
Diuersa exilia, & desertas quærere terras
Augurijs agimur Diuum; classemꝙ sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quo fata ferant, ubi sistere detur,
Contrahimusꝙ uiros. uix prima incœperat æstas:
Et pater Anchises dare fatis uela iubebat.
Littora tum patriæ lacrymans, portusꝙ relinquo,
Et campos ubi Troia fuit: feror exul in altum
Cum socijs, natoꝙ, penatibus, & magnis Dijs.

contrahimus

¶ Ecphrasis.

Postquam uisum est superis, id est, Dijs cœlestibus euertere res Asiæ, & gentem immeritam Priami, & postquam Ilion superbum. id est, nobile cecidit, id est, euersum est, & postquam omnis, id est, tota Troia fumat pro fumauit: nos agimur, id est, compellimur augurijs Diuorum quærere diuersa exilia, id est, loca, ubi exularemus. & diuersas terras, & molimur, id est, aptamus classem sub ipsa Antandro urbe Phrygiæ, & sub montibus Idæ syluæ Troianæ, et nos incerti quo, id est, ad quam mundi partem fata ferant nos, & ubi detur nobis sistere, id est, manere, contrahimus uiros, id est, iungimus. Vix prima æstas, id est, tempus aptum nauigationi inceperat, & Anchises pater meus iubebat dare, id est, explicare uela uentis. Tunc ego lachrymans relinquo littora, et portus patriæ, et campos ubi Troia fuit, quia iam non extabat. Et ita ego exul feror in altum mare cum socijs, et cum nato Ascanio, et cum penatibus, et Dijs magnis, et describit Thraciam, quo peruenit, dicens. Terra Mauortia, id est, Marti dedicata

Terra procul uaſtis colitur Mauortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo,
Hoſpitium antiquum Troiæ, ſociję penates,
Dum fortuna fuit: feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis,
Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionææ matri, diuiſq; ferebam
Auſpicibus cœptorum operum: ſuperoq; nitentem
Cœlicolum regi mactabam in littore taurum.
Forte fuit iuxta tumulus, quo cornea ſummo
Virgulta, & denſis haſtilibus horrida myrtus.
Acceſſi, uiridemq; ab humo conuellere ſyluam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras:
Horrendum, & dictu uideo mirabile monſtrum.
Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ.

Eſt enim oppidũ in Thracia Aeneadũ nomine.

Prodigiũ horrendũ

¶ Ecphraſis.

colitur, id eſt, habitatur, uel exercetur uaſtis, id eſt, magnis campis procul, id eſt, prope, quoniam Thraces arant, terra, dico, regnata quondam Lycurgo acri, id eſt, ubi Lycurgus rex fortis regnauit. Terra, iterum dico, hoſpitium antiquum Troiæ, & penates ſocij, id eſt, amici, ſed hoc fœdus hoſpitalitatis & amicitia durauit dum fortuna Troiæ fuit proſpera. Ego feror huc, id eſt, in Thraciam, & loco, id eſt, fundo prima mœnia, id eſt, urbem Aeneadũ in littore curuo maris, id eſt, in maris curuitate, & ego ingreſſus illic fatis iniquis, id eſt, malis augurijs fingo Aeneadas, id eſt, ciues illius urbis appello Aeneadas, nomen fictum & deductum de meo nomine. Ego ferebam ſacra, id eſt, ſacrificabam matri Dionææ, id eſt, Veneri matri meæ Diones filiæ, & reliquis diuis auſpicibus, id eſt, qui mihi auſpicia dederant, operum à me incœptorum, & mactabam, id eſt, ſacrificabam in littore taurum nitentem, id eſt, pinguem regi ſupero cælicolum pro cælicolarum, id eſt, Ioui. Forte iuxta locum illum fuit tumulus, id eſt, collis in quo ſummo, id eſt, in cuius ſummitate fuerũt uirgulta, id eſt, frutices. & myrtus horrida haſtilibus .i. uirgis exaſperata. Acceßi ego tũc ad tumulũ, & conatus cõuellere ab humo ſyluã uiridẽ .i. myrti illi⁹ ramos ad ornandũ aras, atq; ut tegerẽ aras ramis frõdẽtib⁹, ego uideo mõſtrũ horrẽdũ, et mirabile dictu. Nã guttæ atro ſãguine liquũtur .i. fluũt huic arbori, q̃ prima uellit̃ ſolo .i. ex terra radicib⁹ ruptis,

Et terram tabo maculant: mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.
Rursus & alterius lentum conuellere uimen
Insequor, & causas penitus tentare latenteis:
Ater & alterius sequitur de cortice sanguis.
Multa mouens animo, Nymphas uenerabar agrestes,
Gradiumq; patrem, Geticis qui præsidet aruis,
Rite secundarent uisus, omenq; leuarent.
Tertia sed postquam maiore hastilia nixu
Aggredior, genibusq; aduersæ obluctor arenæ
(Eloquar, an sileam?) gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & uox reddita fertur ad aures.
Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto:
Parce pias scelerare manus: non me tibi Troia
Externum tulit: haud cruor hic de stipite manat.
Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum:
Nam Polydorus ego: hic confixum ferea texit ferrea

Natura tl moris.

Alias Alter.

Gradiuū à grassando quia bello grassatur.

Tertia alias Tertio

Conquest⁹ de sepulcho Polydori.

¶Ecphrasis.

& maculant terram tabo, id est, sanguine illo nigro, tunc horror frigidus ab effectu quatit mihi membra, & sanguis gelidus formidine coit, id est, congelatur. Rursus, id est, iterum insequor conuellere uimen lentum, id est, uirgam flexibilem alterius myrti, & insequor tentare causas penitus latentes, & rursus alter sanguis sequitur de cortice alterius myrti, & ego tunc mouens, id est, cogitans multa animo uenerabar Nymphas agrestes, & patrem Gradiuum, id est, Martem, qui præsidet aruis Geticis, id est, Thracensibus, ut secundarent, id est, prosperos facerent uisus illos rite, id est, recte, & leuarent, id est, leuefacerent illud omen, id est, monstrosum prodigium. Sed postquam ego aggredior tertia hastilia maiore nixu, id est, maioribus uiribus, & obluctor, id est, innitor genibus harenæ aduersæ, cui innitebar, gemitus lachrymabilis auditur ex imo tumulo, & uox reddita, id est, repetita fertur ad aures meas, & per parenthesim interposuit, eloquar an sileam? quasi uelit dicere, incredibile est. O Aenea quid laceras me miserū, parce iam sepulto mihi, & parce.i.caue scelerare.i.sceleratas facere manus tuas pias, quia Troia tulit.i.genuit me non externum immo cognatū & propinquū tibi, quia hic cruor haud manat de stipite, sed de meo corpore. Heu ó Aenea fuge terras crudeles, & fuge littus auarum, Polymnestoris auaritiam dicit. Nam

Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
Tum uero ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui, steteruntque comæ, & uox faucibus hæsit.
Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi, cum iam diffideret armis
Dardaniæ, cingique urbem obsidione uideret.
Ille ut opes fractæ Teucrum, & fortuna recessit,
Res Agamemnonias, uictriciaque arma secutus
Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur: quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? postquam pauor ossa reliquit,
Delectos populi ad proceres, primumque parentem
Monstra Deum refero, & quæ sit sententia, posco.
Omnibus idem animus, scelerata excedere terra,
Linquere pollutum hospitium, & dare classibus Austros.
Ergo instauramus Polydoro funus: & ingens

Impietas. Iura hospitalitatis fregit.

Ali. cogis

¶ Ecphrasis.

ego sum Polydorus filius Priami, quem confixum telis seges ferrea telorum texit hic.i.in hoc loco, quæ seges telorum increuit hic iaculis acutis, quasi diceret, quod tela quibus fuit confixus, in myrti uirgulta sunt mutata. Tunc uero ego pressus mentem.i.habens mentem depressam formidine ancipiti.i.dubia obstupui, & comæ steterunt, id est, inhorruerunt, & uox hæsit faucibus, quia loqui non poterã. Priamus infelix mandarat, id est, miserat hunc Polydorum filium suum alendum furtim, id est, secreto, cum magno pondere auri regi Threicio, id est, Polymnestori regi Thraciæ, quod fecit, cum iam diffideret armis Dardaniæ, & uideret urbem suam cingi obsidione. Ille, scilicet, Polymnestor ut.i.postquam opes Teucrorum fractæ sunt, & illorum fortuna recessit, secutus res Agamẽnonias.i.Græcorũ partes, & secutus etiam arma uictricia.i.Græcos uictores, abrumpit omne fas.i.ius hospitalitatis & amicitiæ, & obtruncat Polydorum, & potitur auro ui.i.uiolenter, quia ô fames auri sacra.i.execrabilis quid nõ cogis facere pectora mortalia.i.humana. Sed postquã pauor reliquit ossa mea.i.desij timere, & refero mõstra Deũ pro Deorũ ad ꝓceres delectos populi, & primũ ad parentẽ Anchisen, et posco ab illis, quæ sit illorũ sentẽtia. Idẽ animus fuit omnibus, hospitiũ pollutũ linquere, et excedere terra scelerata.i.ubi tãtum scelus est cõmissum, et dare Austros classib9.

Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aræ
Cæruleis mœstæ uittis, atraq; cupresso:
Et circum Iliades crinem de more solutæ.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras: animamq; sepulchro
Condimus, & magna supremum uoce ciemus.
Inde ubi prima fides pelago, placataq; uenti
Dant maria, & lenis crepitans uocat Auster in altum,
Deducunt socij naues, & littora complent.
Prouehimur portu: terræq;, urbesq; recedunt.
Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri, & Neptuno Aegæo:
Quam pius Arcitenens oras, & littora circum
Errantem Mycone celsa, Gyaroq; reuinxit:
Immotamq; coli dedit, & contemnere uentos.
Huc feror: hæc fessos tuto placidissima portu

Mos expiandorum maniũ qui non perfuncti sũt legittimo funere.

Cupressus mortis symbolum.

Deli descriptio.

Alias pri⁹

¶ Ecphrasis.

id est, classes Austris, ergo .i. quia nobis est discedẽdũ. Instauramus funus .i. exequias Polydoro, & ingens tellus aggeritur .i. congregatur tumulo .i. ad tumulum faciendum. Aræ stant .i. erigũtur Dijs manibus mœstæ .i. lugubres uittis cæruleis .i. nigris & cupresso atra .i. funesta, quia in funeribus poni consueuit, & Iliades .i. mulieres Troianæ erant circum aras, solutæ crinem de more, quia multo tempore belli id facere solitæ erant, & inferim⁹ .i. in inferias damus cymbia .i. pocula spumantia lacte tepido .i. recenti. & inferimus pateras sanguinis sacri .i. qui sacrificabatur, & condimus .i. conciliamus animam sepulchro, & ciemus .i. uocamus Polydorũ magna uoce. Inde ubi prima fides .i. certitudo nauigandi fuit pelago, et uenti dant maria placata, & Auster lenis .i. leniter crepitans uocat nos in altum mare. socij deducunt naues .i. ex sicco in mare trahunt, & complent littora. Prouehimur .i. longe uehimur á portu, & terræ & urbes recedunt .i. recedere uidentur. Tellus sacra. & gratissima matri Nereidum .i. Thetidi, & Neptuno Aegeo .i. maris Aegei, colitur in medio mari, describit autem Delon, quam Apollo Arcitenens .i. qui arcu utitur, errantem circum oras & littora maris reuinxit Mycone, et Gyaro celsa, insulis Delo finitimis, deditq; illam insulam immotam coli, id est, habitari, cum antea mobilis esset, et dedit illi contemnere uentos, quibus antea agitabatur, ego feror huc, id est in hanc insulam, et hæc terra placidissima accipit nos fessos in portu tuto,

Accipit: egressi ueneramur Apollinis urbem.
Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos
Vittis, & sacra redimitus tempora lauro
Occurrit, ueterem Anchisen agnoscit amicum.
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.
Templa Dei saxo uenerabar structa uetusto:
Da propriam Tymbræe domum, da mœnia fessis.
Et genus, & mansuram urbem: serua altera Troiæ
Pergama, relliquias Danaum, atq; immitis Achilli.
Quem sequimur? quo ue ire iubes? ubi ponere sedes?
Da pater augurium, atq; animis illabere nostris.
Vix ea fatus eram, tremere omnia uisa repente.
Liminaq;, laurusq; Dei, totusq; moueri
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.
Submissi petimus terram, & uox fertur ad aures:
Dadanidæ duri, quæ uos a stirpe parentum

All agnouit *Hospitalitas et amicitia.* *Religio Aeneæ.*

Alludit ad timorē uaticinantiū. *Solebant Phœbi sacerdotes lauri folijs comestis uaticinari.*

¶ Ecphrasis.

Et egressi è nauibus ueneramur urbem Apollinis, id est, Delon Apollini sacram, quia ibi natus est. Anius rex, idē rex hominū, et sacerdos Phœbi redimit⁹ .i. habēs tempora redimita uittis & lauro sacra occurrit nobis, & agnouit Anchisen ueterem amicum. Itaque iungimus dextras hospitio, & subimus tecta, id est, domos. Tunc ego uenerabar templa Dei Apollinis structa, id est, fabricata ex saxo uetusto, & dicebam supplex: ó Apollo Tymbræe á loco Phrygiæ Tymbre feraci, da mihi propriam domum, & da mœnia, id est, urbem nobis fessis, & etiam da genus, id est, posteritatem, et urbem mansuram, & serua altera Pergama Troiæ, id est, reciduam Troiam, appositiue. reliquias Danaorum, atque Achillis immitis, & responde ó Apollo, quem sequimur? id est, sequi ducem debemus, & quo iubes nos ire? & ubi ponere sedes? id est, fundare urbem. O pater da nobis augurīū, id est, oraculum, & illabere nostris animis. ut illud interpraetari possimus. Et uix ego fatus eram ea, quæ supra commemoraui, cum repente uisa sunt omnia tremere, scilicet, limina templi, et laurus, quæ erant iuxta templum, & totus mons uisus est moueri circum, & cortina templi uisa est mugire adytis reclusis, id est, sacrarijs apertis: Tunc nos submißi petimus terram, id est, proni adoramus, & uox Apollinis fertur ad aures nostras. O Dardanidæ duri, id est, laborosi, eadem tellus iterum accipiet uos reduces, id est, á periculis liberatos, quæ

Prima tulit tellus, eadem uos ubere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris:
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus, mistoq; ingens exorta tumultu
Lætitia, & cuncti, quæ sint ea mœnia, quærunt:
Quo Phœbus uocet erranteis, iubeatq; reuerti.

Oraculum falso interpretatur Anchises.

Tum genitor ueterum uoluens monumenta uirorum:
Audite o proceres, ait, & spes discite uestras.
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto:
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ.
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna:
Maximus unde pater (si rite audita recordor)
Teucrus Rhœteas primum est aduectus ad oras,
Optauitq; locum regno. nondum Ilium, & arces
Pergameæ steterant: habitabant uallibus imis.

¶ Periphrasis.

Prima tulit uos, id est, procreauit á stirpe parentum, ideo exquirite matrem, id est, patriam antiquã. Domus, id est, familia Aeneæ dominabitur hic pro illic cunctis oris, id est, orbi uniuerso, & nati natorum, id est, nepotes, & qui ab illis nascentur, id est, minores dominabuntur hic. Phœbus hæc tantum dixit: & ingens lætitia exorta est omnibus tumultu mixto, quia cuncti quærunt, quæ sint ea mœnia, id est, in qua orbis parte fundanda, & quo Phœbus uocet nos errantes, id est, ad quam mundi partem, & quo iubeat nos reuerti. i. ad primam originem redire. Tum genitor Anchises uoluens. i. repetens monumenta. i. memoriam uirorũ ueterũ ait. O proceres audite, & discite uestras spes. i. quæ speratis bona. Creta insula magni Iouis. i. in qua est Iuppiter nutritus, iacet in medio ponto, ubi. i. in qua insula est mons Idæus, sicut & apud Troiam est Ida sylua, & ubi sunt cunabula. i. primordia nostræ gentis. i. Troianorum, & habitant centum magnas urbes, tot enim fuisse dicuntur in Creta. appositiue. regna uberrima. i. fertilißima, unde. i. á qua insula si ego recordor audita rite, & si bene memini, quæ á maioribus meis accepi, Teucrus uir Cretensis deuectus est primum in oras Rhoeteas, id est, Troianas, á Rhoeteo promontorio Troiæ, & optauit, id est, elegit locum regno, id est, ubi regnaret, scilicet, in agro Troiano. Ilium, id est, urbs Troiana, & arces Pergameæ nõdũ steterãt. i. nõdũ structæ fuerant, sed habitabãt in uallibus imis.

Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq́ æra,
Idæumq́ nemus: hinc fida silentia sacris:
Et iuncti currum dominæ subiere leones.
Ergo agite, & Diuum ducunt qua iussa, sequamur:
Placemus uentos, & Gnossia regna petamus:
Nec longo distant cursu (modo Iuppiter adsit)
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Sic fatus meritos aris mactauit honores:
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam,
Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaq́ littora Cretæ
Hoste uacare domos, sedesq́ astare relictas:
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq́ uolamus
Bacchatamq́ iugis Naxon uiridemq́ Donysam
Olearon, niueamq́ Paron, sparsasq́ per æquor

Cybele á rotũditate dicta, terram significat.
Gnoßis urbs Cretæ insignis.
mactauit alias mactabat.
Occasionẽ recẽset uacantis regni Cretici, uerisimiliorem narrationẽ reddẽs.

¶ *Ecphrasis.*

Hinc, id est, á Creta, est Cybele mater Deorum cultrix Troianæ regionis, et hinc sunt æra Corybantia in sacris Cybeles apud Troianos, & hinc est nemus Idæum apud Ilion, & hinc leones iuncti subierunt currus dominæ, quasi diceret, omnia hæc accepimus á Cretensibus. Ergo .i. quoniam ita est, agite, id est, eia sequamur, qua iussa Diuum pro Diuorum ducunt nos, & placemus uentos sacrificijs, & petamus regna Gnosia, id est, Cretensia á Gnoso urbe, nec distant ea regna cursu longo, quia si modo Iuppiter adsit, tertia lux, id est, dies sistet, id est, ponet classem nostram in oris Cretæis, id est, Cretensibus. Et fatus sic mactauit, id est, sacrificauit aris honores meritos, id est, debitos, scilicet, taurum Neptuno, & pulcher Apollo tibi quoq; taurum, & hyemi, id est, tempestati pecudem nigram, & Zephyris fœlicibus, id est, propitijs unã pecudem albam. Tunc fama uolat .i. diuulgat, Idomenea ducẽ, id est, regem Cretæ pulsum é regnis paternis cessisse .i. recessisse, & littora Cretæ esse deserta ab Idomenea, & domos uacare hoste, quia nemo esset qui Troianos impediret, quo minus regnarent, et sedes relictas astare, id est, nouos habitatores expectare. Tunc linquimus portus Ortygiæ, id est, Deli, & uolamus pelago, id est, nauigamus, & legimus, id est, transimus Naxon Bacchatam iugis .i. oliuis plenam in iugis montium, et Donysam insulã uiridẽ, & Olearõ insulã, & Parõ insulã niueã propter marmor cãdidũ, qd' inde eruitur,

Alias concita remis.

Cycladas, & crebris legimus freta consita terris,
Nauticus exoritur uario certamine clamor:
Hortantur socij, Cretam, proauosq; petamus,
Prosequitur surgens a puppi uentus euntes:
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.

Et, non habet codex uetustas.

Ergo auidus muros optatæ molior urbis,
Pergameamq; uoco: & lætam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcemq; attollere tectis,
Iamq; fere sicco subductæ littore puppes,
Connubijs, aruisq; nouis operata iuuentus:

Pestis descriptio.

Iura, domosq; dabam, subito cum tabida membris
Corrupto cæli tractu, miserandaq; uenit
Arboribusq;, satisq; lues, & letifer annus.

Pestilentiã insequitur

Linquebant dulceis animas, aut ægra trahebant
Corpora; tum steriles exurere Sirius agros:

¶ *Ecphrasis.*

& Cycladas insulâs sparsas per equor, id est, per mare Aegeum, & legimus freta, id est, inter insulas crebras maria angusta, concita, id est, commota uadis crebris. Clamor nauticus exoritur certamine uario, quia socij se inuicem hortantur, ut petamus Cretam & proauos, á quibus ducimus originem. & uentus surgens â puppi prosequitur nos euntes, & tandem allabimur, id est, applicamus classem antiquis oris, id est, regionibus Curetum, populi fuerunt Cretenses. Ergo, id est, postquam egreßi sumus ex mari, ego auidus molior muros urbis optatæ, & uoco urbem illam Pergameam in memoriam Pergami euersæ, & hortor gentem meam lætam cognomine illo amare focos, id est, domos facere, quas amarent, & hortor illos attollere arcem tectis, id est, ædificare arcem domibus extantem. Et iam puppes subductæ, id est, ex mari eductæ erant in sicco littore, & iuuentus Troiana operata erat, id est, sacrificauerat connubijs & nouis aruis, id est, propter nouam domum & nouos agros, quos erant culturi, & ego dabam illis iura & domos. Cum subito lues, id est, pestilentia rabida et miseranda, et annus lætifer, id est, pestilens et mortalis uenit membris hominum, et arboribus, et satis, id est, segetibus, et hoc cæli spatio siue tractu corrupto. Itaque homines linquebant animas, id est, uitas dulces, aut trahebant quasi difficulter mouebant corpora ægra, tunc etiam Sirius. i. Stella canicula exurere pro exurebat agros steriles

Arebant herbæ, & uictum seges ægra negabat.
Rursus ad oraculum Ortygiæ, Phœbumq́ remenso
Hortatur pater ire mari, ueniamq́ præcari:
Quem fessis finem rebus ferat: unde laborum
Tentare auxilium iubeat: quo uertere cursus.
Nox erat, & terris animalia somnus habebat,
Effigies sacræ Diuum, Phrygijq́ penates,
Quos mecum a Troia, medijsq́ ex ignibus urbis
Extuleram, uisi ante oculos astare iacentis
In somnis, multo manifesti lumine, qua se
Pena per insertas fundebat Luna fenestras.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic canit: & tua nos en ultro ad limina mittit.
Nos te Dardania incensa, tuaq́ arma secuti:
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor,
Iidem uenturos tollemus in astra nepotes,

Apolline enim irato pestis credebatur esse.

Penates edocent in somnis Aeneam, quo tendat.

¶ Ecphrasis.

Herbæ quoque arebant, & seges ægra, id est, corrupta negabat uictum. Tunc Anchises pater hortatur nos ire rursus, id est, redire ad oraculum Ortygiæ, id est, Apollinis Delij mari remenso .i. renauigato, & hortatur nos præcari ueniam, si aliqua in re offendimus, & quærere iterum ab Apolline, quem finem ferat rebus nostris fessis, & unde iubeat nos tentare auxilium laborum nostrorum, & quo iubeat nos uertere cursus, id est, redire, & describit tempus, quo uisus est uidere Deos Penates dicens. Nox erat, & somnus habebat animalia in terris, cum effigies sacræ Diuorum, & penates Phrygij, quos extuleram mecum á Troia, & ex medijs ignibus urbis, uisi sunt astare ante oculos meos iacentis in somnis, id est, per quietem, uisi, & manifesti lumine multo, ea parte qua Luna plena fundebat se per fenestras parieti domus insertas. Tunc uisi sunt mihi affari me sic, & demere mihi curas his dictis. Apollo canit tibi hic in Creta, quod dicturus est tibi delato Ortygiam, id est, in insulam Delon, & en, id est, ecce ille mittit nos ultro ad tua limina .i. domũ. Nos Dij penates secuti te & tua arma post Troã incẽsam, et nos pmensi claßib⁹ .i. nauigãtes sub te æquor tumidũ tẽpestatibus. Nos, inquam, ydem tollemus in astra nepotes tuos uenturos, id est, omnem posteritatem,

Imperiumq́ urbi dabimus: tu mœnia magnis
Magna para, longumq́ fugæ ne linque laborem.
Mutandæ sedes: non hæc tibi littora suasit
Delius, aut Cretæ iussit considere Apollo.
A loco. Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt;
Terra antiqua, potens armis, atq́ ubere glebæ,
Oenotrij coluere uiri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem:
Hæ nobis propriæ sedes: hinc Dardanus ortus,
Iasiusq́ pater, genus a quo principe nostrum.
Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer, Coritum, terrasq́ require
Ausonias: Dictæa negat tibi Iuppiter arua.
Talibus attonitus uisis, ac uoce Deorum
(Nec sopor illud erat, sed coram agnoscere uultus,
Velatasq́ comas, præsentiaq́ ora uidebar:

Frater Dardani, quem cum occidisset, primũ in Cretã, deinde ad Phrygiam peruenit.

¶ *Ecphrasis.*

& nos dabimus imperium urbi, cui auspicia est daturus. Ideo tu para magna mœnia magnis, id est, tuis, qui magni futuri sunt, aut magnis laboribus, & ne linque magnum laborem fugæ, id est, nauigationis, quia sedes inchoatæ sunt tibi mutandæ, quoniam Delius, id est, Apollo non suasit tibi hæc littora petere, & Apollo haud iußit considere Cretæ, id est, in Creta, sed quo mittat te, his uerbis ostendit. Locus est, quam Graij, id est, Græci dicunt cognomine Hesperiam, hoc est, quæ postea est Italia dicta, Hesperia, dico, terra antiqua potens armis, atq́ ubere, id est, fertilitate glebæ, id est, soli. Viri Oenotrij coluere illam prius, id est, fuerunt illius coloni, sed nunc est fama, minores, id est, Oenotriorum posteros dixisse illam Italiam. appositiue. gentem, subaudi, dictam de nomine ducis, id est, cuiusdam regis nomine Itali. Hæ sunt uobis propriæ sedes, & hinc, id est, ab Italia Dardanus est ortus, & Iasius pater, á quo principe, scilicet, Dardano genus uestrum est, atque originem ducitis. Igitur age, id est, eia surge ó Aenea, & tu lætus refer hæc dicta haud dubitanda Anchisæ parenti tuo longæuo, & requiras pro requirere debes Coritum Italiæ oppidum, & urbes Ausonias.i.Italas, quoniam Iuppiter negat tibi arua Dictæa.i.Cretensia. Ego attonitus. i. stupens talibus iußis ac uoce Deorũ, quia illud nõ erat sopor, sed uidebar mihi uidere, et agnoscere corã uult⁹ illorũ, et comas uelatas, et ora Deorũ ꝑsentia.

Tum

Tum gelidus toto manabat corpore ſudor)
Corripio e ſtratis corpus,tendoq́ ſupinas
Ad cælum cum voce manus, & munera libo
Intemerata focis. perfecto lætus honore
Anchiſen facio certum,remq́ ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam,geminoſq́ parentes,
Seq́ nouo veterum deceptum errore locorum.
Tum memorat:Nate Iliacis exercite fatis,
Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat,
Nunc repeto hæc generi portendere debita noſtro,
Et ſæpe Heſperiam,ſæpe Itala regna vocare.
Sed quis ad Heſperiæ venturos littora Teucros
Crederet?aut quem tum vates Caſſandra moueret?
Cedamus Phœbo,& moniti meliora ſequamur.
Sic ait:& cuncti dictis paremus ouantes,
Hanc quoq́ deſerimus ſedem:pauciſq́ relictis

Aeneas patri uiſa narrat.

al'. flammis

Iubet Italiã petere.

¶ *Ecphraſis.*

Tũ.i.præterea gelldus ſudor manabat ex toto corpore meo p̃ nimio timore. Itaq́; corripio corpus é ſtratis.i.ex lecto, & tendo ad cælũ manus ſupinas.i. altas cum uoce,id eſt, & uocem, & manus tendo ad cælum,& libo,id eſt, ſacrifico focis Deorum penatũ munera intemerata.i. pura. Et perfecto honore.i.ſacrificio, ego lætus facio Anchiſen certũ.i.eius rei certiorẽ,& pando.i.aperio illi omnẽ rem ordine,quo geſta eſt. cui Anchiſes tunc agnouit prolem ambiguam.i.genus dubiũ q́; pro.i.parentes geminos.ſ.Teucrum ex Creta,& Dardanum ex Italia,& ſe deceptum nouo errore locorum ueterũ.Tum Anchiſes memorat.i.narrat.O nate exercite.i.fatigate fatis Iliacis,id eſt,ob Troiana fata,ſola Caſſandra Priami regis filia canebat.i.prædicebat mihi tales caſus,quod nunc repeto.i.recordor, portendere.i.uaticinari hæc,ſubaudi,fata debita noſtro generi,& repeto ſæpe illam uocare,ſubaudi,ſolitam nunc.i.aliquãdo Heſperiã,& nunc.i.aliquando regna Itala, ſed quis crederet tunc Teucros.i. Troianos uẽturos ad littora Heſperiæ?aut quem moueret tunc Caßandra uates? ut illi crederetur, cum iuſſu Apollinis illi fides non eſſet habenda. Igitur cedamus Phœbo, & moniti ab illo ſequamur meliora,quam Creta eſt. Anchiſes pater ſic ait, & nos cuncti ouantes,id eſt,læti paremus.i.obedimus dictis illius,itaq; hanc ſedẽ deſerimus quoq́;,ſicut & Thraciam,

Vela damus, vaſtumq́ caua trabe currimus æquor.
Poſtquam altum tenuere rates, nec iam amplius vllæ
Apparent terræ, cælum vndiq́, & vndiq́ pontus,
Tẽpeſtatis deſcriptio. Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber
Noctem, hyememq́ ferens: & inhorruit vnda tenebris.
Continuo venti voluunt mare, magnaq́ ſurgunt
Aequora: diſperſi iactamur gurgite vaſto.
Inuoluere diem nimbi, & nox humida cælum
Abſtulit: ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur curſu, & cæcis erramus in vndis.
Ipſe diem, noctemq́ negat diſcernere cælo,
Nec meminiſſe viæ media Palinurus in vnda.
Treis adeo incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago: totidem ſine ſydere noctes.
Quarto terra die primum ſe attollere tandem

¶ *Ecphraſis.*

& damus uela paucis relictis, qui, ſcilicet, mortui ſunt, & currimus, id eſt, nauigamus, per æquor uaſtum trabe caua, id eſt, nauibus. Sed *poſtquam rates tenuerunt altum mare, neque ullæ terræ iam amplius apparent, ſed cælum erat undique, id eſt, ab altera parte, & pontus undique, id eſt, ab altera parte.* Tum *imber cæruleus, id eſt, niger, aſtitit mihi ſupra caput, id eſt, uenit deſuper ferens noctem, & hyemem, id eſt, tenebras, & tempeſtatem: & unda inhorruit, id eſt, horrida eſt uiſa tenebris.* Et *continuo, id eſt, ſtatim uenti uoluunt, id eſt, perturbant mare, & æquora magna, id eſt, fluctus ſurgunt: ex quo nos diſperſi iactamur uaſto gurgite, id eſt, per diuerſas maris partes, nimbi quoque, id eſt, uenti inuoluere diem, id eſt, obſcurauerunt lucem, & nox humida, id eſt, tenebræ, abſtulit cælum, id eſt, cæli aſpectum, & ignes ingeminant pro ingeminantur nubibus abruptis, ex quibus fulmina eliciuntur.* Itaq; *ſic excutimur, id eſt, deijcimur á curſu, id eſt, á uia, qua proficiſcebamur in* Italiam, *& erramus in undis cæcis, id eſt tenebroſis, &* Palinurus *ipſe, qui erat gubernator, negat ſe poſſe diſcernere diem & noctem, id eſt, an ſit nox an dies in cælo, & negat ſe meminiſſe uiæ in media unda, id eſt, in medio mari, & erramus in pelago tris ſoles .i. dies adeo, id eſt, ualde incertos, & erramus totidẽ noctes ſine ſydere, ad quod nauigationẽ poſſemus dirigere. Sed terra uiſa eſt quarto die tãdẽ .i. poſt multos labores attollere ſe,*

Visa aperire procul montes, ac voluere fumum.
Vela cadunt: remis insurgimus: haud mora, nautæ
Admisti torquent spumas, & cærula verrunt.
Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum
Accipiunt: Strophades Graio stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno: quas dira Celæno,
Harpyiæque colunt aliæ, Phineia postquam
Clausa domus, mensasque metu liquere priores.
Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla
Pestis, & ira Deum Stygijs sese extulit vndis.
Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluuies, vncæque manus, & pallida semper
Ora fame.
Huc vbi delati portus intrauimus: ecce
Læta boum passim campis armenta videmus,
Caprigenumque pecus, nullo cu[st]ode, per herbam.
Irruimus ferro, & Diuos, ipsumque vocamus

In Strophadas peruenit. Fabula Harpyiarum.

¶ *Ecphrasis.*

& aperire, id est, ostendere nobis montes procul, & uisa est nobis uoluere, id est, rotare fumum, id est, nubes emittere. Tum uela cadunt, id est, demittimus uela, & insurgimus, id est, incumbimus remis, haud mora, id est, statim nautæ admisti, id est, innitentes torquent spumas impulsu remorum, & uerrunt, id est, radunt cærula, id est, maria. Littora Strophadum insularum excipiunt me primum seruatum ex undis, id est, tempestate. Insulæ Strophades stant in magno Ionio mari dictæ nomine Graio, quia a conuersione filiorum Boreæ sunt dictæ, quas Celæno dira, & aliæ Harpyiæ colunt .i. habitant, postquã domus Phineia, id est, Phinei Regis Arcadiæ est illis clausa, & liquere metu mensas priores Regis Phinei. Haud est monstrum tristius, id est, horribilius illis Harpyis, aut ulla pestis est sæuior, & ira Deorum extulit sese cum illis ex undis Stygijs, id est, ab inferis. Vultus uolucrum .i. Harpyiarum sunt uirginei, & proluuies uentris erat illis fœdißima, & manus uncæ, & ora erant semper illis pallida fame. Vbi nos delati huc, id est, ad Strophadas insulas intrauimus portus, ecce .i. subito nos uidemus in campis armenta boum læta, id est, pinguia, & pecus caprigenum, id est, capras per herbas nullo custode .i. pastore. Tunc nos irruimus, & uocamus diuos,

Dabantur enim Ioui prædarum decimæ.
al'. subitæ
al'. plangoribus.
Veteres enim quoties epulabantur, libabant laribus.
Misen9 cecinit classicum.

In prædam partemq́; Iouem, tunc littore curuo
Extruimusq́; toros, dapibusq́; epulamur opimis.
At subito horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntq́; dapes, contactuq́; omnia fœdant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo sub rupe cauata,
Arboribus clausi circum, atq; horrentibus vmbris
Instruimus mensas, arisq́; reponimus ignem.
Rursum ex diuerso cæli, cæcisq́; latebris
Turba sonans prædam pedibus circunuolat vncis.
Polluit ore dapes: socijs tunc arma capessant
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud secus ac iussi faciunt, tectosq́; per herbam
Disponunt enses, & scuta latentia condunt.
Ergo vbi delapsæ sonitum per curua dedere
Littora, dat signum specula Misenus ab alta

¶ *Ecphrasis.*

& ipsum Iouem in partem, & in prædam, id est, In partem prædæ, tum. i. deinde extruimus toros, id est, mensas in littore curuo, & epulamur dapibus opimis. At Harpyiæ subitæ, id est, subito uenientes adsunt de montibus lapsu. id est, uolatu horrifico, & quatiunt alas magnis clangoribus, & diripiunt dapes, & fœdant omnia cōtactu immundo: tum. i. præterea uox dira erat illis inter odorē tetrum. Rursus, id est, iterū nos clausi arboribus circū. i. in circuitu, atq; umbris horrentibus, id est, frigidis, ab effectuq; horrorem inducentibus, instruimus, id est, paramus mensas in longo secessu, id est, loco remoto sub rupe cauata, & imponimus ignem aris. Et rursum turba Harpyiarū sonans ex diuerso. i. diuersa parte cæli, & ex latebris cæcis. i. occultis circūuolat prædā pedibus vncis, id est, vnguibus incuruis, & turba illa sonans polluit ore dapes, tunc ego edico, id est, impero socijs, ut capessant arma, & edico bellum gerendum esse cum gente illa dira, & socij faciunt haud seccus, id est, non aliter ac iussi sunt facere, & disponunt enses tectos per herbam, & condunt, id est, abscondunt scuta latentia. Ergo ubi Harpyiæ delapsæ, id est, uolatu descendentes, dedere sonitum per littora curua, Misenus tubicen dat signum ære cauo, id est, sonitu tubæ, ab alta specula.

Aere cauo: inuadunt socij,& noua prælia tentant,
Obscœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neqꝫ vim plumis vllam, nec vulnera tergo
Accipiunt: celeriqꝫ fuga sub sydera lapsæ
Semesam prædam,& vestigia fœda relinquunt.
Vna in præcelsa consedit rupe Celæno
Infœlix vates, rupitqꝫ hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro cæde boum, stratisqꝫ iuuencis
Laomedontiadæ, bellum ne inferre paratis?
Et patrio insonteis Harpyias pellere regno?
Accipite ergo animis, atqꝫ hæc mea figite dicta:
Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando.
Italiam cursu petitis, ventisqꝫ vocatis
Ibitis Italiam, portusqꝫ intrare licebit:
Sed non ante datam cingetis mœnibus vrbem,
Quam uos dira fames, nostræqꝫ iniuria cædis

Vaticiniũ Harpyiæ dirũ & amarũ, p̄dicebat enim mala ĩ terra, quã summe expetebant Troiani.

¶ *Ecphrasis.*

Tunc socij inuadunt illas, & tentant noua prælia, id est, inusitata s. fœdare, id est, cruentare ferro uolucres obscœnas pelagi, sed illæ neque accipiunt ullam uim plumis, id est, plumarum protectione, aut accipiunt vulnera tergo plumato, & lapsæ fuga, id est, uolantes celeriter sub sydera relinquunt prædam semesam, id est, semicomestam, & relinquunt uestigia fœda. Celæno una ex Harpyiarum numero Vates infelix, id est, infelicia canens, consedit in rupe præcelsa, et rupit hanc uocem de pectore. O Laomedontiadæ, id est, Troiani, quasi dicat, periuri uos etiam paratis inferre bellum nobis pro cæde boum, quam fecistis, & pro iuuencis stratis? id est, quos strauistis, & paratis pellere ex regno patrio, id est, Neptuni patris nostri Harpyias insontes, id est, innocentes? Ergo accipite animis, id est, animaduertite, quæ pater omnipotens prædixit Phœbo, & Phœbus Apollo, qui diuinationis est Deus, prædixit mihi, & ego maxima furiarum pando, idest, dico uobis. Vos petitis Italiam cursu, id est, nauigatione, & ibitis in Italiam uentis uocatis, id est, optatis, & licebit uobis, id est, poteritis intrare portus Italiæ. Sed non ante, id est, prius cingetis urbẽ datam. i. â fatis promissam mœnibus. i. muris, quã fames dira, et iniuria huius nostræ cædis

Ambesas subigat malis absumere mensas.
Dixit:& in syluam pennis ablata refugit.
At socijs subita gelidus formidine sanguis
Diriguit:cecidere animi,nec iam amplius armis,
Sed votis, precibusq; iubent exposcere pacem,
Siue Deæ,seu sint diræ,obscœnæq; volucres.
alias At Et pater Anchises,passis de littore palmis,
Numina magna vocat,meritosq; indicit honores,
Dij prohibete minas: Dij talem auertite casum:
Et placidi seruate pios:tum littore funem
Diripere,excussosq; iubet laxare rudentes.
Tendunt uela Noti: fugimus spumantibus vndis
Qua cursum uentusq; gubernatorq; uocabant.
Insulæ sũt sub imperio Vlyßis. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos;
Dulichiumq;,Sameq;,& Neritos ardua saxis.
al. et Laertia Effugimus scopulos Ithacæ,Laértia regna:
Et terram altricem sæui execramur Vlyssis;

¶ *Ecphresis.*

subigat,id est,cogat uos absumere,id est,cõsumere & conficere malis,id est,mãdibulis mensas,sed quas intelligat mensas,libro.vij.redditurus est. Dixit Harpyia,*& ablata pennis,id est,uolatu refugit in syluã.* At *tunc sanguis gelidus formidine diriguit,id est,congelatus est socijs,& animi illorũ cecidere,quia exanimati sunt, & iubent,id est,optant exposcere pacem,id est,ueniam,non tam armis, sed uotis & precibus,siue illæ sint* Deæ,*siue sint uolucres diræ & obscœnæ.* At *tunc pater* Anchises *uocat magna numina.i.*Deos *cõsentes,palmis paßis,id est,extentis de littore,et indicit,id est,denunciat honores,id est,sacrificia,meritos,id est,debitos,& ait.*O Dij,*prohibite minas,& auertite,id est,prohibete talem pestem,& nos placidi,id est,propitij seruate nos pios,id est,religiosos:& tunc* Anchises *iubet laxare rudentes excussos,id est, extentos, &* Noti *tendunt, id est, intendunt uela, & fugimus inde undis spumantibus , ea parte , qua uentus , & gubernator uocabant nos,id est, ducebant.* Et *iam* Zacynthos *nemorosa apparet in medio pelagi* Ionij *fluctu , &* Dulichium *, &* Same *, &* Neritos *ardua saxis, omnes hæ insulæ sunt.* Tunc *effugimus scopulos* Ithacæ *insulæ.appositio.regna* Laertia, *id est ,* Vlyßis *, & execramur terram altricem* Vlyßis *sæui in* Troianos.

Mox & Leucatę nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi, & paruę succedimus vrbi:
Anchora de prora iacitur: stant littore puppes.
Ergo insperata tādem tellure potiti,
Lustramurq; Ioui, votisq; incendimus aras,
Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palestras
Nudati socij: iuuat euasisse tot vrbes
Argolicas, mediosq; fugam tenuisse per hostes.
Interea magnum Sol circunuoluitur annum:
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.
Aere cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
Aeneas hæc de Danais victoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris,

Alludit ad ludos Actiacos īstitutos ab Augusto Cæsare, deuicto Antonio ad Actiū, in honorē Apollinis.
circūuoluitur al'. circūuertitur

¶ *Ecphrasis.*

Mox i. deinde inter nauigādum, cacumina nimbosa Leucatæ montis aperitur, id est ostenditur, & Apollo, id est, templum Apollinis formidatus nautis, quia iuxta illud pericula maris erant, etiam aperitur. Nos fessi ex maris nauigatione petimus hunc Apollinem, & succedimus urbi paruæ, hoc est, Ambraciæ, anchora iacitur de prora ad stabiliendas naues, & puppes stant in littore. Ergo nos ipsi potiti tandem tellure insperata, quia non sperabamus nos eo uenturos, lustramur Ioui, id est, purgamur, & incendimus aras Iouis uotis, scilicet, sacrificijs, & celebramus littora Actia, scilicet, illa ludis Iliacis, id est, more patriæ nostræ, & exercent palestras patrias, id est, Troianas oleo labente, id est, perfusi oleo socij nudati: iuuat nos euasisse tot urbes Argolicas, & iuuat nos tenuisse fugam per hostes medios, scilicet, Græcos. Interea .i. dum hæc fiunt, Sol uoluitur circum magnum annum, id est, duodecim mensium: & hyems glacialis asperat undas Aquilonibus uentis frigidißimis. Tunc ego figo in postibus aduersis templi clypeum ære cauo.i. æris caui. app. gestamen magni Abantis.i. quod Abas olim gestauerat, & signo rem.i. causam carmine sequēti: Aeneas, subaudi. dedicauit hæc arma, subaudi, rapta de Danais quāuis uictoribus. Tum, id est, deinde ego iubeo linquere portus illos, & considere transtris, scilicet, ad remigandum,

Certatim socij feriunt mare,& æquora verrunt.
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,
al.portus Littoraq; Epeiri legimus,portuq; subimus
al.Chaonios. Chaonio,& celsam Butroti ascendimus vrbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi,sceptrisq; potitum:
Ex Thebis Lydijs erat Andromache. Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui:miroq; incensum pectus amore
Compellare virum,& casus cognoscere tantos,
cessisse ali. accessisse Progredior portu,classes,& littora linquens,
Solenneis tum forte dapes,& tristia dona,
Obseruabat Barbarorũ morẽ in cremandis cadaueribus. Ante vrbem in luco falsi Simoëntis ad vndam
Libabat cineri Andromache,manesq; vocabat
Hectoreum ad tumulum:viridi quem cespite inanem,
Et geminas,causam lacrymis,sacrauerat aras.
Troia ali. Troica Vt me conspexit venientem,& Troia circum

¶ *Ecphrasis.*

& socij feriunt mare certatim,id est,cum contentione,& uerrunt æquora,id est, radunt. Protinus nauigantes abscõdimus arces aëreas Phæacum.i. Corcyrẽsium, & legimus.i.nauigãdo præterimus littora Epiri,& subimus portus Chaonios.i. Epiroticos,& ascendimus urbem celsam Butroti. Hic fama incredibilis rerũ occupat aures nostras.s.Helenũ Priamidẽ.i.Priami filium potitũ cõiugio.i.cõiuge Pyrrhi Regis Epirotarũ,ac Achillis filij.s. Andromacha regnare,per urbes Graias,& Andromachẽ cessisse iterum marito patrio .i.Troiano. Tũc ego obstupui nouitate rei permotus,& pectus est mihi incensum miro amore.i.desiderio compellare.i.alloqui uirũ,& agnoscere tãtos casus.i.fortunæ mutationes. Et linquẽs Classes, & littora ꝓgredior portu. Tũ.i. eo tẽpore Andromache uxor Hectoris libabat.i.sacrificabat forte dapes solennes.i.anniuersarias,& dona tristia, id est, funeralia cineri Hectoris, idq; ante urbẽ in luco.i.sylua sacra ad undam Simoëntis falsi,id est,non ueri,& uocabat manes Hectoris, id est, animam ad tumulum Hectoreum, quem inanem sine corpore ipso sacrauerat in cespite uiridi, id est, in prato, & sacrauerat geminas aras.app.causam lacrymis.id est, recordationẽ. Vt illa conspexit me uenientem, & uidit circum arma Troia, id est, Troiana:

Arma amens vidit, magnis exterrita monstris
Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit:
Labitur, & longo vix tandem tempore fatur: alias post
Vera ne te facies, verus mihi nuntius affers
Nate dea? viuis ne? aut, si lux alma recessit,
Hector vbi est? dixit: lacrymasq; effudit: & omnem
Impleuit clamore locum. vix pauca furenti
Subijcio: & raris turbatus vocibus hisco:
Viuo equidem, vitamq; extrema per omnia duco:
Ne dubita, nam vera vides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quae digna satis fortuna reuisit?
Hectoris Andromache Pyrrhin connubia seruas?
Deiecit vultum, & demissa voce locuta est:
O felix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis
Iussa mori: quae sortitus non pertulit vllos,

Oratio affectuosa, quã ducit abexemplo, simul casum suum explicans.

¶ Ecphrasis.

Ipsa amens, id est, attonita, & exterrita magnis monstris diriguit, id est, exanimata est in medio uisu, & calor reliquit ossa, quod idem est, labitur, id est, cadit, & uix fatur longo post tempore. O nate dea, ne, id est, nunquid uera facies, id est, uerus Aeneas, & uerus nuncius affers te mihi? & ne, id est, nunquid uiuis? aut si lux alma receßit, id est, mortuus es, ubi est Hector. Dixit Andromache, & effudit lacrymas, & impleuit omnem locum clamore. Et ego subijcio, id est, respondeo uix illi furenti, id est, attonitae, & turbatus hisco, id est, aperio os uocibus raris. Et dixi, ego quidem uiuo, & duco uitã per omnia extrema, ideo ne dubites, nam uides uera, id est, uerum Aeneam, nec fallo te imagine. O Andromache Hectoris, scilicet, uxor, heu, qui casus, id est, fortuna excipit te deiectam tanto coniuge, quantus fuit Hector, & ne. i. nũquid seruas connubia Pyrrhi Achillis filij. Tunc illa deiecit in terram vultum, & locuta est uoce demissa, id est, suppressa. O uirgo Priameia, id est, Priami filia una, id est, sola foelix ante omnes alias Troianas iussa mori ad tumulum hostilem, id est, Achyllis, quia Polixena Achillis sponsa fuit, sub altis moenibus Troiae, id est, prope urbem, & quae Polixena non pertulit ullos sortitus, id est, sortitiones,

Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemq; superbum
Seruitio enixæ tulimus: qui deinde secutus
Ledæam Hermionem, Lacedæmoniosq; Hymenæos,
Me famulam, famuloq; Heleno transmisit habendam.
Ast illum ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & scelerum furijs agitatus Orestes
Excipit incautum: patriasq; obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamq; omnem Troiano a Chaone dixit,
Pergamaq;, Iliacamq; iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?
Aut quis te ignarum nostris Deus appulit oris?

Achillis uel Apollinis. Pyrrhus enim patrē suum pro Deo colebat. enixæ, ali. enixè

¶ *Ecphrasis.*

nec ipsa captiua, quemadmodum ego, tetigit cubile heri. i. domini sui uictoris. Nos id est, ego, enixæ, quia ex eo peperi, uectæ per diuersa æquora post incensam patriam tulimus. i. passæ sumus seruitio fastus, id est, superbiam stirpis Achilleæ, id est, Pyrrhi, & iuuenem superbum, quod idem est. Qui Pyrrhus deinde secutus Hermionem Ledæam, id est, Helenæ ex Menelao filiam, & secutus Hymenæos Lacedæmonios, quia ipsa Hermione Lacena fuit, quemadmodum & mater, transmisit me famulam habendam Heleno etiam famulo, id est, coniunxit me illi matrimonij iure. Ast Orestes filius Agamemnonis, & Clytemnestræ inflammatus amore coniugis ereptæ, id est, Hermionis, quæ cum prius Oresti fuisset desponsa, a Pyrrho rapta est, & agitatus furijs scelerum, quia matrem suam Clytemnestram occiderat, excipit, id est, ex insidijs adoritur illum incautum, & obtruncat illum ad aras patrias, id est, patriæ suæ. Et nunc pars regnorum Pyrrhi reddita cessit, id est, iure hæreditatis obuenit Heleno morte Pyrrhi, qui Helenus dixit campos Chaonios cognomine, id est, cognominauit, & omnem Chaoniam regionem hanc à Troiano Chaone filio Priami, atque ipsius Heleni fratre, & addidit iugis, id est, montibus his Pergama. i. imaginem urbis Troiæ, & hanc arcē Iliacam, id est, Ilij similitudinē. Sed ó Aenea, qui uenti, & quæ fata dederunt tibi cursum huc ad nos? aut quis Deus appulit te ignarum nostris oris?

Quid puer Ascanius? superat ne: & vescitur aura?
Quem tibi iam Troia.
Ecque iam puero est amissæ cura parentis?
Ecquid in antiquam virtutem, animosq; viriles,
Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?
Talia fundebat lacrymans, longosq; ciebat
Incassum fletus: cum sese a mœnibus hæros
Priamides multis Helenus comitantibus offert,
Agnoscitq; suos, lætusq; ad mœnia ducit:
Et multum lacrymas verba inter singula fundit.
Procedo: & paruam Troiam, simulataq; magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco: Scææq; amplector limina portæ.
Necnon & Teucri socia simul vrbe fruuntur:
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi:
Impositis auro dapibus paterasq; tenebant.

alias nam Muliebris cura.

Helenus Troianos in hospitium ducit.

¶ *Ecphrasis.*

Quid etiam Ascanius puer? superat ne, id est, superstes est, & uiuit, & nunquid uescitur aura? idem est. Ecquæ, id est, nunquid aliqua cura est puero parentis, id est, Creusæ amissæ, id est, mortuæ. Ecquid, id est, nunquid pater Aeneas, id est, tu, & Hector auunculus, id est, matris frater excitat illum in uirtutem antiquam, id est, auitam, & in animos uiriles? Andromache lacrymans fundebat talia uerba, & ciebat, id est, excitabat longos fletus sed incassum, id est, frustra: cum Helenus hæros Priamides offert sese ex mœnibus, id est, uenit ex urbe, multis sese comitantibus, & agnoscit suos, id est, Troianos, & lætus ducit nos ad limina, id est, domum Regiam, & præ gaudio fundit multum lacrymas inter singula uerba. Procedo igitur cum illo, & agnosco paruam Troiam urbem ad similitudinem magnæ factam, & Pergama simulata magnis, & agnosco riuum arentem i. paucæ aquæ cognomine Xanthi, id est, qui Xanthus cognominabatur, & amplector limina portæ Scææ, quia & in Troia fuit porta cognominis. Necnon & Teucri socij fruuntur urbe socia, id est, Troiana. Et Rex Helenus accipiebat illos porticibus amplis, & libabant i. degustabant pocula Bacchi i. uini in medio aulai pro aulæ, & dapibus impositis auro i. lancibus aureis tenebãt pateras.

Ab Heleno Aeneas petit consilium.

Iamq; dies, alterq; dies processit: & auræ
Vela vocant, tumidoq; inflatur carbasus austro.
His vatem aggredior dictis, ac talia quæso:
Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi,
Qui Tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis:
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ, (al. omnia)
Fare age (namq; omnem cursum mihi prospera dixit
Relligio: & cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repostas:
Sola nouum, dictuq; nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit, & tristeis denuntiat iras,
Obscœnamq; famem) quæ prima pericula vito:
Quid ve sequens tantos possim superare labores.
Hic Helenus cæsis primum de more iuuencis,
Exorat pacem Diuum, vitasq; resoluit
Sacrati capitis: meq; ad tua limina, Phœbe,
Ipse manu multo suspensum numine ducit.

Prodigiũ in malam partẽ sumitur. uito, ali. uitem. Sacra.

¶ Ecphrasis.

& Iam dies ille, & alter dies, id est, sequens processit, & auræ. i. uenti uocat uela, ut nauigemus inuitantes, & carbasus, id est, uelum inflatur austro, id est, uento tumido. Tũc ego aggredior his dictis, id est, alloquor Helenum uatem, & quæso illa talia. O interpres diuorum, id est, prophetes Troiugena, id est, Troiane, qui sentis numina Phœbi, id est, diuinationem, & qui sentis Tripodas, id est, mensas, & lauros Phœbi Clarij, à loco ubi responsa dare solitus est: age, id est, eia fare, et qui sentis linguas uolucrũ, & omina, id est, auguria pennæ præpetis, id est, uolatus auiũ, age fare, id est, loquere, et da mihi respõsum. Nã religio prospera dixit mihi omnẽ cursum prosperum, & cuncti diui suo numine, id est, autoritate suaserunt mihi petere Italiã, & tentare terras repostas. i. remotas, sed sola Celæno Harpyia canit nouũ prodigiũ, & nefas dictu, id est, quod dicatur, & denũciat iras tristes, & famem obscœnã. i. infaustã, fare inquã, quæ prima pericula uito. i. uitare debeo, uel quid ego sequens poßim superare. i. uincere tãtos labores. Hic. i. tũc Helenus exorat. i. impetrat pacẽ. i. ueniã iuuencis primum cæsis. i. sacrificatis de more. i. secundũ religionẽ, et resoluit uittas capitis sacrati. i. sui. et ó Phœbe, ipse ducit me suspensum multo numine. i. maiestate, ducit, inquam, manu ad tua limina, id est, templa.

Atq; hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos:
Nate Dea (nam te: maioribus ire per altum
Auspicijs manifesta fides: sic fata deum rex
Sortitur, voluitq; vices: is vertitur ordo)
Pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres
Aequora, & Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis, prohibent nam cætera Parcæ
Scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Vicinosq; ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis via diuidit inuia terris.
Ante & Trinacria lentandus remus in vnda:
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor:
Inferniq; lacus, Aeææq; insula Circes,
Quam tuta possis vrbem componere terra.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto:
Cum tibi solicito secreti ad fluminis vndam,

Helenus p̄monet Aeneam de omnibus.

Vt connubiū Didonis, tempestatē in mari Siculo, patris mortē, & alia. inuadere alias, contingere.

¶ *Ecphrasis.*

& sacerdos Helenus canit demum hæc sequentia ex ore suo diuino. O nate Dea, ego expediā tibi .i. declarabo dictis. &c. et per parēthesim interponit, nā fides .i. certitudo est manifesta te ire per altū .i. mare auspicijs maioribus, quia rex Deorū sic sortitur fata, & uoluit uices, & is ordo .i. tale fatum uertitur, ego inquā expediā pauca è multis, quo tutior lustres æquora hospita .i. peregrina, & quo possis cōsidere portu Ausonio .i. ad Italiā peruenire, nam Parcæ prohibent Helenum .i. me scire cætera, & Iuno Saturnia prohibet fari .i. me tibi pericula illa p̄dicere. Principio .i. ante omnia uia longa inuia procul longis terris diuidit Italiam, quā tu iam rere, id est, putas esse propinquam, & cuius portus tu ignare paras inuadere. Ante .i. priusquam redeas in Italiam, remus est lentandus .i. retinendus tibi in unda Trinacria .i. in mari Siculo. & æquor salis Ausonij .i. maris Tyrrheni, est tibi lustrandum, id est, nauigandum, & lacus inferni sunt tibi lustrandi, & insula Circes Aeææ á ferarum ululatibus sic appellatæ est tibi lustranda, antequam tu possis componere, id est, fundare urbem in terra tuta Sed ego dicam tibi signa urbis condēdæ, & tu teneto illa signa condita mente, id est, memoria. Cum sus ingens, id est, porca inuenta sub ilicibus littoreis tibi, id est, à te solicito ad un-

Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit
Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati:
Is locus vrbis erit: requies ea certa laborum.
Nec tu menſarum morſus horreſce futuros:
Fata viam inuenient, aderitq; vocatus Apollo.
Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram,
Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu,
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graijs,
Hic & Naritij poſuerunt mœnia Locri:
Et ſalentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Meliboei
Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.
Quin vbi trāſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes,
Et poſitis aris iam vota in littore ſolues,
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne qua inter ſanctos ignes in honore Deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet,

Albæ origo. *is, al. Hic* *Docet Italiæ partem uerſus Græciā uitādā.* *Peregrina ſacra. Sacrauit .n. Aeneas Patrio ritu.* *al. omnia*

¶ Ecphraſis.

dā fluminis ſecreti, ſus, dico, enixa fœtus triginta capitū. i. triginta porcellos, ſus, iterū dico, alba recubās iacebit in ſolo, & nati. i. porcelli albi circū ubera. Is erit locus urbis cōdēdæ. i. Albæ, et ea erit requies certa laborum. Nec tu horreſce. i. timeas morſus mēſarū futuros, quos Celæno Harpyia minata eſt, quia fata inuenient uiā, & Apollo uocatus á te aderit. i. erit propitius. Sed effuge has terras, & hanc oram littoris Itali, quæ proxima perfunditur æſtu. i. inundatione noſtri æquoris, quia cuncta mœnia. i. urbes habitantur á malis Graijs, id eſt, Græcis. Locri Naritij poſuerunt mœnia hic, id eſt, in hac ora, & Idomeneus Lyctius, id eſt, Cretenſis obſedit, id eſt, occupauit hic milite, id eſt, militibus campos ſalentinos. Et hic eſt illa Petilia ciuitas parua ſubnixa, id eſt, fundata muro ducis Meliboei Philoctetæ ex Melibœa urbe. Quinetiam, id eſt, inſuper ubi, id eſt, poſtquā claſſes tranſmiſſæ, id eſt, traiectæ ſteterint trans æquora, & poſtquam ſolues uota aris poſitis in littore, tu uelare comas, id eſt, habeto comas uelatas adopertus amictu. i. ueſte, purpureo. & hoc nequa. i. aliqua facies hoſtilis. i. aduerſa occurrat tibi inter ignes ſanctos, id eſt, altaria in honore. i. ſacrificio Deorum, & turbet omnia;

Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto:
Hac casti maneant in relligione nepotes.
Ast vbi digressum Siculæ te admouerit oræ
Ventus,& angusti rarescent claustra Pelori:
Læua tibi tellus,& longo læua petantur
Aequora circuitu:dextrum fuge littus,& vndas.
Hæc loca ui quondam,& vasta conuulsa ruina
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt:cum protinus vtraq; tellus
Vna foret, venit medio vi pontus,& vndis
Hesperium Siculo latus abscidit,aruaq; & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
Obsidet:atq; imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus,rursusq; sub auras
Erigit alternos,& sydera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem,& naueis in saxa trahentem.

Mōstra explicat Scyllæ,et Charybdis. Fortaßis alludit ad historiā, quæ scribit Scyllā piraticæ claßis fuisse, quæ sit insidiata nauibus hospitum.

¶Ecphrasis.

& socij teneto.i.teneant hunc morem sacrorum,et nepotes casti.i.puri maneāt in hac religiōe.i.sacrificādi habitu. Ast.i.sed ubi.i.postq̄ uētus admouerit.i.applicauerit te digressum à nobis oræ Siculæ.i.Siciliæ,et ubi claustra Pelori angusti,qui unus est ex promōtorijs Siciliæ; et quasi illius claustrū,rarescēt.i.rariora uidebūtur,tellus læua,& æquora læua.i.a parte sinistra petantur tibi.i. á te longo circuitu,& fuge dextrū littus,& undas dextras. Ferūt i.historiæ narrant,hæc loca dißiluisse.i.discessisse quondā cōuulsa ui.i.uiolentia,& ruina uasta,cū utraq; tellus.s.Italiæ & Siciliæ foret una protinus.i.coniunctim.Itaq; pontus uenit in medio.i.interuenit,& abscidit.i.abrupit undis latus Hesperium.i.Italū á littore Siculo,& interluit.i.mundauit æstu angusto.i feruore arua,& urbes diductas.i.diuisas littore. Scylla obsidet dextrū latus Siciliæ, & Charybdis implacata obsidet læuum,id est,sinistrum latus,atq; sorbet ter in abruptū,id est,improfundū uastos fluctus de imo gurgite barathri .i. quasi ab inferis.& rursus erigit illos fluctus alternos.i.alternatim sub auras. At spelūca cohibet.i.cōtinet in latebris cæcis Scyllam exertantē.i.extrahētē ora.i.faciē suā,& trahentē naues in saxa.i.attrahentē.

al. Pristis
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore Pistrix,
Delphinum caudas vtero commissa luporum.
Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni
Cessantem, longos & circunflectere cursus,
Quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam, & cæruleis canibus resonantia saxa.
Præterea si qua est Heleno prudentia vati,
Siqua fides, animum si veris implet Apollo,
Vnum illud tibi nate Dea, præq; omnibus vnum
Prædicam, & repetens iterumq;, iterum monebo.
Iunonis magnæ primum prece numen adora:
Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem
Supplicibus supera donis, sic deniq; victor
Trinacria fines Italos mittere relicta.
Huc vbi delatus Cumæam accesseris vrbem,
Diuinosq; lacus, & Auerna sonantia syluis,
Insanam Vatem aspicies, quæ rupe sub ima

al. uotis

Folia Sibyllæ, uaticinia carmine Heroico complectebantur.

¶Ecphrasis.

Prima facies illius est hominis.i.mulieris, & est uirgo pulchro pectore.i.pulchri pectoris pubetenus.i.usq; ad pudēda, & postrema est Pistrix.i. cetus corpore immani.i.immanis corporis, & cōmissa caudas Delphinum.i.habens coniunctas caudas Delphinū utero luporū.i.canū. Præstat.i.melius est te cessantem.i.immorantē lustrare metas Pachyni promontorij Trinacrij.i.Siculi, & circūflectere lōgos cursus, quā uidisse semel sub antro Scyllam, & saxa resonantia canibus cæruleis.i.marinis. Præterea si quā est prudētia Heleno uati.i.mihi, & si qua fides.i. credibilitas, & si Apollo implet animū ueris.i.ueritate. O nate Dea, ego prædicā tibi illud unū & unū præ omnibus, & ego repetēs monebo te iterum iterūq;.i.sæpe. Primum.i.imprimis adora prece numen Iunonis magnæ, & tu libens cane.i. concipe uota Iunoni, & supera.i placa donis supplicibus dominā potentē, et sic tu uictor .i.uoti compos mitteris deniq; in fines Italos relicta Trinacria.i.Sicilia. Et ubi.i. postq̄ tu delatus huc.i.in Italiā accesseris urbem Cumæā, et lacus diuinos.i ubi Sibylla p diuinationē futura p̄dicit, & Auerna sonātia syluis.i.arboribus uēto cōcussis, tu aspicies Vatē insanā.i.Sibyllā, q̄ canit fata.i. futura sub rupe ima.i.pfunda,

Fata

Fata canit, folijsq; notas, & nomina mandat.
Quæcunq; in folijs descripsit carmina virgo, *al. carmina*
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
Verum eadem, verso tenuis cum cardine vẽtus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes,
Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina, curat.
Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllę.
Hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti,
Quamuis increpitent socij, & vi cursus in altum
Vela vocet, possisq; sinus implere secundos,
Quin adeas vatem, precibusq; oracula poscas.
Ipsa canat, vocemq; volens, atque ora resoluat.
Illa tibi Italiæ populos, venturaque bella,
Et quo quenq; modo fugiasq;, ferasq; laborem,
Expediet: cursusque dabit venerata secundos, *al. sacerdos*

¶ *Ecphrasis.*

& mandat folijs arborum notas & nomina, id est, literas & uerba. Et *uirgo Sibylla digerit in numerum .i. ordinem quæcunq; carmina descripsit in folijs, & ipsa seclusa relinquit illa carmina in antro.* Et *illa carmina manent immota locis, neq; cedunt .i. recedunt ab ordine: uerum cum uentus tenuis impulit eadem carmina siue folia uerso cardine ipsius antri, & ianua turbauit frondes tenues, illa Sibylla nunquam curat deinde prendere illa folia uolitantia in saxo cauo .i. in spelunca, neque sybylla curat reuocare situs, id est, ordinem foliorum, aut iungere carmina illa semel sparsa. Itaq; consultores abeunt inconsulti, id est, sine responso, & oderunt sedem Sibyllæ, id est, illius uaticinia tanquam uana.* Sed *nulla dispendia moræ fuerint tibi tanti, quin adeas* Vatem, *id est, Sibyllam, & poscas oracula precibus, & hoc quamuis socij increpitent te, & quamuis cursus uocet uela, id est, inuitet in altum, & quamuis poßis implere sinus uelorum secundos, id est, uento secundo, sed ipsa* Sibylla *uoce sua canat, id est, prædicet. & quod idem est, ipsa resoluat uocem, atque ora. Illa Sibylla expediet, id est, declarabit tibi populos* Italiæ, *& quomodo fugias, & feras quemq; laborem, & sacerdos illa uenerata dabit .i. dicet tibi cursus, id est, nauigationem.*

Hæc ſunt,quæ noſtra liceat te voce moneri,
Epilogus. Vade age,& ingentem factis fer ad æthera Troiam;
Hortatio. Quæ poſtquam vates ſic ore effatus amico eſt,
Dona dehinc auro grauia,ſectoq; elephanto
Imperat ad naues ferri:ſtipatq; carinis
Ingens argentum,Dodoneoſq; lebetes,
Loricam conſertam hamis,auroq; trilicem,
Et conum in ſignis galeę,criſtaſq; comanteis,
Arma Neoptolemi,ſunt & ſua dona parenti,
Addit equos,additq; duces.
Remigium ſupplet,ſocios ſimul inſtruit armis.
Interea claſſem velis aptare iubebat
Anchiſes,fieret vento mora nequa ferenti.
Quem Phœbi interpres multo compellat honore;
Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo,
Cura Deum,bis Pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Auſoniæ tellus,hanc arripe velis;

¶ Ecphraſis.

Hæc ſuperiora ſunt,quæ liceat te moneri noſtra uoce.Sed nunc age.i.eia,uade,& fer ad æthera.i.extolle factis Troiam ingentem. Quæ ſuperiora poſtquã uates.i. Helenus effatus eſt ſic ore amico,deinde imperat dona grauia.i. ponderoſa auro, & elephanto,id eſt,ebore ſecto,id eſt,cælato ferri ad naues Troianorum,& ſtipat,id eſt,inculcat in carinis argentum ingens,& lebetes Dodonæos,id eſt,Epiroticos,& loricam conſertam,id eſt,textam hamis,& trilicem, id eſt, triplicem, & conum inſignis galeæ.i.galeam inſignem cono,id eſt,criſta, & criſtas comantes idem eſt.appo. arma Neoptolemi .i. Pyrrhi: etiam ſua dona, id eſt,propria ætati ſunt parenti,id eſt,Anchiſæ.Addit præterea equos, & duces uiæ,& ſupplet remigium,id eſt,remiges, & inſtruit ſocios armis.Interea dum hæc fiebant,Anchiſes iubebat aptare claſſem,id eſt,parare naues uelis,nequa mora fieret uento ferenti,id eſt,cum flaret.Quem Anchiſen interpres Phœbi, id eſt, Helenus compellat,id eſt,alloquitur multo honore,id eſt,honorifice.O Anchiſa dignate, id eſt,digne coniugio ſuperbo Veneris,ex qua Aeneam procreaſti, erepte, id eſt,liberate bis ex ruinis Pergameis,id eſt, Troianis,Anchiſa,dico,cura Deum.i.quẽ Dij curant, ecce tellus Auſoniæ.i.Italiæ adeſt tibi,& arripe hanc uelis .i. nauigatione.

Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est:
Ausoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade, ait, o felix nati pietate. quid vltra
Prouehor? & fando surgenteis demoror Austros?
Nec minus Andromache digressu mœsta supremo,
Fert picturatas auri sub tegmine vestes,
Et Phrygiam Ascanio chlamydem: nec cedit honori:
Textilibusque onerat donis, ac talia fatur:
Accipe & hæc, manuum tibi quæ monimenta mearum
Sint, puer, & longum Andromaches testentur amorem
Coniugis Hectoreæ: cape dona extrema tuorum.
O mihi sola mei super Astyanactis imago.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.
Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis:
Viuite fœlices, quibus est fortuna peracta
Iam sua, nos alia ex alijs in fata vocamur.

Tanta donat, quanta merebatur.

Ascanij dignitas.

¶ *Ecphrasis.*

& tamē necesse est præterlabare. i. nauiges prope hāc, quia pars illa Ausoniæ, quā Apollo pādit. i. ostēdit tibi est procul. Ideo ó felix pietate nati uade: quid ego prouehor. i. pcedo loqui? & demoror Austros surgentes. i. flātes fando. i. dū loquor? Nec minus sed multo magis Andromache mœsta in supremo illo digressu fert uestes picturatas. i. acu laboratas sub tegmine auri, & fert Ascanio chlamydē Phrygiā. i. arte Phrygionis elaboratā, nec cedit honori. i. etiam illū donis honorat, & onerat illum donis textilibus. i. quæ texuntur, & fatur talia. O puer accipe et hæc. i. has uestes, quæ sint tibi monumenta. i. recordationes mearum manuum, & testentur, id est, sint testimonio, longum amorem, id est, magnū Andromaches coniugis Hectoreæ. O imago sola super. i. ualde, uel superstes mihi mei filij Astyanactis cape dona extrema tuorum propinquorum, quia nulla alia es accepturus vnquam, imago, dico, quia ille sic ferebat oculos, & manus, & ora, & si uiueret, nunc pubesceret tecum æuo, id est, ætate æquali. Ego uero dicit Aeneas digrediens affabar hos lacrymis obortis, id est, erumpentibus, dicens. O uos quibus iam sua fortuna est peracta, id est, perfecta uiuite felices, id est, ualete, quia nos uocamur in alia fata ex alijs fatis, id est, permulta sumus ituri pericula.

Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum:
Arua neq; Ausoniæ, semper cedentia retro
Quærenda: effigiem Xanthi, Troiamq; videtis,
Quam vestræ fecere manus, melioribus opto
Auspicijs, & quæ fuerit minus obuia Graijs.
Alludit ad amplitudinẽ Romani imperij. Siquando Tyberim, vicinaq; Tybridis arua
Intraro, gentiq; meæ data mœnia cernam,
Cognatasq; vrbes olim, populosq; propinquos
Epeiro Hesperia, quibus idem Dardanus autor,
Atq; idem casus, vnam faciemus vtranq;
Troiam animis: maneat nostros ea cura nepotes.
Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta,
Vnde iter Italiam, cursusq; breuissimis vndis.
Temporis descriptio. Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci,
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam
Sortiti remos, passimq; in littore sicco

¶ *Ecphrasis.*

Quies iam est parta .i. acquisita vobis, & nullum æquor .i. planicies maris est uobis arandũ .i. nauigandũ, nec quærenda sunt vobis arua Ausoniæ semper retrocedẽtia, quod nos sumus facturi. Vos uidetis effigiẽ Xanthi fluminis, & uidetis Troiam, quam uestræ manus fecere, & opto, fecerint melioribus auspicijs, quam nostra illa prior Troia fuit, & quæ fuerit minus obuia .i. exposita Graijs .i. Græcis, á quibus est subuersa. Sed si quando ego intrauero Tybrim, & arua uicina Tybridis, & si quando ego cernam mœnia data, id est concessa á fatis meæ genti, id est, Troianis, nos faciemus utramq; Troiam .i. meam, & vestram unam animis .i. uoluntatibus, utramq; dico Troiam, urbes cognatas olim, & nunc populos propinquos Epiro & Hesperiá, quibus idem Dardanus fuit autor, id est, principium, & origo, atq; idem casus .i. eadẽ fortuna fuit, quia utriq; patriam amisimus, & ea cura faciendi superiora maneat nostros nepotes. Deinde prouehimur pelago .i. nauigamus iuxta Ceraunia uicina, qui sunt montes in ora maris Epirotici, vnde .i. á quibus montibus est iter, & cursus breuißimus .i. traiectus in Italiam. Interea Sol ruit, id est, occidit, & montes opaci propter Solis absentiam umbrantur, & nos sortiti remos, id est, sorte diuidentes sternimur, idest, cubamus in gremio telluris optatæ ad undã, id est, iuxta mare, et curamus, id est, somno recreamus

Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat,
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omneis
Explorat ventos: atque auribus aëra captat:
Sydera cuncta notat tacito labentia cælo,
Arcturum pluuiasque Hyadas, geminosque Triones,
Armatumque auro circunspicit Oriona.
Postquam cuncta videt cælo constare sereno,
Dat clarum e puppi signum: nos castra mouemus,
Tentamusque viam, & velorum pandimus alas.
Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis,
Cum procul obscuros colles, humilemque videmus
Italiam: Italiam primus conclamat Achates.
Italiam læto socij clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit: impleuitque mero, Diuosque vocauit
Stans celsa in puppi:
Dij maris, & terræ, tempestatumque potentes

Sydera septētrionalia, q̄ nautæ obseruant.

Pliades Hyades, ut pliades primam corripiat uocalis uni9 detractione.

Aqua .n. altior terra est.

Votū Anchisæ, huic sacrorū curā aßignat Vergilius, q. senior.

¶ *Ecphrasis.*

corpora paßim in littore sicco, & sopor irrigat arctus fessos. & nondum nox acta, id est, præterita subibat orbem medium horis, id est, nondum erat nox media, & Palinurus gubernator haud segnis surgit ex strato, & explorat omnes uentos, atq; auribus captat aëra, id est, quis uentus flaret auscultat, & notat cuncta sydera labentia in toto cælo, scilicet, arcturū, & Pliadas, & Hyadas, & Triones geminos. omnes constellationes sunt in cælo, & circunspicit Oriona armatum auro, id est, armis ex stellis formatis, aut ꝓpter Orionis ensem hoc dicit. Sed postquam Palinurus uidet cuncta constare cælo sereno, dat signum clarum é puppi, scilicet ex naui prætoria. Et nos mouemus castra, & tentamus, id est, aggredimur uias, & pandimus, id est, explicamus alas uelorum. Iam aurora rubescebat stellis fugatis, quia Sol aduentabat, cum nos uidemus procul colles obscuros, & Italiam humilem, id est, depressam, tunc socij salutant Italiā clamore læto, & Achates primus conclamat, ego uideo Italiam. Tum Anchises pater meus induit corona, id est, implet magnū cratera, & impleuit illū mero, & stans in puppi celsa inuocauit diuos maris, dicens. O Dij maris, & potentes terræ, & tempestatum,

Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.
Crebrescunt optatæ auræ, portusq; patescit
Iam propior, templumq; apparet in arce Mineruæ.
Vela legunt socij, & proras ad littora torquent.
Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum:
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes:
Ipse latet: gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli, refugitq; a littore templum.
Primum omen. Quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum late, candore niuali.
Et pater Anchises: Bellum o terra hospita portas:
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre.
Spes est pacis, ait. tum numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima accepit ouantes,

¶ *Ecphrasis.*

ferte uiam facilem, id est, prosperam uento, & uos secundi aspirate. i. quasi spiritum in fauorem nostrum mittite. Tunc auræ optatæ crebrescunt, id est, frequentiores ueniunt, & portus iam propior, id est, propinquior patescit, & templum apparet Mineruæ in arce, id est, montis summitate. Tunc socij legunt, id est, colligunt uela, & torquent proras nauium ad littora. & deinde describit portum, quo primum Troiani sunt appulsi, dicens. Portus curuatus in arcum a fluctu Eoo. i. ab Oriēte subaudi est, quē cautes obiectæ spumāt aspergine. i. rore, salsa. i. marina. ipse portus latet. i. munitus est, quia scopuli turriti mittūt brachia muro gemino. & tēplū, quod Mineruæ esse dixit, refugit á littore. i. recedere uidetur. Hic, id est, tunc dicit Aeneas, ego uidi quattuor equos candore niuali, id est, candidi coloris ad niuis similitudinem, tondentes, id est, pascentes campos late in gramine. & Anchises pater inquit. O terra hospita tu portas, id est, portendis mihi bellum, & equi armantur bello, id est, ad bellum: & hec armenta minantur bellum. sed tamen ijdem quadrupedes, id est. equi sueti, id est, consueti succedere olim. i. aliquando curru pro currui, & consueti ferre frena cōcordia iugo, est illud spes pacis. Tū. i. deinde nos p̄camur numina sancta Palladis armisonæ. i. armatæ, quæ prima. i. cuius tēplū accepit nos ouātes. i. lætos,

Et capita ante aras Phrygio velamus amictu:
Præceptisq; Heleni, dederat quæ maxima, rite
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.
Haud mora, continuo perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum:
Graiugenumq; domos, suspectaq; linquimus arua.
Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur; attollit se diua Lacinia contra,
Caulonisq; arces, & naufragum Scyllacæum.
Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna,
Et gemitum ingentem pelagi, pulsataq; saxa
Audimus longe, fractasq; ad littora voces:
Exultantq; vada, atq; æstu miscentur arenæ.
Et pater Anchises: nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat.
Eripite o socij, pariterq; insurgite remis.
Haud minus ac iussi faciunt: primusq; rudentem
Contorsit læuas proram Palinurus ad vndas.

Regrediũtur Troiani ex Italia, petituri alterum latus.

alias. dura

¶ *Ecphrasis.*

& uelamus capita amictu Phrygio.i.ueste ante aram Palladis, & adolemus.i. sacrificamus Iunoni Argiuæ honores iussos.i.sacrificia, & hoc, pceptis Heleni quæ maxima dederat.i. dixerat rite.haud mora, continuo.i.statim uotis perfectis ex ordine nos obuertimus cornua antennarum uelatarum.i.ex quibus dependent uela: & linquimus domos Graiugenũ pro Graiugenarum: & arua suspecta. Hic *id est, tunc sinus Tarenti Herculei cernitur á nobis, Herculei dico, si fama est uera ab Hercule fuisse cõditum, & diua Lacinia, id est, templum Iunonis Laciniæ attollit se contra.i.erigitur. Tũ.i. deinde Trinacria Aetna cernitur, qui mons est Siciliæ, & audimus gemitũ.i.fremitũ ingentem pelagi, & saxa pulsata, & audimus uoces fractas ad littora.i.ex collisu undarum factas, & uada maris exultant, id est, turbantur, & arenæ miscentur æstu, id est, maris feruore.* Et pater *Anchises tunc inquit: nimirum hæc est illa Charybdis ab Heleno prædicta nobis, & Helenus canebat hos scopulos & hæc saxa horrenda. Igitur ó socij eripite uos ab hoc periculo, & insurgite pariter remis. qui non minus id faciunt, ac iussi sunt á patre: & Palinurus primus cõtorsit rudentẽ & proram ad undas læuas.*

Læuam cuncta cohors remis, ventisq; petiuit.
Tollimur in cælum curuato gurgite: & ijdem
Subducta ad manes imos descendimus vnda.
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere:
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.
Interea fessos ventus cum Sole reliquit:
Descriptio Aetnæ. Ignariq; viæ Cyclopum allabimur oris,
Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse: sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & cadente fauilla,
Attollitq; globos flammarum, & sydera lambit,
Interdum scopulos, auulsaq; viscera montis
Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.
Fama est Enceladi semustum fulmine corpus

¶ *Ecphrasis.*

cuncta cohors, id est, reliquæ naues petiuit læuam, id est, partem sinistram remis, & uentis, quibus nauigatur. tollimur in cælum, id est, in sublime gurgite curuato in arcum, & nos ijdem descendimus ad manes imos, id est, ad inferos unda subducta, id est, subtracta, & utraque est Hyperbole manifesta. scopuli dederunt clamorem ter, id est, sæpe inter saxa caua, id est, speluncas, & nos uidimus ter, id est, sæpe spumam collisam, & astra rorantia, scilicet, aspergine undarum sparsa. Interea uentus reliquit nos fessos cũ sole .i. & sol reliquit nos etiã. & nos ignari uiæ allabimur, id est, adnauigamus oris Cyclopum, populi fuerunt Siciliæ monoculi. ipse portus erat ingens & immotus, id est, tranquillus ab accessu uentorum, sed Aetna tonat iuxta ruinis lapidum horrificis, id est, terribilibus. Et interdum prorumpit, id est, mittit ad æthera nubem atram ex fumo, fumantem turbine piceo, id est, nigro, & fauilla candente, id est, scintilla: & attollit, id est, erigit globos flammarum, & lambit sydera, id est, tangere uidetur. & interdum eructans, id est, euomens erigit scopulos, id est, lapides pumices, & uiscera montis euulsa, idem est. & glomerat cum gemitu, id est, sonitu inuoluit sub auras saxa liquefacta, id est, pumices, & æstuat, id est, feruet ex imo fundo. fama est inter poetas corpus Enceladi gigantis semustum fulmine Iouis urgeri

Vrgeri mole hac: ingentemq; insuper Aetnam
Impositam, ruptis flammam expirare caminis:
Et fessum quoties mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cælum subtexere fumo.
Noctem illam tecti syluis immania monstra
Perferimus: nec quæ sonitum det causa videmus.
Nam neq; erant astrorum ignes: nec lucidus æthra
Syderea polus, obscuro sed nubila cælo,
Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.
Postera iamq; dies primo surgebat Eoo,
Humentemq; Aurora polo dimouerat vmbram,
Cum subito e syluis, macie confecta suprema,
Ignoti noua forma viri, miserandaq; cultu
Procedit, supplexq; manus ad littora tendit.
Respicimus: dira illuuies, immissaq; barba,
Consertum tegmen spinis: at cætera Graius:
Et quondam Patrijs ad Troiam missus in armis.

ali. Nocte illa.

Achæmenides.

¶ *Ecphrasis.*

hac mole montis Aetnæ, & Aetnam ingentem insuper impositam expirare flammam caminis, id est, fornacibus ruptis. & fama est, quoties motat latus fessum, omnem Trinacriam, id est, Siciliam totam intremere murmure, & subtexere cælum, id est, tegere fumo. Nos tecti in syluis, id est, arboribus. perferimus immania monstra, id est, maxima miracula totam noctem illam. Nec tamen uidemus, quæ causa dat sonitum illum. nam neque ignes astrorum, id est, splendores erant nobis, nec polus erat lucidus æthra syderea, id est, splendore sydcrum. sed nubila erant in cælo obscuro, & nox intempesta tenebat Lunam in nimbo. id est, obscuritate. Et iam postera dies. i. sequens surgebat primo Eoo, id est, oriente. & Aurora, id est, lux dimouerat umbram ex polo, quia luce adueniente umbra cedit, cum subito forma, id est, figura noua uiri ignoti confecta, id est, debilitata suprema macie, quia macilenta erat, procedit è syluis, & ille uir supplex tendit manus ad littora, id est, ad nos. Respicimus illum nos, & illuuies dira, id est, squallor erat illi, & barba immissa, & tegmen consertum spinis, id est, uestis erat illi, & erat Graius. i. Græcus, cætera. i. in rebus reliquis. & missus quōdam ad Troiam. i. ad bellū Troianum in armis patrijs.

Isq; vbi Dardanios habitus, & Troia vidit
Arma procul, paulum aspectu conterritus hæsit,
Continuitq; gradum: mox sese ad littora preceps
Cum fletu, precibusq; tulit. Per sydera testor,
Per superos, atq; hoc cæli spirabile lumen,
Tollite me Teucri, quascunq; abducite terras: — *al. abducite in oras.*
Hoc sat erit: scio me Danais e classibus vnum,
Et bello Iliacos fateor petiisse penates:
Pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,
Spargite me in fluctus, vastoq; immergite ponto.
Si pereo, manibus hominum periisse iuuabit.
Dixerat: & genua amplexus, genibusq; volutans — *Obserua veterum supplicandi ritum.*
Hærebat: qui sit, fari, quo sanguine cretus,
Hortamur: quæ deinde agitet fortuna fateri.
Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus
Dat iuueni, atq; animum præsenti pignore firmat.
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur:

¶ *Ecphrasis.*

Et ubi, id est, postquam is uidit habitus Dardanios, id est, nos Troianos, & uidit procul arma Troia, id est, Troiana, conterritus aspectu nostro hæsit, id est, dubitauit paululum, & continuit gradum, id est, passum. sed mox ille preceps tulit sese ad littora cum fletu & precibus, dicens. O Teucri, ego testor id est, adiuro uos per sydera & per superos & per hoc lumen cæli spirabile, id est, per lucem & aërem quem spiramus, tollite me, & abducite me in quascunq; terras uelitis. Hoc erit mihi satis. s. abduci hinc. Ego scio, id est, fateor me unum ex classibus Danais. i. Græcũ esse, & fateor me petisse bello penates, id est, urbẽ uestrã. Pro quo. i. qua re, si iniuria nostri sceleris est tanta, spargite me in fluctus maris, & immergite me in ponto uasto, id est, magno, quia si pereo, iuuabit, id est, consolabor me perisse manibus hominum. Dixerat ille, & amplexus genua mea, uolutans pro uolutatus hærebat genibus meis. Tum hortamur illum fari. i. loqui, quo sanguine sit cretus. i. genitus, & deinde hortamur illum fateri, quæ fortuna agitet. i. persequatur illum. Ipse Anchises pater meus haud moratus multa, i. nõ multũ dat dextram illi iuueni, quod signũ erat pacis, & firmat animũ illius pignore p̃senti. i. signo pacis. Tunc ille fatur hæc, q̃ sequũtur, formidine deposita.

Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Vlyssi,
Nomine Achæmenides, Troiam genitore Adamasto
Paupere (mansissetque utinam fortuna) profectus,
Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores socij vasto Cyclopis in antro
Deseruere: domus sanie, dapibusque cruentis,
Intus opaca, ingens: ipse arduus, altaque pulsat
Sydera (Dij talem terris auertite pestem)
Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli.
Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro
Prensa manu magna medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum: sanieque aspersa natarent
Limina: vidi atro cum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent sub dentibus artus.
Haud impune quidem, nec talia passus Vlysses,
Oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto.
Nam simul expletus dapibus, vinoque sepultus,

Cur hic sit Descriptio antri Cyclopis.

Hoc demũ est sapere, in periculo sapere.

¶ *Ecphrasis.*

Ego sum, inquit, comes infelicis Vlyßis ex patria Ithaca insula, in qua ille regnauit, & Achæmenides est mihi nomẽ, profectus Troiã, Adamasto genitore paupere, sed utinam fortuna paupertatis mansisset, potius quam talia passus essem. Socij trepidi & mei immemores deseruere me hic in uasto antro Cyclopis .i. Polyphemi, & hoc dum linquũt limina illius crudelia. Ingens domus & opaca est intus .i. In antro plena sanie & dapibus cruentis. Et ipse Poliphemus arduus pulsat, id est, tangere uidetur alta sydera. o Dij auertite, id est, arcete talem pestem terris. Polyphemus dico nec facilis uisu .i. qui uideatur, nec effabilis dictu .i. ut dicatur, uescitur uisceribus .i. carne miserorũ & sanguine atro .i. corrupto. Egomet uidi, cũ Poliphemus resupinus in antro frãgeret .i. illideret ad saxũ duo corpora uirorũ de numero nr̃o prẽsa manu magna: et uidi cũ limina aspersa sanie natarẽt .i. inũdarẽt, et uidi cũ mãdaret mẽbra fluẽtia tabo .i. sanguine corrupto atro: et uidi, cũ artus adhuc tepidi tremerẽt .i. palpitarẽt sub dẽtib⁹. Sed id haud impune fecit Polyphem⁹, nec Vlysses passus est talia, nec Ithac⁹ ipse .i. Vlysses oblit⁹ est sui positu in tãto discrimine. Nã simul postq̃ Polyphem⁹ explet⁹ dapib⁹, et sepult⁹ uino

Ceruicem inflexam posuit, iacuitq; per antrum
ac alias & Immensum, saniem eructans, ac frusta cruento
Per somnum commista mero: nos magna precati
Numina, sortitiq; vices, vna vndiq; circum
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis instar:
Et tandem læti sociorum vlciscimur vmbras.
Sed fugite o miseri, fugite, atq; ab littore funem
Rumpite.
Nam qualis, quantusq; cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq; vbera pressat,
al. passim Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgo
Infandi Cyclopes: & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ se cornua lumine complent,
Cum vitam in syluis, inter deserta ferarum
Lustra, domosq; traho: vastosq; ab rupe Cyclopas
Prospicio: sonitumq; pedum, vocemq; tremisco.
Victum infelicem baccas, lapidosaq; corna

¶ *Ecphrasis*

posuit ceruicē inflexam. & eructās saniem iacuit per antrū immensum, & iacuit eructans frusta cōmixta mero cruēto. Nos primū precati numina magna, deinde sortiti uices. i. quā partē quisq; inuaderet, circūfundimur undiq; una. i. simul, & uno impetu, & terebramus. i. effodimus lumē. i. oculū telo acuto, quod lumē ingēs latebat solū. i. unicū sub frōte, instar. i. ad similitudinē clypei Argolici, aut lāpadis Phœbeæ. i. lucidi corporis solis. Sed ó miseri, fugite hinc, & nō expectātes soluere, rūpite funē á littore. Causa autē festinādi est, nā q̄lis, et quātus Poliphem⁹ claudit in antro pecudes lanigeres. i. oues, et pressat. i. mulget ubera illarū. Cētum alij Cyclopes habitāt vulgo. i. ubiq; ad littora. i. iuxta littora maris curua, q̄d' littorū est propriū. & Cyclopes illi infandi errāt. i. uagātur in mōtibus altis. Tertia cornua Lunæ iam cōplent se lumine. i. tres sunt mēses solares, cū ego traho uitam in syluis inter lustra deserta ferarum. i. latibula, & domos. et ꝓspicio ab rupe in qua latebā Cyclopes uastos. & tremisco. i. timeo sonitū. i. strepitū pedū, et uocē. Rami arborū dant bacchas, & corna lapidosa. i. dura. appo. uictum. i. cibum infelicem.

Dant rami:& vulsis pascunt radicibus herbæ.
Omnia collustrans,hanc primum ad littora classem
Conspexi venientem:huic me,quæcunque fuisset,
Addixi:satis est gentem effugisse nefandam.
Vos animam hanc potius quocunque absumite leto.
Vix ea fatus erat,summo cum monte videmus
Ipsum inter pecudes vasta se mole mouentem
Pastorem Polyphemum,& littora nota petentem,
Monstrum horrendum,informe,ingens,cui lumen ademptum.
Trunca manum pinus regit,& vestigia firmat:
Lanigeræ comitantur oues:ea sola voluptas,
Solamenque mali:de collo fistula pendet.
Postquam altos tetigit fluctus,& ad æquora venit,
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem,
Dentibus infrendens gemitu:graditurque per æquor
Iam medium:necdum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice sic merito,tacitique incidere funem.

al.primam
al.prospexi
Addicere, est se dedere in seruitutem alterius.
Polyphemus.

¶Ecphrasis.

& herbæ pascũt me radicibus vulsis.Ego collustrãs omnia aspexi primũ hãc classem nostrã uenientẽ ad hæc littora.Ego addixi.i. adiudicaui me huic classi, quæcũq; fuisset,siue amica,siue inimica,qa satis est mihi effugisse gentẽ nefandã Cyclopũ,et potius uos absumite leto.i.occidite hanc animã meã i.uitã.Vix Achemenides fatus erat ea,q̃ dixi,cũ uidemus ipsum Polyphemũ pastorẽ mouentẽ se mole.i. magnitudine uasta inter pecudes,quas in mõte summo pascebat,et petẽtem littora nota ante cæcitatẽ,Poliphemũ dico,monstrũ horrẽdũ,et informe,et ingẽs lumẽ.i. oculus cui erat ademptũ.Pinus trũca ramis regit illi9 manũ,et firmat illius uestigia.oues lanigeræ comitãtur illũ,ea sola est uoluptas,et solamẽ mali.i.cæcitatis erat .s.ouiũ comitatus:fistula pẽdet de collo illius.Sed postq̃ tetigit altos fluct9,et uenit ad æquora,qd' idẽ est,deinde lauat cruorẽ fluidũ i.fluẽtẽ luminis.i.oculi effossi,et infrẽdẽs dẽtibus cũ gemitu graditur p æquor mediũ iã:sed necdũ fluctus tinxit.i. lauit latera ardua.Nos trepidi celerare,p celerabamus fugã inde recepto Achemenide supplice merito de nobis,sic,ut diximus,nos mouẽdo,& nos taciti,id est, sine clamore consueto,ne id Polyphemus sentiret,incidere pro incidebamus funem.

Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Sensit: & ad sonitum vocis vestigia torsit.
Verum vbi nulla datur dextram affectare potestas,
Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo,
Clamorem immensum tollit: quo pontus, & omnes
Intremuere vndæ, penitusq́ue exterrita tellus
al. Trinacriæ. Italiæ, curuisq́ue immugijt Aetna cauernis.
At genus e syluis Cyclopum & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & littora complent.
Cernimus astantes ne quicquam lumine toruo
Aetneos fratres, cælo capita alta ferenteis,
Cõparatio. Concilium horrendum: quales cum vertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylua alta Iouis, lucus ve Dianæ.
Præcipites metus acer agit quocunq́ue rudentes
Excutere, & ventis intendere vela secundis.
al. mouent Contra iussa monent Heleni, Scyllam, atq́ue Charybdin

¶ *Ecphrasis.*

& nos proni, id est, incumbentes uerrimus æquora remis certantibus, id est, certatim ferientibus. Sed Poliphemus *sensit id, & torsit uestigia ad sonitum uocis.* Verũ. i. *sed ubi nulla potestas datur illi affectare dextram, nec potis est æquare fluctus* Ionios, *quia hoc in mari* Ionio, *siue* Siculo *fit. sequendo, id est, dum nos sequitur, tollit clamorem immensum, quo pontus, & omnes undæ ponti intremuere: & tellus* Italiæ *penitus est exterrita illo clamore, &* Aetna *mons proximus immugijt cauernis curuis.* At *genus* Cyclopum, *id est,* Cyclopes, *excitum, id est, commotum è syluis, & ex altis montibus ruit, id est, descendit ad portus, & complet littora.* Cernimus *fratres* Aetneos, *id est,* Aetnam *accolentes, astantes lumine toruo, sed nequicquam, id est. frustra, quia nihil nocere poterant, & ferentes alta cælo capita. appositio. concilium horrendum: tales, quales quercus aëriæ, id est, altæ, aut cyparißi, id est, cupreßi, coniferæ, id est, conos ferentes constiterant in sylua alta* Iouis, *uel qualis lucus* Dianæ, *id est,* Dianæ *sacer.* Tunc *metus acer, id est, magnus agit nos præcipites excutere rudentes, id est, nauium funes, quocunque, id est, in quamcunque partem, & intendere uela uentis secundis, id est, in puppim spirantibus.* Sed *iussa* Heleni *uatis mouent nos ire contra:*

Inter vtranque viam leti discrimine paruo,
Ni teneant cursus: certum est dare lintea retro.
Ecce autem Boreas angusta a sede Pelori
Missus adest: viuo prætereuehor ostia saxo
Pantagiæ, Megarosque sinus, Tapsumque iacentem.
Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achæmenides: comes infelicis Vlyssi.
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium vndosum, nomen dixere priores
Ortygiam. Alpheum fama est huc Edilis amnem
Occultas egisse vias subter mare: qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.
Numina magna loci iussi veneramur, & inde
Exupero præpingue solum stagnantis Elori.
Hinc altas cautes, proiectaque saxa Pachyni
Radimus: & fatis nunquam concessa moueri
Apparet Camerina procul, campique Geloi.
Immanisque Gela fluuij cognomine dicta.

Camerina urbs ppe paludem.

¶ Ecphrasis.

nam certum est nobis dare lintea retro, id est, nauigare, ne cursus teneant nos inter utrãq; uiam. s. Scyllam, atq; Charybdin in paruo discrimine. i. distantia leti. i. mortis. Ecce autē. i. subito Boreas missus a sede angusta Pelori promõtorij adest, & prætervehor ostia i. nauigo prope ostia uiuo saxo. i. ex saxo natiuo Pantagiæ fluminis, & præternauigo sinus Megareos, & Tapsum insulam iacentem. Achæmenides comes Vlyßis infelicis relegens. i. retrocedens monstrabat talia errata, id est, peragrata littora retrorsum. Insula præterea in sinu Sicanio, id est, mari Siculo iacet contra Plemmyrium undosum fluuium, priores, id est, antiqui dixere nomen Ortygiam. Et fama est Alpheum amnem Elidis egisse uias subter mare huc i. in hanc insulam, qui Alpheus, ó Arethusa fons Siciliæ, nunc confunditur, id est, miscetur tuo ore vndis Siculis. Nos iußi ab Heleno ueneramur numina magna loci, id est, Siciliæ. & inde exupero, id est, peragro solum præpingue Elori fluminis stagnantis. Et hinc nos radimus cautes altas, & saxa Pachini promontorij proiecta, & Camerina palus nunquam concessa moueri fatis apparet procul, & campi Geloi, & Gela urbs dicta cognomine fluuij Gelæ apparet procul.

Arduus inde Agragas ostentat maxima longe
Mœnia, magnanimum quondam generator equorum.
Teq; datis linquo ventis palmosa Selinis:
Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.
Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
alias hic Accipit, hinc pelagi tot tempestatibus actus,
Heu genitorem, omnis curæ, casusq; leuamen
Amitto Anchisen. hic me pater optime fessum
Deseris, heu tantis ne quicquam erepte periclis.
Nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus: non dira Celæno.
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum.
Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.
Sic pater Aeneas, intentis omnibus, vnus
Fata renarrabat Diuum, cursusq; docebat.
Epilogus. Conticuit tandem: factoq; hic fine quieuit.

¶ *Ecphrasis.*

& inde Agragas arduus mons generator quondã equorũ magnanimorũ. i. ubi procreantur equi animosi, ostendit maxima mœnia. Et ó Selinis urbs palmosa, id est, palmis arboribus consita, ego linquo te datis uentis. i. flãtibus. & lego. i. nauigo saxa Lilybæia. i. ꝑpe Lilybæum ꝓmõtoriũ Siciliæ, uadis cæcis. i. ubi sunt uada occulta. Hinc portus Drepani urbis Siculæ, & ora illætabilis. i. tristis, quia ibi patrẽ amisit, accipit me. Hic. i. Drepani ego actus. i. exagitatus tot tẽpestatibus pelagi, heu, ego amitto genitorẽ Anchisen. appo. leuamẽ omnis curæ, & casus. i. fortunæ. & ó pater optime, tu deseris me fessum hic. i. Drepani: pater, dico, erepte nequicquã. i. frustra ex tantis periculis. Nec uates Helenus, de quo multa supra memorauit, prædixit mihi hos luctus ex patris amißione, cũ tamẽ moneret multa horrenda. & Celæno dira una, ut diximus, ex Harpyis nõ prædixit mihi hos luctus. Hic fuit labor extremus peregrinationis meæ, & hæc fuit meta longarũ uiarũ, & Deus appulit me digreßũ hinc. i. á Drepano uestris oris. i. in Siciliã. Pater Aeneas vnus. i. solus renarrabat fata Diuorũ, omnibus alijs intentis ad ea quæ dicebãtur, & docebat cursus. i. peregrinationes, & nauigationes suas, & tandem post longã narrationem conticuit, & quieuit facto hic fine narrandi.

FINIS LIBRI TERTII.

¶ Adilon.

Vritur in quarto Dido, flammasq; fatetur.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN QVARtum Librum Aeneidos argumentum.



T Regina graui Veneris iam carpitur igne.
Consulitur soror Anna, placet succũbere amori.
Fiunt sacra Deis, onerantur numina donis.
Itur uenatum, Veneris clam fœdera iungunt.
Facti fama uolat, monitus tunc numine Diuum
Aeneas classem fugæ sociosq; parabat.
Sensit amans Dido, precibus conata morari.
Postquam fata iubent, nec iam datur ulla facultas,
Conscenditq; pyram, dixitq; nouissima uerba,
Et vitam infelix multo cum sanguine fudit.

¶ Ecphrasis.

AT Regina. Argumentum libri quarti continet amores Elissæ, quod argumentum ad hunc explicatur modum. At Regina Dido carpitur, id est, corroditur igni.i.amore graui Veneris. Anna soror illi⁹ cõsulitur de amore in Aeneam, & placet utriq; succumbere amori, id est, uinci ab amore. Sacra deinde fiunt Dijs, & numina templorum onerantur donis. Deinde itur ab omnibus uenatum, & iungunt clam, id est, occulte in spelunca fœdera Veneris, id est, matrimonium. Cuius facti fama uolat, tum, id est, deinde Aeneas monitus numine Diuum per Mercurium parabat classem & socios fugæ, id est, ad fugam: quod Dido amens propter Aeneæ dicessum sensit, & conata est morari illum precibus. Sed postquam fata iubent illum discedere, nec datur Elissæ facultas ulla detinendi Aeneam, conscendit pyram, quam ad hoc extruxit, & dixit uerba nouissima, quia nunquam amplius est locuta, & illa infœlix fudit uitam cum multo sanguine, id est, animam, quæ sedem in eo habet.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS

Liber Quartus.



T Regina graui iandudum ſaucia cura
Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.
Multa uiri uirtus animo, multusq; recurſat
Gentis honos: hærent infixi pectore uultus,
Verbaq; : nec placidam membris dat cura quietem.
Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimouerat umbram:
Cum ſic unanimem alloquitur male ſana ſororem:
Anna ſoror, quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent?
Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?
Quem ſeſe ore ferens? quam forti pectore, & armis?

In hoc libro pl⁹ eſt elegantiæ, quam eruditionis: in v. & vi. plus eruditionis. Totus hic liber affectibus conſtat. Vim enim amoris in perſona Didonis graphice depigit, et ratio uariorū affectuū in hoc libro docetur.

Exordio & inſinuatiõe utit̃, qua Aeneã laudat: æquus igitur cenſet, ut talẽ amet.

¶ *Ecphraſis.*

AT Regina graui, in fine libri ſuperioris Vergili⁹ dixit, quod Aeneas facto narrandi fine quieuit, at. i. ſed Regina non quieuit, ſed ſaucia. i. uulnerata graui cura. i. amore alit. i. auget uulnus amoris in uenis, hoc eſt, in intimis medullis, & carpitur. i. conſumitur & tabeſcit igni cæco. i. amore occulto. Multa uirtus uiri. i. Aeneæ, & multus honos gentis Troianæ recurſat menti. i. memoriæ illius, & uultus Aeneæ hærent infixi in pectore. i. corde ſiue memoria Didus, & uerba etiam Aeneæ hærent infixa pectore illius, nec cura. i. amor dat placidam quietem membris. Poſtera aurora, id eſt, dies ſequens luſtrabat, id eſt, illuminabat terras lampade Phœbea, id eſt, luce Solari, & aurora dimouerat polo, id eſt, á cœlo umbram humentem, id eſt, nocturnam, cum, id eſt, quo tempore Dido male ſana, id eſt, amore furioſa alloquitur ſic, id eſt, in modum ſequentem, ſororem ſuam Annam unanimem, id eſt, concordem, omniumq; rerum ſuarum conſciam. O Anna ſoror, quæ inſomnia, id eſt, uana uiſa in ſomnis terrent me ſuſpenſam, id eſt, anxiam & ſolicitam? quis, id eſt, qualis hic hoſpes nouus ſucceſſit noſtris ſedibus, id eſt, domui? & quem, id eſt, quam mirabilem ferens ſeſe ore, & quam forti pectore & armis, equidem, id eſt,

Credo equidem (nec uana fides) genus esse Deorum:
Degeneres animos timor arguit, heu quibus ille
Iactatus fatis? quæ bella exhausta canebat?
Si mihi non animo fixum, immotumque sederet,
Ne cui me uinclo uellem sociare iugali,
Postquam primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertæsum thalami, tedæque fuisset,
Huic uni forsan potui succumbere culpæ.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi
Coniugis, & sparsos fraterna cæde penates,
Solus hic inflexit sensus, animumque labentem
Impulit: agnosco ueteris uestigia flammæ.
Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
Ante pudor quam te uiolem, aut tua iura resoluam.

Al. uellem.

Obtestatio in qua rationis consilio appetitui aliquantulum resistit.

¶ *Ecphrasis.*

Ego quidem credo esse genus, id est, generis Deorum, nec fides est uana, quia timor arguit animos degeneres, id est, ignobiles. Heu quibus fatis ille est iactatus? & quæ bella exhausta, id est, à se finita canebat? quod si non maneret fixum, id est, immotum mihi in animo, scilicet, ne uellem me sociare cuiquam ultro uinculo iugali, id est, matrimonio, postquam primus amor Sichæi fefellit, id est, frustratus est me deceptam morte, & si non fuisset pertæsum me thalami & tedæ, id est, nuptiarum, forsan ego potui succumbere, id est, uinci, huic uni culpæ, id est, ab hoc uno tantum uiro, quod adhuc magis declarat dicens: O Anna ego fatebor tibi nunc, quod post fata, id est, mortem Sichæi coniugis miseri, & post penates, id est, domum, sparsos cæde fraterna, quia illum Pygmalion frater meus interfecit, ut libro primo dixit, hic solus Aeneas inflexit, id est, commouit sensus meos, & impulit animum meum iam labentem, id est, titubantem, & agnosco uestigia, id est, signa ueteris flammæ, id est, prioris mariti. Sed prius ego optem mihi, ut ima tellus dehiscat, id est, findatur, quo me deuoret, uel pater omnipotens, id est, Iupiter adigat, id est, impellat me fulmine ad umbras pallentes, id est, nigras Erebi, & ad noctem profundam. i. ad inferos, ante, imquam, hæc omnia fiant, quam ó pudor ego uiolem te, aut resoluam tua iura. i. pudicitiæ.

Ille meos, primus qui me ſibi iunxit, amores
Abſtulit: ille habeat ſecum, ſeruetq́ue ſepulchro.
Sic effata, ſinum lacrymis impleuit obortis.
Anna refert: O luce magis dilecta ſorori,
Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
Id cinerem, aut manes credis curare ſepultos?
Eſto, ægram nulli quondam flexere mariti,
Non Libyæ, non ante Tyro; deſpectus Iarbas,
Ductoresq́ue alij, quos Aphrica terra triumphis
Diues alit, placito ne etiam pugnabis amori?
Nebriſſenſis legit agris.
Nec uenit in mentem, quorum conſederis aruis:
Hinc Getulæ urbes, genus inſuperabile bello,
Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis:
Hinc deſerta ſiti regio, lateq́ue furentes
Barcæi, quid bella Tyro ſurgentia dicam?

¶Ecphraſis.

Ille, ſcilicet, Sichæus, qui primus iunxit me ſibi. i. in matrimoniū copulauit, abſtulit meos amores, & ille habeat ſecum, & ſeruet ſepulchro meos amores. Et Dido effata ſic impleuit ſinum ueſtium aut pectus lachrymis obortis. i. manantibus. Anna refert, id eſt, reſpondet ſorori. O ſoror magis dilecta luce. i. uita, ne. i. nunquid tu ſola mœrens. i. triſtis carpere. i. carperis, hoc eſt, tabeſces iuuenta perpetua, id eſt, continua? nec noris, id eſt, experieris dulces natos, id eſt, præmia Veneris? nunquid tu credis cinerem, aut manes ſepultos curare id? quod tu abſtineas. Eſto, id eſt, ſit ita, quod nulli mariti quondam flexere, id eſt, inclinauerunt te ægram, id eſt, triſtem, non flexerunt, inquā, nunc Libyæ mariti, & ante Tyro. i. Tyri. Præterea Iarbas rex Numidiæ deſpectus fuit á te, et alij ductores. i. principes, quos terra Africa diues triumphis alit, ne, id eſt, nunquid etiam pugnabis amori, id eſt, cum amore placido, id eſt, qui placet? nec etiam uenit tibi in mentem in quorū hominum agris conſederis. i. ſedes fixeris? urbes Getulæ ſunt hinc. i. ab una parte. appo. genus inſuperabile. i. inuincibile bello, & Numidæ populi Africæ Numidiæ cingūt nos, & Syrtis utraq́; i. maior & minor, inhoſpita, id eſt, mali hoſpitij cingit nos hinc, id eſt, ab alia parte, & hinc, id eſt, ab alia parte Barcæi populi quoq; Africæ furentes, id eſt, bellicoſi cingunt nos late, & quid dicam bella ſurgentia, id eſt, quæ uentura ſunt ex Tyro urbe? ubi Pygmalion regnat, & minas gere-

Germaniq́ minas?
Dijs equidem auspicibus reor, & Iunone secunda
Huc cursum Iliacas uento tenuisse carinas.
Quam tu urbem soror hanc cernes? quæ surgere regna
Coniugio tali? Teucrum comitantibus armis,
Punica se quantis attollet gloria rebus?
Tu modo posce Deos ueniam: sacrisq́ litatis
Indulge hospitio, causasq́ innecte morandi, Orion aduersus nauigantib9.
Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion, et ali. dum
Quassatæq́ rates, & non tractabile cælum.
His dictis incensum animum inflammauit amore,
Spemq́ dedit dubiæ menti, soluitq́ pudorem.
Principio delubra adeunt, pacemq́ per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidenteis
Legiferæ Cereri, Phœboq́, patriq́ Lyæo: Ali. Frugiferæ & Phœbo
Iunoni ante omnes, cui uincla iugalia curæ.

¶ Ecphrasis.

mani? Atque ut semel dicam, quod sentio, equidem, id est, ego quidem reor carinas Iliacas, id est, Troianas tenuisse cursum huc, scilicet, ad Carthaginem Dijs auspicibus, id est, auspicio Deorum, & Iunone secunda, id est, propitia. O soror quam, id est, quam gloriosam tu cernes hanc urbem? & quæ, id est, quam magnifica hæc regna surgere coniugio tali, scilicet, Troianorum? & gloria punica quantis rebus attollet se, id est, extolletur armis Teucrorum, subaudi, Tyriorum arma comitantibus? tu soror modo, id est, tantum posce Deos ueniam, & indulge, id est, da operam hospitio Aeneæ sacris litatis, id est, factis sacrificijs, & innecte causas morandi illum, dum hyems, id est, tempestas desæuit, id est, sæuire desinit pelago, & dum Orion aquosus, id est, constellatio desæuit, & dum rates sunt quassatæ, & dum cælum non est tractabile, id est, nauigari non potest. Et sic Anna his dictis inflammauit amore animum iam incensum, & dedit spem menti dubiæ Elissæ, & tandem soluit pudorem. Principio. i. ante omnia adeunt delubra, id est, templa, & exquirunt pacem, id est, ueniam per aras, mactant, id est, sacrificant bidentes lectas, id est, electas Cereri legiferæ, id est, legis latrici, & Phœbo, & Lyæo patri, id est, Bacchus, & ante omnes Iunoni, cui uincla pro uincula iugalia, id est, maritalia sunt curæ.

Iuno pronuba. Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis uaccæ media inter cornua fundit:
Aut ante ora Deum pingues spatiatur ad aras,
Instauratque diem donis, pecudumque reclusis
Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.
Heu uatum ignaræ mentes: quid uota furentem,
Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas
Interea, & tacitum uiuit sub pectore uulnus.
Vritur infelix Dido, totaque uagatur
Vrbe furens: qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquitque uolatile ferrum
Nescius: illa fuga syluas, saltusque peragrat
Dictæos, hæret lateri letalis arundo.
Nunc media Aeneam secum per mœnia ducit,
Sidonias ostentat opes, urbemque paratam.
Vis amoris. Incipit effari, mediaque in uoce resistit.

¶*Ecphrasis.*

Ipsa Dido pulcherrima tenens pateram dextra fundit illam pateram inter media cornua uaccæ candentis, aut spaciatur ad aras pingues ante ora Deum pro Deorum, qui in templis erant. Et instaurat & reficit diem donis, & reclusis, id est, apertis pectoribus pecudum inhians consulit exta, id est, intestina pecudum spirantia, id est, palpitantia. Heu ó mentes uatum ignaræ, quid uota, id est, sacrificia iuuant, id est, iuuare possunt furentem, id est, amantem? flamma mollis, id est, amor est, id est, consumit medullas. Interea uulnus tacitum, id est, secretum uiuit sub pectore, id est, crescit & tegitur, & Dido infœlix uritur, & furens amore uagatur per totam urbem, & ponit comparationem: qualis cerua uagatur coniecta sagitta á uenatore, quam ceruam incautam pastor idemque uenator agens, id est, insequens telis, id est, sagittis fixit intra nemora Cresia procul, & ille nescius, se ceruam uulnerasse, liquit tellum uolatile. i. sagittam, illa cerua peragrat fuga syluas & saltus Dictæos, id est, Cretenses, & arundo lætalis, id est, sagitta mortifera hæret lateri illius ceruæ. Nunc. i. aliquando Dido ducit secum Aeneã per media mœnia, id est, per urbem, & ostentat illi. i. ad ostentationem monstrat opes Sidonias, et urbẽ paratã, et aliquãdo incipit effari. i. loqui, et resistit in media uoce. i. sermone.

Nunc eadem labente die conuiuia quærit,
Iliacosq́ iterum demens audire labores
Exposcit: pendetq́ iterum narrantis ab ore.
Post ubi digressi, lumenq́ obscura uicissim
Luna premit, suadentq́ cadentia sydera somnos,
Sola domo mœret uacua, stratisq́ relictis
Incubat, illum absens absentem auditq́, uidetq́:
Aut gremio Ascanium genitoris imagine capta
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Non cœptę assurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portus ue, aut propugnacula bello
Tuta parant, pendent opera interrupta, minæq́
Murorum ingentes, æquataq́ machina cœlo.
Quam simul ac tali persensit peste teneri
Chara Iouis coniux, nec famam obstare furori,
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:

Negligentes reddit amor.

Alias mœnia.

Ali. Clara

¶ *Ecphrasis.*

Et nunc .i. aliquando eadem, scilicet, Dido quærit conuiuia die labente, id est, tẽpore opportuno, & illa demens exposcit audire iterum labores Iliacos, ut opportunitatem haberet Aeneam audiendi, & iterum pendet ab ore Aeneæ narrantis. Postea uero ubi digreßi sunt inuicem, & lumen præmit Luna obscura, id est, nox uicißim, quia lux uicißitudinaria est, & sydera cadentia suadent, id est, somnos inducunt. Dido sola mœret, id est, tristis est in domo uacua, id est, ampla, & incubat stratis relictis, á conuiuijs, uel potius ubi Aeneas sederat, & audit illum absentem absens ipsa, & uidet illum: aut capta imagine genitoris, id est, Ascanio, qui erat Aeneæ imago, detinet illum gremio, si possit forte fallere amororem infandum, quo Aeneam deperibat. Turres cœptæ ædificari non assurgunt, id est, crescunt in sublime, quia omnia intermittebantur Dido in amore occupata, & iuuentus Tyriorum non exercet arma, & non parant portus nauales, aut propugnacula tuta bello, id est, ad bellum, sed opera interrupta, & minæ murorum ingentes pendent, id est, minantur ruinam, & machina æquata cælo pendet, id est, ædificiorũ moles. Quã Dido simul ac .i. postquã coniux chara Iouis .i. Iuno sensit teneri tali peste .i. amore pestifero, Saturnia .i. Iuno aggredit᷑ Venerẽ .i. alloquit᷑ talib⁹ dictis.

Egregiam uero laudem, & spolia ampla refertis
Tuq́ue, puerq́ue tuus: magnum & memorabile numen,
Vna dolo Diuum si fœmina uicta duorum est.
Nec me adeo fallit, ueritam te mœnia nostra
Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?
Quin potius pacem æternam, pactosq́ue hymenæos
Exercemus? habes tota quod mente petisti.
Ardet amans Dido, traxitq́ue per ossa furorem.
Communem hunc ergo populum, paribusq́ue regamus
Auspicijs, liceat Phrygio seruire marito,
Dotalesq́ue tuæ Tyrios permittere dextræ.
Olli (sensit enim simulata mente locutam,
Quo regnum Italiæ Libycas auerteret oras)
Sic contra est ingressa Venus: Quis talia demens

All. nomē

Exerceamus, ut trisyllabū sit uerbum, et sentētia sine interrogatiōe sit.

Ali. aduerteret

Venus approbat sententiā Iunonis.

¶Ecphrasis.

Tu ó Venus, & puer tuus, id est, filius Cupido, numen magnum & memorabile refertis et egregiam laudem, & spolia ampla, si una fœmina Dido acpta est dolo duorum Diuorum, id est, tuo & filij tui, & totum hoc cum ironia est proferendum. Nec adeo, id est, ualde fallit me hoc, quod sequitur, te ueritam fuisse, id est, timuisse mœnia nostra, id est, urbem meam, & non fallit me te habuisse suspectas domos Carthaginis altæ, quia mihi est dedicata, sed quis modus, id est, finis discordiarum, subaudi, erit? aut quo nunc est opus tanto certamine? Quin, id est, cur non potius exercemus inter nos pacem æternam, & Hymeoæos pactos, id est, nuptias inter meam Dido, & tuum Aeneam. Habes iam, quod petisti tota mente, scilicet, quod Dido amans ardet, & traxit per ossa furorem, id est, amorem furiosum. Ergo, id est, quoniam ita est regamus paribus auspicijs hunc populum, scilicet, Carthaginensem communem mihi & tibi, liceat nobis seruire marito Phrygio, id est, quod Dido mea seruiat Aeneæ, & liceat permittere tuæ dextræ, hoc est, potestati Tyrios dotales, id est, quos tibi dotis nomine tradimus. Olli. i. tunc Venus ingressa est, id est, incœpit sic contra ea, quæ Iuno dixit, & per parenthesim interposuit, quo, id est, ut aduerteret, id est, conuerteret regnum Italiæ ad oras libycas, id est, in Aphricam, quod futurum erat, si Aeneas in Italiam non peruenisset. Quis demens adeo est, qui abnuat, id est, neget talia, qualia á me tu petis? aut malit

Abnuat? aut tecum malit contendere bello?
Si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur.
Sed fatis incerta feror, si Iuppiter unam.
Esse uelit Tyrijs urbem, Troiaq; profectis,
Misceri ue probet populos, aut fœdera iungi. *probet ali. iubet*
Tu coniux, tibi fas animum tentare præcando:
Perge, sequar. tum sic excipit regia Iuno:
Mecum erit iste labor: nunc qua ratione, quod instat,
Confieri possit, paucis, aduerte, docebo.
Venatum Aeneas, unaq; miserrima Dido,
In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem:
His ego nigrantem commista grandine nimbum,
Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt,
Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca. *Astutia Iunonis.*

¶ *Ecphrasis.*

contendere tecum bello, subaudi, quam pacem gerere, si modo fortuna sequatur factum, quod memoras, id est, posit fieri. Sed ego feror, id est, distrahor incerta fatis, si Iupiter uelit unam, id est, communem urbem esse Tyrijs, & profectis Troia, id est, Carthaginensibus & Troianis, & probet, id est, approbet populos misceri, & fœdera inter utrumq; iungi. Tu es illius coniux, ideo fas est te illius animum tentare precando, idcirco perge, id est, incipe, quia ego sequar te. Tunc Iuno regia, id est, regina excepit, id est, subsecuta est Veneris sermonem, sic, id est, in modum sequentem, iste labor precandi Iouem erit mecum, id est, meus, sed nunc aduerte, quia ego docebo te paucis uerbis, qua ratione possit confieri, id est, simul fieri, quod subaudi faciendum est. Aeneas & Dido miserrima præ nimio amore parant ire una, id est, simul in nemus uenatum, id est, ad uenandum, & hoc ubi, id est, postquam ortus Titan crastinus, id est, dieus insequens extulerit primos ortus, id est, primam lucem, & retexerit, id est, demonstrauerit orbem suis radijs. Ego infundam his, id est, Dido & Aeneæ desuper. i. de cælo, nimbum, id est, pluuiam nigrantem grandine commixta nimbo, & ciebo omne cælum tonitru, & hoc faciam, dum alæ uenatorum trepidant, id est, festinant, & cingunt saltus indagine. Tunc Didus comites diffugiēt in partes diuersas, et tegētur nocte. i. tenebris, opaca. i. umbrosa.

Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deuenient, adero: & tua si mihi certa uoluntas,
Connubio iungam stabili, propriamque dicabo:
Hic Hymenæus erit. Non aduersata petenti,
Annuit: atque dolis risit Cytherea repertis.
Oceanum interea surgens Aurora reliquit,
It portis iubare exorto delecta iuuentus,
Retia rara, plagæ, lato uenabula ferro,
Massylique ruunt equites, & odora canum uis.
Reginam thalamo cunctantem, ad limina primi
Pœnorum expectant, ostroque insignis, & auro
Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit:
Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamydem circundata limbo:
Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurum:

Venus annuit.

Alias relinquit.

¶ *Ecphrasis.*

Et sic in media tempestate Dido & dux Troianus, id est, Aeneas deuenient in eandem speluncam, ubi ego adero. quia Iuno præest in nuptijs, &, si tua uoluntas est certa mihi, id est, mecum, ego iungam illos connubio stabili, id est, firmo matrimonio, & dicabo illam propriam uxorem illi, Hymenæus æque nuptiarũ Deus erit hic. Tunc Cytherea. i. Venus non aduersata petenti annuit, id est, Iunoni concessit, & risit dolis repertis á Iunone. Interea dum hæc aguntur inter Venerem & Iunonem, aurora surgens reliquit Oceanum, id est, orta est, & exorto iubare, id est, Sole iuuentus delecta ad opus uenationis it portis, id est, ad portas, & plagæ. appositiue. retia rara, & uenabula lato ferro, id est, ferri lati, & equites Massyli, id est, Aphri, & uis odora canum, id est, canes sagaces ruunt, id est, præcipites eunt. Primi, id est, principes Pœnorum expectant ad limina prima domus reginam cunctantem, id est, immorantem thalamo, id est, in domus penetrali, & sonipes, id est, equus insignis. i. ornatus ostro & auro stat ad ianuam domus, & ille ferox mandit, id est, inter dentes uersat fræna spumantia. Tandem, id est, posteaquam diu expectauerunt, Regina progreditur magna caterua illam comitante, Regina, dico, circundata, id est, induta chlamydem Sidoniam, id est, uestem purpuream siue ostro infectam limbo picto, id est, ora uestis arte Phrygionis elaborata. Cui Reginæ pharetra erat ex humero, crines nodantur, id est, colliguntur in aurum.

Aurea purpuream subnectit fibula uestem.
Nec non & Phrygij comites, & lætus Iulus
Incedunt: ipse ante alios pulcherrimus omneis
Infert se socium Aeneas, atq; agmina iungit.
Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo,
Instauratq; choros, mistiq; altaria circum
Cretesq;, Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi,
Ipse iugis Cynthi graditur, mollíq; fluentem
Fronde præmit crinem, singens, atq; implicat auro,
Tela sonant humeris: haud illo segnior ibat
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.
Postquam altos uentum in montes, atq; inuia lustra,
Ecce feræ saxi deiectæ uertice capræ
Decurrere iugis: alia de parte patentes

Comparat Aeneā Apollini ꝑsertim ꝑpter habitum pharetræ.

Hic poëta uidetur imitatus fuisse Callimachum.

Descriptio uenationis.

¶ *Ecphrasis.*

& fibula aurea, id est, cingulum subnectit, id est, stringit uestem purpuream. Nec non, id est, præterea comites Phrygij & Iulus lætus incedunt. Ipse, scilicet, Aeneas pulcherrimus ante omnes alios infert se socium alijs, & iungit illis agmina sua, & subdit comparationem. Qualis Apollo, ubi deserit Lyciam hybernam, id est, in qua per hyemem responsa dare consueuit, & deserit fluenta Xanthi. s. fluminis Lycij, & inuisit, id est, uisitat Delon maternam, id est, Latonæ matri suæ sacram: & instaurat, id est, aduentu suo renouat choros, & Cretes & Driopes populi, & Agathyrsi picti, id est, glasto infecti fremunt, id est, murmurant circum altaria, oracula inde petentes. Ipse Appollo graditur iugis Cynthi montis Deli, unde Apollo Cynthius est dictus, & premit crinem fluentem, id est, sparsum & longum fronde molli, id est, sertis ex frondibus arborum, fingens, id est, componens crinem implicat illum auro, id est, crinali aureo, tela sonant humeris, id est, sagittæ in pharetra. Aeneas ibat ad uenationem haud segnior, id est, non pigrior illo, hoc est, Apolline, tantum decus enitet in ore egregio Aeneæ. Postquam uentum est, id est, omnes uenerunt in altos montes, & lustra, id est, latibula ferarū inuia. i. sine uia, ecce subito capræ feræ. i. capræ syluestres deiectæ de uertice saxi. i. de cacumine mōtis decurrere iugis. i. de mōtiū summitatib9,

Obſerua iuuenilem affectū maiora uiribus optantem.

Coniugiū Didōis & Aeneæ. ꝓdigia inauſpicatarū nuptiarū. prima ali. primæ Tellus.

Tranſmittunt curſu campos, atq; agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant, monteſq; relinquunt.
At puer Aſcanius medijs in uallibus acri
Gaudet equo, iamq; hos curſu, iam præterit illos:
Spumantemq; dari pecora inter inertia uotis
Optat aprum, aut fuluum deſcendere monte leonem.
Interea magno miſceri murmure cælum
Incipit: inſequitur commiſta grandine nimbus.
Et Tyrij comites paſſim, & Troiana iuuentus,
Dardaniuſq; nepos Veneris, diuerſa per agros
Tecta metu petiere, ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniunt, prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant ſignum: fulſere ignes, & conſcius æther
Connubij, ſummoq; ulularunt uertice Nymphæ.
Ille dies primus leti, primuſq; malorum
Cauſa fuit. neq; enim ſpecie, fama ue mouetur,

¶*Ecphraſis.*

& alia de parte cerui tranſmittunt, id eſt, tranſeunt curſu campos patentes, & glomerant, id eſt, iungunt agmina puluerulenta fuga, id eſt, curſu, ex quo puluis incitatur, & relinquunt montes, fugiuntq; in campos. At Aſcanius puer gaudet equo acri, id eſt, forti in medijs uallibus, & iam, id eſt, aliquando præterit hos curſu, & iam illos, & optat uotis aprum ſpumantem dari, id eſt, offerri ſibi, aut optat fuluum leonem deſcendere de monte. Interea, id eſt, dum hæc fiunt, cælum, id eſt, aer incipit miſceri, & perturbari magno murmure, & nimbus inſequitur grandine commixta: & tunc Tyrij comites Didus, & iuuentus Troiana, id eſt, iuuenes Troiani, & nepos Veneris Dardanius, id eſt, Iulus ſparſi per agros petiere metu tecta diuerſa, & amnes. i. torrentes ruunt de montibus altis. Tunc Dido, & dux Troianus deueniunt in eandem ſpeluncam, & Tellus prima, & Iuno pronuba, quæ nuptijs præſidet, dant ſignum nuptiarum, & ignes, id eſt, fulgura, et æther conſcius, id eſt, teſtis connubij fulſerunt. i. ſplenduerunt, & Nymphæ ulularunt ex ſummo uertice montium, quod ipſum inauſpicatum erat augurium. Ille dies, quo Dido cū Aenea fuit iuncta, fuit primus cauſa leti, & primus cauſa omniū malorū. Neq; enim Dido mouetur ſpecie. i. honeſtate, aut fama. i. infamia, quæ deinde ſecutura erat,

Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem,
Coniugium uocat: hoc prætexit nomine culpam.
Extemplo Libyæ magnas it fama per urbes:
Fama, malum, quo non aliud uelocius ullum:
Mobilitate uiget, uiresq́ue acquirit eundo. *Excursus famæ, et est prosopopeia.*
Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturq́ue solo, & caput inter nubila condit,
Illam terra parens ira irritata Deorum
Extremam (ut perhibent) Cœo, Enceladoq́ue sororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis.
Monstrum horrendum, ingens: cui, quot sunt corpore plumæ,
Tot uigiles oculi subter (mirabile dictu) *Alias subsunt oculi*
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.
Nocte uolat cœli medio, terræq́ue per umbram
Stridens: nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos aut summi culmine tecti, *Fama oia deprauat, atq; exaggerat.*
Turribus aut altis, aut magnas territat urbes:

¶ *Ecphrasis.*

nec iam meditatur amorem furtiuum, sed uocat Aeneam *coniugium, id est, coniugem, & prætexit, id est, uelauit culpam hoc nomine, scilicet, coniugij.* Extem*plo fama it, id est, diuulgatur per magnas urbes Libyæ, fama, dico, quo malo nō ullum aliud malum magis uiget mobilitate, id est, crescit, quo magis procedit. Primo, id est, statim á principio est parua metu ne deprehendatur in mendacio, sed mox, id est, paulo post attollit se in auras, id est, in sublime, & ingreditur solo, id est, per terram, & condit caput inter nubila.* Et ut *poëtæ perhibent, terra parens, id est, mater illius irritata, id est, incensa ira* Deorum *progenuit illam sororem* Cœo *&* Encelado, *qui fuerunt terræ filij, sororem, dico, celerem pedibus & alijs pernicibus. appositiue. monstrum horrendum ingens, cui monstro quot plumæ sunt in corpore, tot oculi sunt subter plumas, mirabile dictu, & tot linguæ, & totidem ora sonant, & tot aures subrigit, quot, scilicet, plumæ sunt in corpore.* Et *illa stridens.i.sonans cum stridore uolat nocte medio cæli, id est, per medium cæli, & per umbram terræ, nec declinat lumina, id est, oculos non inclinat, id est, conniuet dulci somno: luce, id est, per diem sedet custos, aut in culmine summi tecti, aut turribus altis, ut inde uulgi sermonem aucupetur, & rumoribus suis territat urbes magnas, est præterea tam tenax ficti &*

Tam ficti, prauiq; tenax, quam nuntia ueri.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens, & pariter facta, atq; infecta canebat:
Venisse Aeneam Troiano a sanguine cretum,
Cui se pulchra uiro dignetur iungere Dido:
Nunc hyemem inter se luxu, quam longa, fouere;
Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos.
Hæc passim Dea fœda uirum diffundit in ora,
Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam:
Inceditq; animum dictis, atq; aggerat iras.
Hic Ammone satus, rapta Garamantide Nympha,
Templa Ioui centum latis immania regnis,
Centum aras posuit, uigilemq; sacrauerat ignem;
Excubias Diuum æternas, pecudumq; cruore
Pingue solum, & uariis florentia limina sertis.
Isq; amens animi, & rumore accensus amaro,

Alias dignetur.

Alias cursum. sed cursus magis placet.

¶ Ecphrasis.

est præterea tam tenax ficti & praui, quam est nuncia ueri, quasi diceret, tam ueri quam falsi est nuncia. Hæc, inquam, fama, quam descripsimus, replebat tunc populos sermone multiplici, hoc est, uario, & gaudens canebat, id est, uulgabat pariter facta atq; infecta, id est, tam falsa quam uera, hoc est, Aeneam ducentem originem á sanguine Troiano uenisse Carthaginem, cui uiro Dido pulchra dignetur se iungere matrimonio, & nunc illos immemores regnorum, Aeneam Italiæ, Dido Carthaginis, & captos turpi cupidine, id est, uoluptate fouere luxu nunc inter se hyemem, quam longa est, id est, totam. Dea fœda, id est, fama turpis diffundit passim hæc superiora in ora uirum pro uirorum, & protinus detorquet cursum ad Iarbam regem Mauritaniæ, & incendit animum illius dictis suis, atque aggerat, id est, accumulat iras illius, qui in Dido erat iratus. Hic Iarbas satus, id est, genitus Hammone, id est, Ioue, qui in specie arietis colitur in Aphrica, ex Nympha quadam Garamantide, id est, á populis Libyæ sic dicta, rapta ab Ioue, posuit, id est, fundauit Ioui patri suo centum templa immania, id est, maxima regnis latis, & in templis illis sacrauerat ignem uigilem, id est, qui nunquam extingueretur, ignem, dico, excubias æternas Diuorum, & sacrauerat solum pingue cruore pecudum, & limina templorum florentia uariis sertis. Et is Iarbas amens animi, & accensus rumore illo amaro, dicitur

Dicitur ante aras, media inter numina Diuum,
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis:
Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem,
Aspicis hæc? an te genitor, cum fulmina torques,
Ne quicquam horremus? cæciq; in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miscent?
Fœmina, quæ nostris errans in finibus, urbem
Exiguam pretio posuit: cui littus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra
Reppulit, ac dominum Aenean in regna recepit.
Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu
Mæonia mentum mitra, crinemq; madentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanem.
Talibus orantem dictis, arasq; tenentem

Alludit ad Phrygios sacerdotes Cybeles.

¶ Ecphrasis.

tur supplex orasse Iouem multa manibus supinis, id est, eleuatis, idq; ante aras, inter numina media Diuum pro Diuorum, dicens. O Iuppiter omnipotens, cui gens Maurusia, id est, Aphra epulata nunc, id est, sacrificans in toris pictis libat honorem Lenæum, id est, sacrificium Bacchicum, aspicis hæc? id est, hanc facti indignationem. An ó genitor, cum torques, id est, iacularis fulmina ne quicquam, id est, frustra horremus? quia non tu id facis, sed rerum natura, ideo dicit ignes cæci in nubibus, id est, fulmina in nubibus ingenita terrificant animos nostros, & miscent murmura inania, id est, tonitrua? quæ nos inaniter timemus, quasi tua. & indignitas facti hæc est. Fœmina Dido, quæ errans in nostris finibus pusuit precio urbem exiguam mercata solum, & cui dedimus leges loci, id est, quemadmodum esset usura agro, quem illi uendidimus, nunc reppulit nostra connubia, & recepit in regna sua Aenean dominum, id est, maritum, & nunc ille quasi alter Paris potitur rapto, id est, Dido, sicut Paris Helena potitus est, ille, dico, subnixus mentum & crinem madentem, scilicet, unguentis.i.habens mentum & crinem madentem subnixum mitra Mæonia, id est, Lydia, est autem mitra meretricum & hominis effœminati redimiculum, sed nos ferimus munera tuis templis, & fouemus, id est, amplectimur famam inanem. Omnipotens Iuppiter audijt Iarbam orantem talibus dictis, & tenentē aras,

Audijt omnipotens, oculosq́ ad mœnia torſit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.
Tunc ſic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
Vade age nate, uoca Zephyros, & labere pennis,
Dardaniumq́ ducem, Tyria Carthagine qui nunc
Expectat, fatisq́ datas non reſpicit urbes,
Alloquere: & celereis defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit, Graiumq́ ideo bis uendicat armis,
Sed fore, qui grauidam imperijs, belloq́ frementem
Italiam regeret, genus alto a ſanguine Teucri
Proderet: ac totum ſub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem,
Aſcanio ne pater Romanas inuidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Nec prolem Auſoniam, & Lauinia reſpicit arua?

¶Ecphraſis.

& torſit, id eſt, conuertit oculos ad mœnia regia, & ad amantes Aeneam & Dido oblitos famæ melioris. Tunc Iuppiter alloquitur Mercurium interpretem Deorum ſic, & mandat illi talia. O Nate age, id eſt, eia, uade, uoca Zephyros, qui te uehant, & labere pennis, id eſt, alis, & alloquere ducem Dardanium, id eſt, Aeneam, qui expectat, id eſt, detinetur nunc in Tyria Carthagine, id eſt, quæ á Tyrijs condita eſt, & non reſpicit urbes datas, id eſt, conceſſas fatis, alloquere, inquam, & defer mea dicta per auras celeres, & dic. Quod genitrix illius pulcherrima.i. Venus non promiſit nobis illum talem, qualem nunc ſe oſtendit, & ideo.i.ex hac cauſa uendicat illum.i.eripit bis ex armis Graium pro Graiorum, ſemel quo tempore cum Diomede congreſſus eſt, & iterum in euerſione Troiæ, ſed promiſit illum fore.i.futurum talem, qui regeret Italiam grauidam imperijs & frementem bello, & proderet.i. oſtenderet genus ab alto ſanguine Teucri, & qui mitteret totum orbem ſub leges ſuas. Quod ſi nulla gloria tantarum rerum accendit illum, nec ipſe molitur laborem ſuper.i.de ſua laude & gloria: ipſe ne, qui eſt pater, inuidet Aſcanio arces Romanas? quia futurus eſt illi ſucceſſor. Quid ſtruit? id eſt, facit, aut qua ſpe moratur in gente inimica? neq; reſpicit prolem Auſoniam. i. Italicam, neq; arua Lauinia? quo primum uenturus eſt,

Nauiget, hæc ſumma eſt: hic noſtri nuntius eſto.
Dixerat, ille patris magni parere parabat
Imperio: & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimen alis, ſiue æquora ſupra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallenteis, alias ſub triſtia Tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitq́, & lumina morte reſignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila: iamq́ volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum aſſidue cui nubibus atris
Piniferum caput, & vento pulſatur, & imbri:
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.
Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Conſtitit: hinc toto præceps ſe corpore ad vndas.

Mercurij habitū quē hic deſcribit, & ad ſermonis et eloquētiæ naturā referas, qua nihil uelocius neque ualidius.

Montē excelſum depingit.

¶*Ecphraſis.*

Hæc ergo ē ſumma, id eſt, concluſio totius legationis, q. nauiget, & eſto hic. i. talis nunctus noſtri. i. iuſsionis noſtræ. Dixerat Iuppiter, & Mercurius parabat parere, id eſt, obedire imperio magni patris ſui Iouis. Et primum nectit pedibus talaria aurea, id eſt, alas, quæ talaria cum alis portant illum ſublimem cum rapido flamine, id eſt, uento. Tum. i. deinde capit uirgam: hac, id eſt, qua uirga ille euocat animas Orco, id eſt, ab inferis pallentes: id eſt, cum pallore nigras, & alias mittit ſub Tartara triſtia. et illa uirga dat ſomnos & adimit ſomnos, & reſignat. id eſt, claudit lumina morte. Itaq́; habet effectus contrarios. Mercurius quoq́; fretus, id eſt, uſus illa agit, id eſt, mouet uentos, & tranat, id eſt, penetrat nubila turbida. Et ille uolans iam cernit apicem, id eſt, cacumen, & latera ardua Atlantis duri, id eſt, in montem ſui nominis á Perſeo conuerſi, Atlantis dico, qui fulcit cælum, id eſt, ſuſtinet, & cui caput piniferum cinctum nubibus atris pulſatur aſsidue uento & imbri. Nix infuſa a cælo tegit illius humeros, id eſt, latera. tū. i. præterea flumina præcipitant pro præcipitantur ex mento ſenis, & barba horrida glacie riget. Cyllenius, id eſt, Mercurius nitēs alis paribus, id eſt, talaribus, hic primū conſtitit. ſ. in mōte Atlante, & præceps toto corpore i. inc. i. ab hoc mōte

Misit aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos, humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter, cælumque volabat,
Littus arenosum Libyæ, ventosque secabat,
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.
Vt primum alatis tetigit magalia plantis,
Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem
Conspicit: atque illi stellatus Iaspide fulua
Ensis erat, Tyrioque ardebat murice læna
Demissa ex humeris, diues quæ numera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Continuo inuadit: Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramque vxorius vrbem
Extruis, heu regni, rerumque oblite tuarum.
Ipse Deum tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cælum, & terram qui numine torquet:
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras:
Quid struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?

proprie de scribit pur puram.

¶ Ecphrasis

misit se ad undas maris similis aui .i. mergo, quæ humilis uolat iuxta æquora circum littora et circū scopulos piscosos. Igitur haud aliter proles Cyllenia .i. Mercurius, ueniēs ab auo materno .i. ab Atlāte mōte, qui fuit pater Maiæ matris suæ, secabat littus arenosum Libyæ inter cælū & terras. Et ut primum tetigit magalia .i. locū, ubi tūc Carthago condebatur, quæ prius fuerunt magalia, plantis alatis .i. talaribus conspicit Aeneam fundantē arces Carthaginis, & nouantē tecta .i. domos. Atque ensis stellatus .i. splendēs iaspide fulua erat illi, & læna uestis pciosa demissa .i. pendēs ex humeris ardebat .i. ardere uidebatur Tyrio murice .i. purpura, quæ munera Dido diues fecerat, & discreuerat telas .i pinxerat auro tenui .i. flexibili. Et continuo Mercurius inuadit Aeneā dicens. Tu uxorius .i. uxori deditus et oblitꝰ (heu) regni tui et rerū tuarū locas .i. ponis fundamēta Carthaginis altæ, & extruis urbē pulchrā. Ipse regnator Deū pro Deorū .i. Iuppiter demittit me tibi nunciū ex Olympo claro, qui regnator Deorū torquet .i. mouet cælū et terrā numine .i. nutu suo. Ipse iubet me ferre hæc mandata sua per auras celeres. Quid struis? .i. moliris, aut qua spe teris .i. cōsumis ocia .i. tēpora ociosa in terris Libycis?

Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem,
Ascanium surgentem,& spes hæredis Iuli
Respice:cui Regnum Italiæ,Romanaq; tellus
Debentur:tali Cyllenius ore locutus,
Mortales visus medio sermone reliquit:
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
At vero Aeneas aspectu obmutuit amens:
Arrectæq; horrore comæ,& vox faucibus hæsit.
Ardet abire fuga,dulcesque relinquere terras,
Attonitus tanto monitu imperioque Deorum.
Heu quid agat?quo nunc Reginam ambire furentem
Audeat affatu?& quæ prima exordia sumat?
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesque rapit varias,perq; omnia versat.
Hæc alternanti potior sententia visa est:

Homericũ est, finguntur enim Dij uenti quidã illi. alias.nam

Anceps animus.

¶ *Ecphrasis.*

Si nulla gloria tantarum rerum,quantæ tibi fatis promissæ sunt,mouet te,nec tu ipse moliris laborem,id est, laborare uis super tua laude,id est,gloria,saltem respice Ascanium surgentem,& spes Iuli hæredis tui,cui regnum Italiæ & telius Romana debentur .scilicet,fatorum promissione. Cyllenius locutus uerba superiora tali ore,id est,sermone reliquit uisus mortales,id est,humanos in medio sermone,id est,dum adhuc loqueretur, & euanuit, id est, apparere desijt ex oculis Aeneæ,dilapsus in auram tenuem,id est, subtilem. At uero Aeneas amens,id est, stupidus & attonitus obmutuit aspectu Mercurij,& comæ Aeneæ fuerunt arreptæ,aut arrectæ,id est erectæ horrore,id est,tremore,qui horripilium inducit:& uox hæsit faucibus,quia præ horrore nihil potuit Mercurio respondere. Et sic attonitus i.stupefactus tanto monitu & imperio Deorum ardet,id est,cupit abire fuga,id est, fugere, & relinquere terras dulces .i. iam sibi placentes. Sed heu quid agat,id est, agere poterit?aut quo affatu, id est, allocutione audeat ambire, id est , aggredi Reginam furentem amore? aut quæ exordia sumat primum, id est, unde incipiat? atque diuidit animum celerem,id est,cogitationem nunc huc, nunc illuc : & rapit animum in partes uarias , & uersat illum per omnia . sed tandem hæc sententia uisa est potior illi alternanti , id est , uaria cogitanti.

Mneſthea, Sergeſtumq; vocat, fortemq; Cloanthum,
Claſſem aptent taciti, ſocioſq; ad littora cogant,
Arma parent, & quæ ſit rebus cauſſa nouandis
Diſſimulent: ſeſe interea, quando optima Dido
Neſciat, & tantos rumpi non ſperet amores,
Tentaturum aditus, & quæ molliſſima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. ocyus omnes
Imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt.
At Regina dolos (quis fallere poſſit amantem?)
Præſenſit: motuſq; excepit prima futuros,
Omnia tuta timens: eadem impia fama furenti
Detulit, armari claſſem, curſumq; parari.
Furibūdū amorē nota.
Sæuit inops animi, totamq; incenſa per vrbem
Bacchatur: qualis commotis excita ſacris
Thyas, vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnuſq; vocat clamore Cithæron.
Tandem his Aeneam compellat vocibus vltro:

¶ *Ecphraſis.*

Vocat Mneſthea .i. Mneſtheum & Sergeſtum, & Cloanthum fortē, & imperat illis, ut ipſi taciti aptent .i. parent claſſem, & cogant ſocios ad littora .i. congregari faciant: & diſsimulēt, q̃ cauſa ſit reb⁹ nouādis .i. faciēdi mutationē: quādo .i. quoniā optima Dido neſciat, & nō ſperet tātos amores rumpi, & ſeſe tentaturū aditus, & tempora fandi, quæ ſint molliſsima, id eſt, apta, & quis modus ſit rebus dexter, id eſt, opportunus. Tūc omnes Troiani læti parent, id eſt, obediunt ocyus, id eſt, cito imperio Aeneæ, ac faceſſunt iuſſa. At Regina præſenſit dolos et inſidias, quæ ſibi parabantur, quæ timens omnia etiam tuta prima excepit motus futuros, id eſt, Aeneæ mutationes. & per parentheſim interpoſuit, nā quis poſsit fallere amātem? Eadem fama impia, quæ diuulgauit has nuptias, detulit .i. denunciauit illi furenti .i. furioſe amanti, armari .i. parari claſſem, & parari curſum. Tūc Dido inops animi ſæuit, id eſt, efferatur, & accenſa bacchatur per totam urbem. Qualis Thyas .i. ſacerdos Bacchi excita .i. commota ſacris illius, ubi Orgia, id eſt, Bacchi ſacra Trieterica, id eſt, triennalia, id eſt, quæ tertio quoq; anno celebrabantur, ſtimulant, & Cithærō nocturnus .i. noctis tēpore uocat illā Thyada clamore. & tandē cōpellat .i. alloquitur Aeneā ultro his uocibus .i. ſequētibus uerbis.

Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posse nefas? tacitusque mea decedere terra?
Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quinetiam hyberno moliris sydere classem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis; quid si non arua aliena, domosque
Ignotas peteres? & Troia antiqua maneret?
Troia per vndosum peteretur classibus æquor?
Me ne fugis? per ego has lachrymas, dextramque tuam, te,
Quando aliud mihi iam miseræ nihil ipsa reliqui,
Per connubia nostra, per incœptos hymenæos,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum, miserere domus labentis: & istam
Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.
Te propter Libycæ gentes, Numadumque tyranni
Odere, infensi Tyrij, te propter eundem

¶ *Ecphrasis.*

O perfide sperasti, id est, credidisti etiam te posse dißimulare tantum nefas? & tu tacitus decedere ex mea terra? nec amor noster ille prior, & dextra, id est, fides data quondam, & Dido moritura funere crudeli, hæc inquam omnia nõ te tenent? Quinetiam, tu moliris classem sydere, id est, tempore hyberno, & properas ire per altum Aquilonibus medijs, id est, flantibus. O crudelis. quid faceres? quasi dicat, multo magis id faceres si non peteres arua aliena & domos ignotas? & si Troia antiqua maneret? q.d. multo magis discederes: & si antiqua Troia peteretur claßibus, id est, nauigatione nauium per æquor undosum? me ne fugis? quæ te amo. Ego oro te per has lachrymas, & per dexteram & fidem tuam, quando pro quoniam ego nihil aliud iam reliqui mihi miseræ, & oro te per connubia nostra, & per hymenæos incœptos, id est, nuptias, & si quid bene merui de te, id est, si beneficium in te contuli, aut quicquam meum fuit tibi dulce, id est, gratũ: oro inquã miserere domus labentis, & si quis est locus meis precibus, exue, id est, depone istam mentem, id est, consilium discedẽdi. Gentes Libyce & tyrãni Numadum. i. Numidarum odere me propter te. & Tyrij sunt infensi, id est, irati mihi propter te. Et pudor meus, id est, pudicitia est extincta propter eundem te.

Extinctus pudor,& qua sola sydera adibam
Fama prior,cui me moribundam deseris hospes?
Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.
Quid moror?an mea Pygmalion dum mœnia frater
Destruat?aut captam ducat Getulus Iarbas?
Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles,si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas,qui te tantum ore referret,
Non equidem omnno capta,aut deserta viderer.
Dixerat.ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina:& obnixus curam sub corde premebat.
Tandem pauca refert:Ego te,quæ plurima fando
Enumerare vales,nunquam regina negabo
Promeritam:nec me meminisse pigebit Elissæ,
Dum memor ipse mei,dum spiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar.neque ego hanc abscondere furto
Speraui,nec finge fugam,nec coniugis vnquam

¶ *Ecphrasis.*

& fama prior,qua sola ego adibã sydera,est propter te extincta.Igitur ô hospes cui deseris me moribundam.i. morituram? hospes inquam, quoniam de coniuge hoc nomen solum restat mihi. Quid moror, scilicet, mihi mortem asciscere? an dum pro donec Pygmalion frater destruat mea mœnia, id est, urbem hanc? & Iarbas Getulus, id est, Rex Getuliæ, quem spreui maritum, ducat me captã, id est, captiuam? Si saltem aliqua soboles fuisset mihi de te suscepta ante fugam tuam,& si quis Aeneas paruulus luderet mihi in aula,qui tãtum referret,id est, repræsentaret te ore,id est,facie,equidem non uiderer mihi capta, id est,decepta omnino, aut deserta.Dixerat Dido:sed ille Aeneas tenebat lumina immota,id est, oculos,& hoc Iouis monitis.i.imperijs,& obnixus .i. firmiter hærens premebat curam corde.Et tandem refert.i.respondet pauca.Ego non negabo te promeritam plurima,quæ uales enumerare fando.s.beneficia in me collata, nec pigebit me meminisse Elissæ.i.tui,dum ipse ego ero memor mei,& dũ spiritus reget hos artus.i.quã diu uiuã.sed ego loquar pauca ꝓ re.i.pro caussæ meæ defensione.Ego nõ speraui.i.putaui me abscõdere furto hãc fugã,uolui dicere hũc discessum, ideo ne fingas esse fugã,neq; ego unquã ꝓtendi tedas coniugis,id est,putaui nuptias.

Prætendi tedas, aut hæc in fœdera veni.
Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspicijs, & sponte mea componere curas,
Vrbem Troianam primum, dulcesq; meorum
Relliquias colerem, Priami tecta alta manerent,
Et recidiua manu posuissem Pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iussere capessere sortes:
Hic amor, hæc patria est. si te carthaginis arces
Phœnissam, Libycæq; aspectus detinet vrbis:
Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est? & nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchisæ, quotiens humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago:
Me puer Ascanius: capitisq; iniuria chari,
Quem regno Hesperiæ fraudo: & fatalibus aruis.
Nunc etiam interpres diuum Ioue missus ab ipso

¶ *Ecphrasis.*

quia ego haud ueni in hæc fœdera nuptiarum. Nam si fata paterētur me ducere uitam meis auspicijs, & si paterentur me componere curas sponte mea, id est, ex sententia, ego primum colerem urbem Troianam, & dulces reliquias meorum, & Priami tecta alta manerent, id est, Troia. Et ego posuissem manu Pergama recidiua, id est, suscitata uictis. Sed nunc Grynæus Apollo, ab urbe Aeoliæ Grynæa, & sortes Lyciæ, id est, oracula Apollinis, ubi Apollo respōdere solitus erat, iussere me capessere Italiam magnam. Hic, id est, in Italia est meus amor, & hæc est patria mea. Sed si aspectus urbis Libycæ, Carthaginisq; arces detinēt te Phœnissam, id est, á Phœnice profectam, quæ tandē inuidia est tua, Teucros considere in terra Ausonia, sicut tu in Aphrica consedisti, quia fas est, & pro etiam nos regna extera, id est, externa quærere. Quoties nox operit terras, & quoties astra ignea surgunt. i. oriūtur, turbida imago patris Anchisæ admonet, & terret me in somnis, & puer Ascanius filius me9, & iniuria capitis chari, id est, ipsius filij quem amo, & quem fraudo regno hesperiæ, & aruis fatalibus. i. illi fato debitis admonēt etiā me. Etiā interpres diuorū. i. Mercurius missus nūc ab ipso Ioue

(Testor vtrumq; caput) celeres mandata per auras
Detulit: ipse Deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros: vocemq; his auribus hausi.
Desine, meq; tuis incendere, teq; querelis,
Italiam non sponte sequor.
Talia dicentem iamdudum auersa tuetur,
Huc illuc voluens oculos, totumq; pererrat
Luminibus tacitis, & sic accensa profatur.
Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus autor,
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus: Hyrcanæq; admorunt vbera tigres.
Nam quid dissimulo? aut quæ me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit? aut miseratus amantem est?
Quæ quibus anteferam? iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

¶ *Ecphrasis.*

detulit mihi mandata ipsius Iouis per auras celeres. & ipse ego uidi in lumine manifesto Deum Mercurium intrantem muros Carthaginis, & hausi .i. audiui uocem illius his auribus .i. meis. Igitur o Dido desine incendere .i. perturbare me & te tuis querelis, quia ego sequor Italiã, sed non sponte mea. Tũc Dido auersa .i. irata, aut ab Aenea oculos habens transuersos intuetur Aeneã dicẽtẽ talia: uoluẽs oculos huc atq; illuc, & pererrat .i. ut aiunt á planta usq; ad uerticẽ perspicit illũ totum luminibus .i. oculis tacitis .i. ipsa tacita: & deinde ipsa accensa .i. irata profatur sic .i. in modũ sequentẽ. O perfide, nec Diua .i. Venus est tibi parẽs .i. mater, nec Dardanus primus Ilij cõditor est autor generis tui per Anchisẽ. sed Caucasus mõs Scythiæ horrẽs .i. exasperatus cautibus .i. lapidib9 duris genuit te. & tigres Hyrcanæ .i. q̃ in Hyrcania et Armenia generãtur, admorũt .i. applicuerũt tibi infanti ubera. Nã qd ego iã dissimulo .i. qd est opus iã dissimulare? ut ad q̃ maiora, quã sum experta iã, reseruo me? nũ .i. nũquid ille ingemuit nostro fletu .i. cũ me flentẽ aspexit? et nũ flexit lumina .i. oculos? quos, ut dixit, p̃ constantia tenebat immotos: aut nũ ille uictus p̃cibus meis dedit saltem lachrymas? aut nũ miseratus est me amantẽ .i. mei amãtis illũ misertus est? quæ qbus anteferã .i. unde incipiã ignoro? iamiã nec Iuno maxima, nec Saturni9 .i. Iuppiter aspicit hæc oculis æquis .i. iustis.

Nusquam tuta fides, eiectum littore egentem
Excepi, & regni demens in parte locaui:
Amissam classem, sociosq́ꝫ a morte reduxi.
Heu furijs incensa feror: nunc augur Apollo;
Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuum fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat, neq́ꝫ te teneo, neq́ꝫ dicta refello.
I, sequere Italiam ventis, pete regna per vndas.
Spero equidem medijs (si quid pia numina possunt)
Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido
Sæpe vocaturum: sequar atris ignibus absens:
Et cum frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas:
Audiam: & hæc manes veniet mihi fama sub imos.
His medium dictis sermonem abrumpit, & auras

¶ Ecphrasis.

Nusquã.i.nullo in loco fides est tuta, quia ubiq; læditur. Ego excepi illũ eiectũ.i. iactatũ egentẽ littore.i.etiã littore, quod ex iure gentiũ nemini negatur. Et ego demens locaui illũ in parte regni mei, & reduxi á morte classem amissam, & socios etiam amissos. Heu ego feror.i.rapior incẽsa.i.irata furijs: & repetit Aeneæ uerba, dicẽs refellẽdo illa. Nũc Apollo augur.i.fatidicus, & sortes Lyciæ.i. Apollineæ, q̃a ut diximus in Lycia respõdere solitus erat Apollo, & nũc interpres diuorũ.i.Mercurius missus ab ipso Ioue fert ꝑ auras iussa horrida.i.unimihi horrẽda, scilicet.i.certe sed cũ ironia. is labor est superis.i.Dijs cælestibus. & ea cura rerum tuarum sollicitat illos quietos .i. nihil curantes res humanas. neq; teneo te, neq; refello tua dicta, concessio est ironica. I, sequere Italiam, id est, quære uentis, id est, nauigatiõe, pete regna Italiæ per undas, idem est. Equidem spero te hausurum, id est, daturum pœnas in scopulis medijs, & sæpe uocaturum Dido nomine, accusatiuus est. & ego absens sequar, id est, persequar te ignibus atris, id est, mortiferis: & cum mors frigida ab effectu subduxerit artus ab anima.i.animã ab artubus, ego adero tibi umbra, quæ te omnibus locis terreat, & ó improbe tu dabis pœnas, quas ego de te audiam, & hæc fama ueniet mihi sub manes imos, .i. adinferos. Et Dido abrumpit medium sermonẽ, id est, tacet his uerbis dictis,

Aegra fugit,seq́ ex oculis auertit,& aufert:
Linquens multa metu cunctantem,& multa parantem
Dicere,suscipiunt famulæ,collapsaq́ membra
Marmoreo referunt thalamo,stratisq́ reponunt.
At pius Aeneas,quanq́ lenire dolentem
Solando cupit,& dictis auertere curas,
Multa gemens,magnoq́ animum labefactusq́ amore:
Iussa tamen diuum exequitur,classemq́ reuisit,
Tum vero Teucri incumbunt,& littore celsas
Deducunt toto naues, natat vncta carina,
Frondentesq́ ferunt remos,& robora syluis
Infabricata fugæ studio,
Migrantes cernas,totaq́ ex vrbe ruentes:
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Cum populant,hyemis memores,tectoq́ reponunt;
It nigrum campis agmen,prædamq́ per herbas

¶ *Ecphrasis.*

& illa ægra, id est, tristis fugit auras, id est, lucem, & relinquens adhuc multa metu, quæ fuit dictura, auertit, id est, aufert se oculis omnium, & tunc famulæ suscipiunt illam cunctantem, & parantem dicere adhuc multa, & referunt thalamo marmoreo, & reponunt stratis membra collapsa, id est, exanimata. At Aeneas pius quanquam cupit lenire, id est, consolari illam dolentem solando, id est, consolationem adhibendo, & gemens multa, & labefactus animum magno amore, cupit auertere, id est, prohibere curas, tamen exequitur iussa diuorum, & reuisit classem. Tum uero Teucri incumbunt, id est, uiribus cunctis nituntur, & deducunt ex naualibus naues celsas toto littore, & carina uncta seuo & pice natat in mari, ferunt etiam remos frondentes, id est, materiam uiridem ad faciendos remos, & ferunt robora infabricata studio fugæ, id est, festinatione fugiendi. Tum cernere posses illos migrantes, id est, quasi domicilium mutantes, & ruentes ex urbe tota, quod explicat comparatione formicarum sic. Ac ueluti cum formicæ memores futuræ hyemis populant pro populantur. i. destruunt aceruum ingentem farris, & reponunt illum tecto, id est, cauo suo. cum formicæ, inquam, id faciunt, agmen nigrum illarum it campis, id est, per campos, & conuectant. i. simul uehunt per herbas. i. inter herbas

Conuectant calle angusto:pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris:pars agmina cogunt,
Castigantq; moras:opere omnis semita feruet.
Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?
Quos ve dabas gemitus,cum littora feruere late
Prospiceres arce ex summa,totumq; videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor,quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lachrymas,iterum tentare precando
Cogitur,& supplex animum submittere amori:
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.
Anna vides toto properari littore circum,
Vndiq; conuenere:vocat iam carbasus auras,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
Hunc ego,si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre soror potero:miseræ hoc tamen vnum
Exequere Anna mihi,solam nam perfidus ille

¶ *Ecphrasis.*

facto calle angusto.i.semita prædam.i.frumentum,& pars formicarũ obnixæ.i. innitẽtes humeris trudũt.i.impellũt frumẽta grãdia.i.põderosa,& pars illarũ cogunt.i.instigãt agmina formicarũ,& castigãt moras.omnis semita feruet opere .i.operis frequẽtia.O Dido,uerba sunt poëtæ,qs sensus erat tibi tũc cernẽti talia? & quos gemitus dabas, cũ prospiceres ex arce summa littora feruere late nimia nauiũ frequẽtia,& uideres totũ æquor misceri ante oculos tuos clamoribus tantis? O amor improbe,quid nõ cogis pectora mortalia.i.humana,subaudi, facere. Dido cogitur á te ire iterũ in lachrymas,& iterũ tẽtare Aeneã precãdo. & illa supplex cogitur submittere animũ.i.animositatẽ illam suã priorẽ amori , ne ipsa moritura relinquat quid.i.aliquid inexpertũ.Et ait ad sororem.O Anna,tu uides ab omnibus ꝓperari circũ toto littore,quia Troiani undiq; cõuenere,carbasus.i. nauium uelũ uocat iã auras.i.expectat uentos. Et nautæ læti imposuere coronas ex frõde puppibus,quod solẽt facere cũ portus intrãt,aut ex portubus discedũt. O soror,si ego potui sperare.i.timere hũc tantũ dolorẽ,quantũ patior,& potero illũ perferre:& tamẽ ó Anna exequere.i.perfice mihi miseræ hoc unũ,qđ te oro. & ꝑ parẽthesim interponit.nã ille ꝑfidus colere ꝓ colebat.i.uenerabatur te solã,

Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus:
Sola viri molles aditus, & tempora noras.
I ſoror: atq; hoſtem ſupplex affare ſuperbum.
Non ego cum Danais Troianam excindere gẽtem
Aulide iuraui, claſſem ve ad Pergama miſi.
Nec patris Anchiſæ cineres maneſve reuelli.
Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?
Quo ruit? extremum hoc miſeræ det munus amanti,
Expectet facilemq; fugam, ventoſq; ferentes.
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:
Nec pulchro vt Latio careat: regnumq; relinquat.
Tempus inane peto, requiem ſpatiumq; furori:
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam (miſerere ſororis)
Quam mihi cum dederis, cumulatam morte remittam.
Talibus orabat: taleſq; miſerrima fletus
Fertq;, refertq; ſoror: ſed nullis ille mouetur

¶ *Ecphraſis.*

& credere ꝓ credebat. i. cõmittebat tibi ſenſus arcanos. i. ſecreta ſua. & tu ſola noras. i. cognoueras aditus. i. acceſſus uiri molles, & tempora mollia. i. apta. O ſorori. i. uade, et affare Aeneam hoſtem ſuperbum. i. iam nõ uirum. Ego nõ iuraui. i. coniuraui cũ Danais Aulide portu & urbe Boetiæ (ubi Græci cõuenere, cũ peterent Troiã) excindere. i. euertere gẽtẽ Troianã. nec miſi claſſem ad Pergama, nec reuelli. i. diſsipaui cineres & manes Anchiſæ patris ſui. ut inde ſit mihi iratus. Cur negat dimittere mea dicta in aures duras. i. me audire nõ vult? Quo ruit? i. inconſiderate diſcedit? det ſaltẽ hoc extremũ munus mihi amanti miſeræ. ſ. expectet fugam facilem & uentos ferentes. i. flantes, quia ego non peto iã cõnubium antiquũ, quod prodidit. ſ. fide uiolata: nec peto ut careat Latio pulchro, & relinquat regnum ſibi fatale, ſed peto tempus inane, id eſt, breue. appo. ſpatium & requiem furori, dum mea fortuna doceat me uictam dolere paulatim & non ſimul. O ſoror ego oro te hanc ueniam extremam, id eſt, hoc ultimum beneficium, quam cũ dederis mihi, ego relinquam illam cumulatam. i. auctam morte, & per parentheſim interpoſuit, miſerere ſororis. Dido orabat talib9, & ſoror miſerrima. ſ. Anna, fert ad Aeneã, et refert ad Dido ſororẽ ſuã: ſed ille Aeneas nullis fletib9 mouetur,

Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obstant, placidasq; viri Deus obstruit aures.
Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altæ
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.
Haud secus assiduis hinc, atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno persentit pectore curas.
Mens immota manet: lachrymæ voluuntur inanes.
Tum vero infœlix fatis exterrita Dido
Mortem orat: tædet cæli conuexa tueri.
Quo magis incœptum peragat, lucemq; relinquat,
Vidit, turicremis cum dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros:

¶ *Ecph rasis*

& ille tractabilis, immo intractabilis, non audit ullas uoces, quibus ab incœpto desistat, quia obstant illi fata, id est, Deorum monitus, Deus obstruit, id est, claudit aures uiri placidas, id est, obtemperantes. & ponit comparationem dicēs. Ac ueluti. i. sicut Boreæ Alpini. i. uenti ab Alpibus spirantes, cū certant inter se eruere. i. euertere flatibus nūc huc, nūc illuc. i. in omnē partem quercū annosam robore ualido. i. stipitis ualidi: ex eo impulsu uētorū stridor it, & frondes altæ consternūt terrā. i. spargūt stipite quercus concusso, sed arbor ipsa hæret scopulis montium, & quantum tendit ad auras æthereas uertice. i. cacumine, tātum tendit ad tartara, id est, in profundum radice. Haud secus, id est, non aliter heros Aeneas tunditur, id est, concutitur uocibus assiduis, hinc atq; hinc, id est, ex omni parte, & persentit curas magno pectore, Didus miseratione commotus: sed mens manet. i. perseuerat immota, & lachrymæ inanes uoluuntur, id est, cadunt. Tunc Dido infœlix exterrita fatis, quæ statim est dicturus, orat mortem, & tædet illam tueri, id est, intueri conuexa, id est, concaua cæli, id est, uiuere. Et quo magis peragat incœptum, id est, destinatam mortem, & relinquat lucem. i. uitam: cū ipsa imponeret dona aris thuricremis, id est. in quibus thus incenditur, uidit latices sacros, id est, aquas, quæ sacris adhibebantur, nigrescere,

Fusaq; in obscœnum se vertere vina cruorem.
Hoc visum nulli: non ipsi effata sorori est.
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat:
Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum.
Hinc exaudiri voces, & verba vocantis
Visa viri, nox cum terras obscura teneret:
Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.
Multaq; præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant. agit ipse furentem
In somnis ferus Aeneas: semperq; relinqui
Sola sibi, semper longam incomitata videtur
Ire viam, & Tyrios deserta quærere terra:
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus:
Et solem geminum: & duplices se ostendere Thebas.

¶ Ecphrasis.

& uidit uina fusa in in aras uertere se in obscœnũ. i. tetrũ cruorẽ. & per parenthesim interposuit (horrẽdũ dictu. i. ut dicatur) Hoc, quod dixi, nulli alteri est uisum, & nõ est effata ipsi sorori Annæ, cui oĩa credere solita erat. Præterea tẽplũ cõiugis antiqui. i. Sichæi nomine cõsecratũ, fuit in tectis factũ de mormore, quod tẽplũ ipsa colebat miro honore, tẽplũ, dico, reuinctũ. i. ornatũ uelleribus niueis. i. albis, & frõde festa. i. sertis & ramis festis. Hinc. i. ab hoc tẽplo uoces & uerba uiri Sichæi uisa sũt exaudiri. i. ipsa est uisa sibi audire, cũ nox obscura teneret terras. & Bubo auis nocturna sola uisa est queri. i. cõqueri in culminibus domus carmine ferali. i. mortifero, & uisa est ducere uoces lõgas in fletũ. i. more flentium. Præterea multa p̃dicta. i. respõsa uatũ priorũ, quos ipsa cõsuluerat, horrificant. i. terrent illã monitu terribili. Ipse Aeneas ferus agit. i. persequitur illã furentem. i. amantẽ (& hoc uidebatur sibi uidere in somnis) & uidebatur sibi ipsi, illa sola semper relinqui, & ipsa incomitata uidetur sibi ire uiam longam, & quærere Tyrios in terra deserta, quæ omnia mortis proximæ signa futura erant. Et ponit comparationem: veluti Pentheus Rex Thebanus demẽs, cum á matre Agaue fuit discerptus, uidet agmina Eumenidum, id est, furiarum, & uidet solem geminum, & Thebas duplices ostendere se, quia ebrijs & furiosis omnia uidentur duplicia.

Aut Agamēnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem, & serpentibus atris
Cum fugit: vltricesq́ʒ sedent in limine Diræ.
Ergo vbi concepit furias euicta dolore,
Decreuitq́ʒ mori: tempus secum ipsa, modumq́ʒ
Exigit: & mœstam dictis aggressa sororem,
Consilium vultu tegit: ac spem fronte serenat, *Cōscientia non quiescit.*
Inueni germana viam (gratare sorori)
Quæ mihi reddat eum: vel eo me soluat amantem.
Oceani finem iuxta, solemq́ʒ cadentem
Vltimus Aethiopum locus est, vbi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos, epulasq́ʒ draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferumq́ʒ papauer.

¶ *Ecphrasis.*

Aut uelut Orestes Agamemnonius, id est, Agamemnonis filius agitatus furijs, quia matrem Clytemnestram in ultionem patris interfecit, cum fugit matrem armatam facibus incensis & serpentibus atris, id est, uenenatis, & Diræ ultrices, id est, parricidium ulcisci uolentes sedent in limine domus. Ergo ubi, id est, postquam Dido euicta dolore cōcepit furias, & decreuit mori, ipsa exigit secum tempus & modum, & aggressa dictis sororem mœstam, id est, alloquens tegit consilium vultu, id est, dissimulat, quod factura erat, & serenat spem fronte, id est, frontis serenitate promittit spem, & ait. O germana ego inueni uiam, id est, rationem, quæ reddat, id est, restituat eum, scilicet, Aeneam mihi: uel soluat me amantem eo, id est, ab eo. & interposuit (gratare pro gratulare sorori mihi). Locus est ultimus Aethiopum iuxta finem Oceani, & solem cadentem, ubi Atlas maximus torquet, id est, rotat humero suo axem, id est, cœlum aptum, id est, coniunctum stellis ardentibus, id est, igneis. Hinc, id est, ab hac Occidentali Aethiopia sacerdos gentis Massylæ est monstrata mihi, custos quasi Aeditima templi Hesperidum, id est, Atlantis siue Hesperi filiarum, quæ sacerdos dabat epulas draconi peruigili pomorum aureorum custodi, spargens illis epulis humida mella, & papauer soporiferum, id est, soporem inducens.

Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes,
aſt..al. atq; Quas velit:aſt alijs duras immittere curas:
Siſtere aquam fluuijs,& vertere ſydera retro:
Nocturnoſq; ciet manes:mugire videbis
Sub pedibus terram,& deſcendere montibus ornos.
Teſtor chara Deos,& te germana,tuumq;
Dulce caput,magicas inuitam accingier arteis.
Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras
Erige,& arma viri,thalamo quæ fixa reliquit
Impius,exuuiaſq; omneis,lectumq; iugalem,
Quo perij,ſuperimponas:abolere nefandi
Cuncta viri monimenta iubet,monſtratq; ſacerdos,
Mortis inſtantis effigies. Hæc effata ſilet:pallor ſimul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prætexere funera ſacris
Germanam credit, nec tantos mente furores
Concipit,aut grauiora timet,quam morte Sichæi.

¶ *Ecphraſis.*

Hæc,inquam.ſacerdos promittit per artem magicam ſe poſſe ſoluere carminibus, id eſt,ueneficijs & incantationibus mentes,quas uelit.aſt.i. ſed promittit, alijs ſe poſſe immittere duras curas,id eſt amores,& promittit ſe poſſe ſiſtere aquam fluuijs,id eſt,fluentem,& uertere retro ſydera,& ciet,id eſt.excitat manes nocturnos.id eſt,per noctis tẽpora,& uidebis ſolum, id eſt, terram mugire ſub pedibus umbris aduentantibus, & uidebis ornos.i. arbores quaſdam ſyluestres deſcẽdere montibus,quæ omnia per ueneficium facit.O germana chara,ego teſtor Deos & tuum dulce caput,id eſt,uitam,me inuitam accingier pro accingi, hoc eſt,parare artes magicas.q.d.ſed me neceßitas compellit.Tu ó ſoror erige pyram.i.lignorũ ſtruẽ in tecto interiore.i.parte domus penetrali ſub aras.i.ſub dio, & ſuperimponas thalamo arma uiri Aeneæ,q̃ ille impius reliquit affixa thalamo,& ſuperimponas oẽs exuuias.i.ueſtes.& lectũ iugalẽ.i.maritalẽ,quo perij.i.qui meæ mortis fuit cauſſa: et hoc,quia ſacerdos illa,quã dixit,iubet,& mõſtrat abolere cũcta monumẽta uiri, id eſt, quæ poßunt Aeneæ memoriam inducere. Et poſteaquam hæc effata eſt, ſilet,et pallor ſimul occupat ora,id eſt,toto ore expalluit. Tamen Anna non credit, Dido germanam prætexere funera nouis ſacris, id eſt, parare ſacra funeralia,nec concepit in mente ſua tantos poſſe eſſe furores in illa, nec timet grauiora.i.non putat ex diſceſſu Aeneæ magis dolituram,quã morte Sichæi.

Ergo

Ergo iussa parat.
At regina, pyra penetrali in sede sub auras
Erecta, ingenti tædis, atq; ilice secta,
Intenditq; locum sertis, & fronde coronat
Funerea; super exuuias, ensemq; relictum,
Effigiemq; toro locat: haud ignara futuri.
Stant aræ circum, & crines effusa Sacerdos
Ter centum tonat ore Deos, Herebumq;, Chaosq;,
Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.
Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni.
Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor.
Ipsa mola, manibusq; pijs altaria iuxta
Vnum exuta pedem vinclis in veste recincta

¶ *Ecphrasis.*

Ergo Anna parat iussa, id est, struem lignorum & alia. At, id est, sed pyra illa, scilicet, lignorum strue ingenti tædis pineis & ilice secta. erecta inquam pyra in sede penetrali, id est, secretiori & intima sub auras, id est, sub diuo, his inquam factis regina Dido intendit, id est, disponit locum sertis, & pro id est coronat frõde funerea, scilicet, Cupresso aut Taxo, quæ arbores in funeribus ponebantur: & locat, id est, imponit super toro haud ignara futuri exuuias & ensem relictum & effigiem, id est, imaginem Aeneæ. Præterea aræ stant circum pyram, & ipsa Dido Sacerdos, id est, quasi Sacerdos, effusa crines, i. habens crines effusos tonat ore, id est, quasi tonando inuocat tercentum Deos, complures uult significare, scilicet, Herebum & Chaos & Hecaten tergeminam & Dianæ uirginis tria ora, quia Luna tres facies habere dicitur. Præterea sparserat Dido latices, id est, aquas fontis Auerni, id est, inferni non ueros sed simulatos. & herbæ pubentes, id est, florentes cum lacte ueneni nigri messæ, id est, desectæ falcibus ahenis ad Lunam, quæruntur ad hoc sacrum, & amor, id est, hippomanes, quod uim amatoriam habet, reuulsus de fronte equi nascẽtis, id est, pulli equini, & præreptus, id est, ante raptus matri. i. ab equa quæritur. Ipsa quoq; Dido exuta. i. excalceata unũ pedem á uinclis & in recincta ueste. i. discincta, moritura

Testatur moritura Deos, & conscia fati
Sydera: tum, si quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iustumq́;, memorq́; precatur.
Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, syluæq́;, & sæua quierant
Aequora: cum medio voluuntur sydera lapsu,
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq́; volucres,
Quæq́; lacus late liquidos, quæq́; aspera dumis
Rura tenent, summo positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infœlix animi Phœnissa, nec vnq́;
Soluitur in somnos, oculis ve, aut pectore noctem
Accipit: ingeminant curæ: rursusq́; resurgens
Sæuit amor, magnoq́; irarum fluctuat æstu.
Sic adeo insistit, secumq́; ita corde volutat.
En quid agam? rursus ne procos irrisa priores

¶ *Ecphrasis.*

testatur Deos, & hoc, mola & manibus pijs iuxta altaria, & testatur sydera conscia fati, id est, quæ sunt testes omnium, quæ fiunt. Tum, id est, præterea Dido ꝑcatur numē iustū et memor, si qd' numē habet curæ amātes nō æquo fœdere, cū scilicet in amore repensio non fit. Et describit tempus, quo hæc sunt gesta, dicēs: quod nox erat, & corpora animalium fessa carpebant soporē placidum, id est, iucundum per terras, & syluæ, id est, feræ, & æquora sæua, id est, magna maris, hoc est, pisces quierant pro quieuerant, cum, id est, quo tempore sydera uoluuntur medio lapsu, id est, cursu noctis mediæ, & cum omnis ager tacet, quia ōia aīalia. s. pecudes & uolucres pictæ, et illæ uolucres, q̃ tenēt late lac⁹ liquidos: idest, aues aquatiles, et quæ tenēt rura aspera dumis, id est, terrestres, uolucres dico positæ in somno sub nocte silenti lenibāt. i. fouebāt & recreabāt curas. i. labores diurnos, & corda oblita laborū. At. i. sed Phœnissa Dido. i. é Phœnice profecta infœlix animi, id est, animo neq; unquám. i. nunquám soluitur in somnos, aut accipit oculis aut pectore, id est, cogitatione, noctem, id est, somnum, sed curæ ingeminant, pro ingeminantur, & resurgens rursus amor, id est, iterum sæuit, id est, furore crescit, & fluctuat. id est, uacillat magno æstu, id est, feruore curarū, & insistit sic adeo. i. ualde, & uolutat secū corde sic. i. cogitat. En quid. i. nūquid ego irrisa ab Aenea experiar rursus procos priores. i. qui me pri

Experiar? Numidumq́ petam connubia supplex,
Quos ego sum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes, atq; vltima Teucrum
Iussa sequar? quia ne auxilio iuuat ante leuatos,
Et bene apud memores veteris stat gratia facti?
Quis me autem (fac velle) sinet? ratibusq́ superbis
Irrisam accipiet? nescis heu perdita, nec dum
Laomedonteæ sentis periuria gentis?
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouantes?
An Tyrijs, omniq́ manu stipata meorum
Insequar? & quos Sidonia vix vrbe reuelli,
Rursus agam Pelago, & ventis dare vela iubebo?
Quin morere, vt merita es, ferroq́ auerte dolorem.
Tu lachrymis euicta meis, tu prima furentem
His germana malis oneras, atq; obijcis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam.

¶ Ecphrasis.

us in coniugium petierunt? et nunquid ego supplex petam connubia Numidum pro Numidarum, quos maritos ego sum dedignata toties, id est, sæpissime? Igitur ego nunquid sequar Iliacas classes atq; ultima iussa Teucrum pro Teucrorum? ne id est, nunquid quia iuuat, id est, delectat me illos fuisse ante leuatos, id est, subleuatos á me auxilio? & gratia ueteris facti, id est, pristini beneficij stat, id est, perseuerat bene apud memores illos? sed fac, id est, finge me uelle, scilicet cum illo nauigare, quis sinet me? aut quis accipiet me irrisam ratibus superbis? quia Troiani superbi sunt. O perdita, se ipsam alloquitur, heu nescis, nec dum sentis periuria gẽtis Laomedonteæ, id est, Troianæ, quorum fuit rex periurus Laomedon. Quid tũ id est, deinde nunquid ego sola comitabor fuga, id est, á meis fugiens nautas ouãtes, id est, lætos? an ego insequar cõitata Tyrijs & omni manu, id est, multitudine meorum comitum? & agam. i. ducam illos pelago, quos uix. i. difficulter reuelli ab urbe Sidonia. i. á Tyro? et iubebo illos dare uela uentis? Quin. i. immo morere, ut merita es, & auerte. i. remoue dolorẽ ferro te confodiendo. O germana tu euicta meis lachrymis, & tu prima oneras me his malis. i. ab initio onerasti, atq; obijcis. i. obiecisti me furẽtẽ hosti Aeneæ, qui hostis erat futur9. Nõ licuit me expertẽ thalami. i. cõiugij degere uitã sine crimine more feræ. i. quod feræ facere cõsueuerũt,

Degere more feræ, tales nec tangere curas:
Non seruata fides cineri promissa Sichæo.
Tantos illa suo rumpebat pectore questus,
Aeneas celsa in puppi iam certus eundi
Carpebat somnos, rebus iam rite paratis,
Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursusq; ita visa monere est,
Omnia Mercurio similis, vocemq;, coloremq;,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.
Nate Dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec quæ circunstent te deinde pericula cernis
Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos, dirumq; nefas in pectore versat,
Certa mori: varioq; irarum fluctuat æstu.
Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas?
Iam mari turbari trabibus, sæuasq; videbis

¶ Ecphrasis.

nec tangere tales curas, id est, amores: fides etiam nõ est seruata cineri Sichæo. Illa Dido rumpebat ex suo pectore tantos questus, id est, querelas. Aeneas iam certus eundi, id est, itineris carpebat somnos in celsa puppi, rebus omnibus, quæ ad nauigationem pertinebant, paratis rite, id est, ex ordine. Et forma Dei, id est Mercurij redeũtis eodem uultu, quo prius ad Aeneam uenerat, obtulit se huic in somnis, & rursus illa forma Mercurij uisa est monere Aeneam rursus, id est, iterum, quemadmodum prius, forma, dico, similis Mercurio, id est, omnia habẽs illi similia, scilicet uocem, sermonem, colorem uultus, & crines flauos, & membra decora iuuẽtæ, quia iuuenis est: & inquit ad Aeneã. O Nate dea potes ducere somnos. i. dormire sub hoc casu. i. in tanta rerum perturbatione? nec, id est, non deinde cernis, quæ pericula circumstent te? nec audis Zephyros secundos, id est, opportunos spirare, id est, flare. Illa, dico, certa mori uersat in pectore, id est, cogitat dolos, & nefas dirum, scilicet, Aeneam perimere, & fluctuat, id est, uacillat uario æstu, id est, ardore irarum. Igitur non fugis hinc præceps? id est, præcipitanter, dum tibi est potestas præcipitare, id est, festinanter fugere? quia iam uidebis mare turbari trabibus, id est, nauibus, & uidebis faces sæuas. i. incensas ad naues tuas incendendum collucere, & uidebis iam littora feruere

Collucere faces, iam feruere littora flammis,
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia age, rumpe moras: uarium & mutabile semper
Fœmina, sic fatus nocti se immiscuit atræ.
Tum vero Aeneas subitis exterritus vmbris
Corripit e somno corpus, sociosq; fatigat,
Præcipites vigilate viri, & considite transtris:
Soluite vela citi: Deus æthere missus ab alto
Festinare fugam, tortosq; incidere funes,
Ecce iterum stimulat. Sequimur te sancte Deorum
Quisquis es: imperioq; iterum paremus ouantes.
Adsis o placidusq; iuues, & sydera cælo
Dextra feras. Dixit, uaginaq; eripit ensem
Fulmineum, strictoq; ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet: rapiuntq;, ruuntq;.

¶ *Ecphrasis.*

re flammis ex incendio nauium. quæ fient, si aurora attigerit te morantem in his terris. Ergo eia age, *rumpe moras, quia fœmina semper fuit uarium & mutabile, id est, res uaria & mutabilis.* Et *Mercurius sic fatus, immiscuit se nocti atræ, id est, in umbras euanuit.* Tunc *uero Aeneas exterritus umbris subitis, id est, simulachris, corripit corpus e somno, & fatigat, id est, incitat socios dicens.* O *uiri uigilate præcipites, & considite transtris, id est, trabibus illis, in quibus remiges sedent, & uos citi soluite uela nauium, quia* Deus, *id est,* Mercurius *ab alto æthere misus iubet nos festinare fugam, & ecce iterum stimulat nos incidere tortos funes, quibus naues in portu sunt alligatæ.* O *sancte* Mercuri, *siue quisquis* Deorum *es, sequimur te, & nos ouantes iterum paremus imperio tuo, id est, obedimus.* O, *id est, utinam tu placidus adsis nobis, & iuues nos, & feras sydera dextra cælo. i. des prosperam nauigationem.* Dixit, *& eripit de uagina, id est, stringit ensem fulmineum, id est, splendentem in morem fulminis, & ferit retinacula, id est, funes ferro stricto, id est, ense euaginato: et idem, id est, similis ardor habet omnes socios, rapiuntq; ea, quibus opus erat, & ruunt, id est, festinanter decedunt, & tandem deseruere littora, & æquor latet sub classibus præ nauium multitudine, & remiges adnixi torquent:*

Littora deseruere: latet sub classibus æquor.
Annixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Et iam prima nouo spergebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Regina e speculis vt primum albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere velis,
Littoraq́, & vacuos sensit sine remige portus.
Terq́, quaterq́ manu pectus percussa decorum,
Flauentesq́ abscissa comas, proh Iupiter ibit
Hic ait: & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient? totaq́ ex vrbe sequentur?
Diripientq́ rates alij naualibus? ite,
Ferte citi flammas: date vela, impellite remos.
Quid loquor? aut vbi sum? quæ mentem insania mutat?
Infœlix Dido nunc te fata impia tangunt:
Tum decuit, cum sceptra dabas: en dextra fidesq́,
Quem secum patrios aiunt portare penates:

¶ *Ecphrasis.*

spumas ictu remorum, & uerrunt, id est, palmulis remorum radunt cærula, id est, maria: & describit tempus matutinum dicens. Quod prima aurora linquens cubile croceum, id est, rosei aut crocei coloris, Tithoni mariti sui, spargebat terras lumine nouo, id est, luce matutina. Cumq; regina primum uidisset e speculis, id est, altis turribus lucem albescere, & audisset classem Aeneæ procedere uelis æquatis, id est, plenis: & sensit littora & portus uacuos sine remige, quia omnes discesserant, tunc illa abscissa comas flauentes, ait in exclamationem prorumpẽs. proh Iuppiter, hic aduena Aeneas ibit, & illuserit sic nostris regnis? nã illudo cum accusatiuo, & cum datiuo construi potest. Non expedient arma, & sequentur illos ex tota urbe? & alij nõ diripient rates ex naualibus. i. deducẽt ex naualibus in mare armatas naues. Ite, ciues suos hortatur Dido, & uos citi ferte flammas: date uela: & impellite remos. Quid loquor? aut ubi sum? iam tandem intelligit se extra mẽtem positam, ideo dicit, quæ insania mutat. i. perturbat mẽtem meam? et dicit ad se ipsam: ah Dido infœlix, fata impia nũc tangũt te. Tum decuit, subaudi, quod uis nũc facere, cũ dabas illi sceptra. En dextra, q; ꝓ id est fides (cũ ironia proferẽdũ est) illi9, quẽ aiũt secũ portare penates. i. Deos patrios,

Quem subiisse humeris confectum ætate parentem.
Non potui abreptum diuellere corpus: & vndis
Spargere: non socios: non ipsum absumere ferro
Ascanium: patriisq; epulandum apponere mensis:
Verum anceps pugnæ fuerat Fortuna: fuisset.
Quem metui moritura: faces in castra tulissem:
Implessemq; foros flammis, natumq; patremq;
Cum genere extinxem: memet super ipsa dedissem.
Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras:
Tuq; harum interpres curarum, & conscia Iuno.
Nocturnisq; Hecate triuiis vlulata per vrbes:
Et Dirę vltrices, & Dii morientis Elissę,
Accipite hæc, meritumq; malis auertite numen:
Et nostras audite preces: si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est,

¶Ecphrasis.

& illius, quem, aiunt, parentẽ confectum ætate subiisse, id est, accepisse humeris, ut libro secundo dixit. Non potui, quasi diceret, immo potui, diuellere, ac etiam spargere corpus illius arreptum undis, id est, in undas: & non potui absumere, id est, perimere ferro socios: & non potui apponere ipsum Ascanium filium epulandum mensis patriis, id est, Aeneæ patris sui. Sed posset dicere quispiam: Fortuna pugnæ fuerat anceps, id est, dubia uter uinceret, fuisset anceps Dido respondet, quia ego moritura quem metui, id est, metuere debui: Ego tulissem faces incensas in castra illius, & implessem pro impleuissem foros nauium flammis, & tunc dedissem memet super ipsa, & extinxem pro extinxissem natum Ascanium & patrem Aeneam. Deinde obtestatur Deos dicens: O Sol, qui flammis omnia opera terrarum lustras, uel circuis, uel illuminas, & o Iuno interpres & conscia harum curarum, id est, amorum quorum fuisti testis & pronuba, & o Hecate, id est, Proserpina ululata, id est, ululatibus acclamata per urbes in triuiis nocturnis, id est, per noctẽ, in qua illius sacra fiebãt, & o Diræ. i. furiæ ultrices, et odii Elissæ morientis, id est, o manes accipite, id est, audite quæ dico, & auertite numen uestrum meritum malis, id est, cuius iram mali merentur, & audite nostras preces, quas explicat. Si necesse est caput infandum, id est, execrabilem Aeneam tangere portus Italiæ, & adnare, id est, adnauigare terris,

Et ſi fata Iouis poſcunt, hic terminus hæret,
At bello audacis populi vexatus, & armis:
Finibus extorris, complexu auulſus Iuli
Auxilium imploret, videatq́ indigna ſuorum
Funera: nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur.
Sed cadat ante diem, mediaq́ inhumatus arena.
Hæc precor: hanc vocem extremam cum ſanguine fundo.
Tum vos o Tyrij ſtirpem, & genus omne futurum
Exercete odijs, cineriq́ hæc mittite noſtro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto.
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor,
Qui face Dardanios, ferroq́ ſequare colonos,
Nunc, olim, quocunq́ dabunt ſe tempore vires.
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis, pugnent ipſiq́ nepotes.

¶ *Ecphraſis.*

& ſi fata Iouis ſic poſcunt. i. uolunt, & hic terminus, id eſt. finis hæret. i. ſtabilis eſt. attamẽ ipſe Aeneas uexatus bello populi audacis, ſcilicet, Rutuli et Latini, et extorris. i. exul finibus ſuis, cum Euandri auxilia ibit petitum, & euulſus complexu Iuli, quem tenerrime diligit, imploret auxilium Euandri, & uideat funera indigna ſuorum ſociorũ: & cũ uictor tradiderit ſe ſub leges pacis iniquæ, ita quod ab euictis leges accipiat, non fruatur regno, aut luce optata, id eſt, uita: ſed cadat, id eſt, moriatur ante diem: & inhumatus iaceat in media arena, quod eſt factum: cum in Numico flumine eſt extinctus. Hæc ſunt quæ precor, & fundo hanc uocẽ extremam cum ſanguine. i. & ſanguinem. Tum etiam o uos Tyrij comites, exercete, id eſt, perſequimini odijs ſtirpẽ. i. prolem, & pro id eſt omne futurũ genus ab Aenea, & mittite noſtro cineri hæc munera, ſcilicet, odium in Troianos illorumq́; poſteros: nullus amor ſit populis, nec fœdera ſunto, id eſt, ſint inter nos & illos. Et aliquis ultor exoriare, id eſt, exoriatur ex noſtris oſsibus, qui ſequare, id eſt. perſequatur ferro & face colonos Dardanios. i. Romanos: quod poſtea Hannibal fecit, ideo dicit nunc, ſi poteſt fieri, & ſi nunc non poteſt fieri, olim, uel quocunq;. tempore uires dabunt ſe, id eſt, fuerit opportunum. Et ego imprecor, ut littora ſint cõtraria littoribus, et undæ fluctibus, & arma armis, et ipſi ne

Hęc ait,& partes animum versabat in omnes,
Inuisam quærens quamprimum abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichęi:
(Namq; suam patria antiqua cinis ater habebat)
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem:
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.
Et pecudes secum,& monstrata piacula ducat.
Sic ueniat, tuq; ipsa pia tege tempora vitta.
Sacra Ioui Stygio, quæ rite incepta paraui,
Perficere est animus, finemq; imponere curis:
Dardaniiq; rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait: illa gradum studio celerabat anili.
At trepida,& cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam voluens aciem, maculisq; trementes
Interfusa Genas,& Pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina,& altos

¶ *Ecphrasis.*

potes pugnent inter se. Hæc ait Dido,& uersabat animum in omnes partes, quærens abrumpere, id est, finire lucem inuitã. i. inuisam quamprimum, id est, cito. Tũ affata est breuiter, id est, uerbis paucis Barcen nutricẽ Sichæi mariti prioris (nã cinis ater, id est, mors habebat suam nutricem in antiqua patria, id est, Phœnice) O chara nutrix siste mihi huc. i. uoca sic sororẽ, ut illã adducas, et dic illi, ut properet spargere. i. abluere corpus lympha fluuiali ac si dicat uiua:& dic, ut ducat secum pecudes & piacula. i. purgatoria sacra monstrata. i. solita. Sic ueniat soror, ut dixi:& tu ipsa o nutrix tege tempora mea vitta sacra & pia siue religiosa. Nam est mihi anim9 perficere sacra. i. sacrificia Ioui Stygio. i. Plutoni, quæ sacra incœpta rite. i. ex ordine ego paraui:& est mihi animus imponere finẽ curis (sed ambigue dicitur, an per mortẽ, an per sacrũ, an per utrũq;) & est animus permittere flãmæ. i. incẽdere rogũ. i. cineres capitis Dardanij. i. Aeneæ effigiẽ. Sic ait Dido,& illa. i. nutrix ꝓperabat. i. accelerabat gradũ. i. passũ studio anili, q̃a an9 erat. At Dido effera. i. ferox,& trepida cœptis immanibus,& uoluẽs huc illinc aciem oculorũ sanguineã;& interfusa Genas. i. habens genas tremẽtes interfusas maculis, quod signum erat cogitantis uaria,& pallida tum morte futura. i. propinqua, irrumpit, id est, cum impetu intrat limina domus interiora, id est, penetralia:

Alludit ad ensem Aiacis, donatū ab Hectore, quo se Aiax occidit.

Conſcendit furibunda rogos, enſemq; recludit
Dardanium, non hos quæſitum munus in vſus.
Hic poſtquam Iliacas veſtes, notumq; cubile
Conſpexit, paulum lachrymis, & mente morata,
Incubuitq; toro, dixitq; nouiſſima verba:
Dulces exuuiæ, dum fata, Deuſq; ſinebant,
Accipite hanc animam, meq; his exoluite curis.
Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi:
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Recordatio omniū quæ in uita geßit.

Vrbem præclaram ſtatui, mea mœnia vidi:
Vlta virum, pœnas inimico a fratre recepi.
Fœlix, heu nimium fœlix, ſi littora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.
Dixit. & os impreſſa toro, moriemur inultæ?
Sed moriamur: ait. ſic, ſic iuuat ire ſub vmbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus; & noſtræ ſecum ferat omina mortis.

¶ *Ecphraſis.*

& ipſa furibunda conſcendit altos rogos. i. pyram iam memoratā, & recludit. i. de ſtringit enſem Dardaniū. i. Aeneæ. appoſitiue. munꝰ quæſitū ſed nō i hos uſus, quo nunc eſt uſura. Et poſtquā cōſpexit hic ueſtes Iliacas. i. Aeneæ exuuias, et cubile notum, in quo cum Aenea cubuerat, morata eſt paulū lachrymis & mēte. i. flēs et cogitans multa, et deinde incubuit toro, & dixit uerba nouiſſima, quæ ſequuntur. O exuuiæ. i. ueſtes dulces, dū fata et Deꝰ ſinebāt, quaſi diceret nūc amaræ, accipite hanc animam. i. ſanguinem, & exoluite me his curis. i. amoribus. Vixi, & peregi curſum, quem fortuna mihi dederat, & nunc magna imago mei, id eſt, ex me ibit ſub terras. Ego ſtatui. i. fundaui urbem præclaram, & uidi mea mœnia, id eſt, a me ſtructa, & ulta uirū Sichæū recepi pœnas ab inimico fratre, et fuiſſem fœlix, heu nimiū fœlix, una tamē re tātū excepta, ſi carinæ Dardaniæ nūquā tetigiſſent noſtra littora, id eſt, huc naues appuliſſent. Dixit, & impreſſa os, id eſt, habens os impreſſum toro ait, moriemur inultæ? ſed moriamur ſic ſic, id eſt, cruenta morte, iuuat ire ſub umbras, id eſt, ad inferos. Dardanus crudelis, id eſt, Aeneas hauriat, id eſt, uideat oculis hunc ignem, quo ego cremabor, & ferat ſecum omina, id eſt, auſpicia infauſta noſtræ mortis. Dixerat Dido, & comites. i. fa

Dixerat: atq; illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensemq; cruore
Spumantem, sparsasq; manus. it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per vrbem.
Lamentis, gemituq;, & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt: resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter, quam si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq; furentes
Culmina perq; hominum voluantur, perq; deorum.
  Audijt exanimis, trepidoq; exterrita cursu
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis:
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes, aræq; parabant?
Quid primum deserta querar? comitem ne sororem
Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocasses:

Innuit Carthaginis direptionē, quæ facta est tertio bello Punico.

Querula oratio Annæ, qua mortis causam in se transfert.

¶ *Ecphrasis.*

mulæ aspiciunt illam collapsam ferro, id est, in ensem inter talia uerba media, & aspiciunt ensem spumantem cruore, & aspiciunt manus sparsas cruore. Clamor it ad atria alta, cum auditum est reginam se ferro confecisse, & fama bacchatur, id est, furit per urbem concussam, id est, commotam & perturbatam: tecta, id est, domus fremunt, id est, resonant lamentis & gemitu & ululatu fœmineo: & æther resonat plangoribus, id est, percußionibus pectorum muliebribus: non aliter (in quam resonat) quam si Carthago ruat, id est, diripiatur hostibus immißis, id est, intra mœnia receptis, et flammæ ignis furentes uoluantur per culmina hominum, id est, domos, & culmina Deorum, id est, templa. Soror exanimis. id est, exanimata audijt supertus dicta, & exterrita ruit per medios cursu trepido, fœdans ora unguibus, & fœdans pectora pugnis, & clamat nomine, id est, nominatim Dido morientem, dicens. O germana hoc fuit illud, id est, huc pertinebat totus ille sacrificij apparatus? me petebas fraude, id est, decipere uolebas? iste rogus, quē me parare iubebas, hoc parabat mihi? & ignes & aræ hoc parabant mihi? Itaq; ego p mortē a te deserta qd primū q̄rar. i. cōquerar? O soror ne inunqd tu moriēs spreuisti me sororē tuā comitē? Vocasses, subaudi si, ad eadē fata. i. ad eadē mortē

Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus, patriosq; vocaui
Voce Deos, sic te vt posita crudelis abessem.
Extinxi te, meq; soror, populumq;, patresq;
Sidonios, vrbemq; tuam. date vulnera lymphis
Abluam: & extremus si quis super halitus errat,
Ore legam. Sic fata gradus euaserat altos
Semianimemq; sinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu, atq; atros siccabat veste cruores.
Illa graues oculos conata attollere, rursus
Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.
Ter sese attollens, cubitoq; innixa leuauit,
Ter reuoluta toro est: oculisq; errantibus alto
Quæsiuit cælo lucem, ingemuitq; reperta.
Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem,
Difficilesq; obitus, Irim demisit Olympo.

¶ *Ecphrasis.*

Idem dolor atq; eadem hora tulisset ambas ferro, id est, ferri cæde. O crudelis, etiam his, id est, proprijs manibus struxi, subaudi, pyram, & uocaui Deos uoce patria, id est, precibus more patriæ, ut abessem te posita sic. O soror, ego extinxi te & me, & populum Carthaginensem, & patres, id est, urbis senatores Sidonios, id est, qui nobiscum ex Sidone uenerant, & tuam urbem: in se transfert Anna omnem culpam, cum ipsa nihil peccauerit. Date lymphas, ut ego abluam uulnera sororis lymphis, & legam, id est, colligam ore halitum, si quis halitus, id est spiritus extremus errat, id est, superextat. Et Anna sic fata, id est, postquam hæc locuta est, euaserat, id est, conscendit altos gradus ad eum locum, in quo structa fuit pyra: & amplexa fouebat, id est, amplectabatur sinu cum gemitu germanam semianimem, & siccabat ueste cruores illos atros. Illa Dido conata attollere oculos graues. i. morte instãte lãguidos, rursus deficit. i. uirib9 destituitur, & uulnus infixum stridet sub pectore. i. sonat: & illa innixa cubito leuauit se se, attollens sese, & ter reuoluta est toro, & oculis errantibus quæsiuit lucem in alto cælo, quam cum repperisset, ingemuit, dolens quod adhuc uiueret. Tunc Iuno omnipotens (quia Iouis consors ideo omnipotens) miserata longum laborem, & obitus difficiles dimisit Irim nunciam suam ex Olympo, id est, cælo:

Quæ luctantem animam, nexosq́ resolueret artus,
Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitoq́ accensa furore,
Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioq́ caput damnauerat Orco.
Ergo Iris croceis per cælum roscida pennis,
Mille trahens uarios aduerso sole colores
Deuolat, & supra caput astitit, Hunc ego Diti
Sacrum iussa fero: teq́ isto corpore soluo.
Sic ait: & dextra crinem secat: omnis & vna
Dilapsus calor, atq́ in ventos vita recessit.

¶ *Ecphrasis.*

Quæ Iris resolueret animā luctantē & artus nexos, id est, nexā & implicitam artubus. Nam nec Proserpina inferorum Dea nondum abstulerat illi ex uertice crinem flauum, neque damnauerat caput Orco stygio, id est, Deo inferorum, quia neque peribat fato nec morte merita, sed ipsa Dido misera, & accensa furore subito peribat ante diem. Ergo Iunonis imperio Iris roscida pennis croceis a colore: trahens per cælum mille colores uarios deuolat, id est, deorsum uolās astitit, & ait sic: Ego iussa á Iunone fero Diti.i. Plutoni hunc crinem sacrum, & soluo te isto corpore, & sic dextra sua secat crinem, & omnis calor una.i. cū crine simul est dilapsus, id est, euanuit, & uita, id est, anima recessit in Ventos.

¶ Adilon.

Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.

 MODESTINI IVRISCONSVLTI IN *quintum Aeneidos Librum argumentum.* 

NAuigat Aeneas, Siculas defertur ad oras,
Hic manes celebrat primos. Vna hospes Acestes
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt,
Prodigium est cunctis ardens delapsa sagitta,
Iris tum Beroen hubitu mentita senili
Incendit naues, subitus quas vindicat imber,

In somnis pater Anchises quæ bella gerenda,
Quoq; duce ad naues possit descendere narrat.
Transcribit matres vrbi, populumq; volentem.
Et placidum Aeneas Palinurim quærit in vndis.

¶ Ecphrasis.

NAuigat Aeneas. Iuxta morẽ in superioribus obseruatũ, antequã ad explanationẽ huius quinti libri accedã, prius argumẽti interpretationẽ præmittã sub hoc ordine. Aeneas nauigat.i.naue per mare fertur. et defertur.i.portatur ad oras.i.regiones Siculas.i.Sicilienses. Hic.i.in Sicilia celebrat.i.sacrificiis colit & honorat primos manes.i.aĩs s.patris Anchisæ: et ipse Aeneas et Acestes hospes faciũt.i.constituũt una.i.simul ludos ad tumulũ.i.iuxta sepulcrũ.s.Anchisæ: et ponũt certamina.s.currẽdi, & cestibus digladiãdi, & iaculãdi uel sagittãdi. Sagitta.i.iaculũ uel tragula ab Aceste emissa ardẽs.i.in aere incẽsa (nã dictũ9 est postea Poeta: Nãq; uolãs liquidis i nubib9 arsit arũdo, Signauitq; uiã flãmis, tenuesq; recessit Cõsumpta in uẽtos) delapsa.i.per aerẽ lapsa est prodigiũ.i.miraculũ ostẽtũ portẽtũ et ueluti mostrũ cũctis.i.omnibus astãtibus. Iris.i.arcus ille cælestis (qui nimboso tẽpore multis coloribus uariegat9 in aquosa nube ex Solis aduersi repercussiõe apparet, sed apud uetustiores pro Dea veneris ministra celebratur, et pro ea nũc accipitur) mẽtita.i.quæ finxit et imitata est tũ pro tũc Beroen mulierẽ illã Troianã sic dictã habitu.i.ueste senili.i.ad senẽ ptinẽte, qualis ipsa Beroes erat. Iris, dico, incẽdit naues, quas.s.naues imber.i.pluuia uel aqua de cælo cadẽs subit9.i.improuisus & repẽtinus uẽdicat.i.liberat ab incẽdio puta restinguẽdo ignẽ per nauiũ tabulata peruagatẽ. Pater Anchises narrat.i.ostẽdit et demõstrat in somnis.i.dũ Aeneas dormiret, quæ.i.qualia bella gerẽda subaudi, sint in Italia: et narrat, inquam, quo duce.i.ductore possit Aeneas descendere ad manes.i.ad Inferos. Sibyllã autẽ intelligit, qua ducẽte Aeneas ad manes peruenit, ut lati9 in sexto libro dicetur. Deinde Aeneas trãscribit.i.trãsfert et quasi in cathalogo asignat matres.i.mulieres Troianas urbi.i.ad urbẽ incolẽdã, & trãsscribit populũ.i.multitudinẽ senũ ac puerorũ uolẽtẽ.s.in Sicilia remanere, nec ad Italiã euehi. Et Aeneas quærit.i.inquirit Palinurũ nauis magistrũ ac gubernatorẽ placidũ.i.benignũ & mitẽ in undis.s.maris, in quas undas Palinur9 ipse a Deo Somno proiectus est.

ANTONIVS RAMIRVS

Hanc quoq; huius argumenti expositionem hic addidi, quia in prototypo Nebrissensis deerat, quod idem fecimus in primo & secundo.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS

Liber Quintus.



Ntereamedium Aeneas iam classe tenebat
Certus iter:fluctusq; atros Aquilōe secabat,
Mœnia respiciens,quæ iam infœlicis Elissæ
Collucent flāmis:quę tantū accēderit ignem
Causa latet: duri magno sed amore dolores
Polluto,notumq; furēs quid fœmina possit:
Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla
Occurrit tellus, Cælum vndiq;, & vndiq; Pontus:
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctem, hyememq; ferens, & inhorruit vnda tenebris.

Alij.maria undiq;, & undiq; Cælum.

¶ *Ecphrasis.*

INterea. In hoc quinto libro continentur præcipue ludi, quos Aeneas ad tumulum patris Anchisæ fieri curauit. Interea igitur dum Dido se uulnere concidens periјt, Aeneas certus, subaudi, eundi tenebat classe, id est, nauibus medium iter, & secabat fluctus atros Aquilone, quo flante undæ nigrescunt, respiciens mœnia Carthaginis, quæ iam collucent flammis Elissæ infœlicis, quæ se in pyram iniecerat moriens. Sed latet illum causa, quæ accenderat tantum ignem, sed duæ res ducunt pectora Teucrorum per augurium triste, suspicantium id quod erat, scilicet, dolores duri magno amore polluto, id est, læso: & etiam notum, id est, res nota, furens fœmina quid posit, quia nihil est, quod non eo casu audeat. Vt, id est, postcaquam rates tenuere pelagus, nec ulla tellus amplius occurrit, & maria & cælum erant undiq;, id est, nusquam terra comparebat: iber cærule9.i.niger astitit supra caput olli.i.illi.s.Aeneæ, ferēs noctē.i.tenebras, et hyemem.i. tempestatem, & unda inhorruit.i. horridior uisa est tenebris.

Ipſe Gubernator puppi Palinurus ab alta:
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidue pater Neptune paras? ſic deinde locutus,
Colligere arma iubet, validiſq; incumbere remis,
Obliquatq; ſinus in ventum, ac talia fatur.
Magnanime Aenea, non ſi mihi Iuppiter autor
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cælo,
Mutati tranſuerſa fremunt: & veſpere ab atro
Conſurgunt Venti, atq; in nubem cogitur Aer.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus: ſuperat quoniam Fortuna, ſequamur:
Quoq; vocat, vertamus iter, nec littora longe
Fida reor fraterna Erycis, portuſq; Sicanos:
Si modo rite memor ſeruata remetior aſtra.
Tum pius Aeneas, Equidem ſic poſcere Ventos
Iamdudum, & fruſtra cerno te tendere contra:

¶ *Ecphraſis.*

Ipſe Palinurus Gubernator nauis Aeneæ inquit ab alta puppi. Heu quianam.i. cur tanti nimbi cinxerunt æthera.i.aerem. Et o Neptune pater quid paras.i. uis facere? Et deinde.i.poſtquám ſic locutus eſt, iubet colligere arma, id eſt, uela nauium, & incumbere remis ualidis, quorum eſt nauigatio in tempeſtate tutilior quám uelorũ, & obliquat ſinus uelorum in Ventum, & fatur talia. O magnanime Aenea, ego non ſperem, id eſt, ſperare poſſum me poſſe cõtingere Italiam hoc cælo, id eſt, aere, ſi.i.quámuis Iuppiter auctor ſpondeat.i.promittat, & hoc, quia Venti mutati fremunt, id eſt, ſæuiunt tranſuerſa.i.ex tranſuerſo, & conſurgunt á Veſpere atro, id eſt, ab occaſu, & aer cogitur.i.ſpiſſatur in nubẽ. quod eſt tempeſtatis futuræ ſignum, nec nos ſufficimus obniti, id eſt, reſiſtere contra: nec tendere, id eſt, contendere tantum, quantum tempeſtas in nos ſæuit. Ideo ſequamur, ſcilicet, Fortunam, quoniam ſuperat.i.uincit nos, & uertamus iter, quo eadem Fortuna uocat nos, & cogit nos ire. Et ego reor littora fraterna, id eſt, fratris tui Erycis, quia uterq; filius fuit Veneris, & portus ſicanos, id eſt, Siciliæ non eſſe longe á nobis, ſi modo ego memor remetior, id eſt, renauigo rite, id eſt, ordine aſtra ſeruata. Tunc pius Aeneas inquit, Ego quidem iam dudum cerno Ventos ſic poſcere, & cerno te contra tendere, ſed fruſtra.

Flecte

Flecte viam velis: an sit mihi gratior ulla,
Quoq; magis fessas optem dimittere naueis, *Ali. Quo ue.*
Quamquę Dardanium tellus mihi seruat Acesten:
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?
Hæc ubi dicta, petunt portus, & vela secundi
Intendunt Zephyri: fertur cita gurgite classis,
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelso miratus vertice montis
Aduentum, sociasq; rates, occurrit Acestes,
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis ursæ: *Acestes rex, ex Egesta & Crimiso fluuio prognatus.*
Troia Criniso conceptum flumine mater
Quem genuit: veterum non immemor ille parentum
Gratatur reduces, & gaza lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus solatur amicis. *Alias amicos.*
Postera cum primo stellas oriente fugerat
Clara dies, socios in cœtum littore ab omni

¶ *Ecphrasis.*

Igitur flecte uiam uelis. An ulla tellus sit mihi gratior, & quo, id est, in quam ego magis optem dimittere naues tempestate fessas, quam illa tellus, quæ seruat mihi, id est, retinet Acesten Dardanum ab origine, ut paulo post dicturus est, & tellus quæ complectitur gremio ossa patris Anchisæ, qui, ut in fine libri tertij dixit, illic sepultus est. Vbi hæc dicta sunt ab Aenea, Troiani petunt portus Siciliæ, & Zephyri secundi, id est, a puppi spirantes intendunt uela, & classis cita fertur gurgite, & illi læti aduertuntur tandem arenæ notæ, id est, littoribus, in quibus fuerant antea. At Acestes procul ex excelso uertice montis miratus aduentum Troianorum, & rates socias, id est, amicas occurrit illis, ut erat horridus in iaculis, quia eo tempore uenabatur, & horridus in pelle ursæ Libystidis, id est, Libycæ, qua erat indutus. Quem Acesten conceptum flumine Criniso, id est, á Deo illius fluuij, mater Troia. i. Troiana, scilicet, Egesta Hippotis filia genuit, id est, peperit. Itaq; ille non immemor, id est, memor parentum ueterũ gratatur reduces, id est, gratulatur illis reducibus, & ipse lætus excipit illos gaza agresti, id est, uenatione, & solatur illos fessos opibus amicis. i. cibo. Cum postera, id est, sequens dies clara fugarat, id est, euanescere fecit stellas primo oriente, id est, sub auroram, Aeneas aduocat ab omni littore socios in cœtum. i. in conciliũ,

More militari.

Aduocat Aeneas, tumuliq́ꝫ ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, genus alto a ſanguine Diuum
Annuus exactis completur menſibus orbis,
Ex quo relliquias, diuiniq́ꝫ oſſa parentis
Condidimus terra, mœſtaſq́ꝫ ſacrauimus aras.
Iamq́ꝫ dies (ni fallor) adeſt, quem ſemper acerbum,
Semper honoratum (ſic Dĳ voluiſtis) habebo.
Hunc ego Getulis agerem ſi Syrtibus exul,
Argolicoue mari deprehenſus, & vrbe Mycenæ.
Annua vota tamen, ſolenneiſq́ꝫ ordine pompas
Exquerer, ſtrueremq́ꝫ ſuis altaria donis.
Nunc vltro ad cineres ipſius, & oſſa parentis,
Haud equidem ſine mente reor, ſine numine Diuum
Adſumus, & portus delati intramus amicos:
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem:
Poſcamus ventos, atq́ꝫ hæc mea ſacra quotannis
Vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis.

Ali. Mycenis

¶ *Ecphraſis.*

& fatur, id eſt, alloquitur illos ex aggere tumuli, id eſt, ex loco altiori dicens. O Dardanidæ magni, id eſt, Troiani. appoſitiue. genus ab alto ſanguine Diuorum. Orbis, id eſt, annus, id eſt, anni reuolutio completur menſibus exactis, id eſt, perfectis, ex quo condidimus terræ, id eſt, humauimus relliquias & oſſa parentis diuini, & ex quo ſacrauimus illi aras mœſtas, & niſi ego fallor, iam dies adeſt, quem ſemper habebo acerbum, quia in eo patrem amiſi, & ſemper honoratum, quoniam o Dĳ ſic uos uoluiſtis. Itaq; ſi ego agerem hunc diem exul in Syrtibus Getulis, id eſt, Aphricæ, uel deprehenſus in mari Argolico aut Mycenæ urbe hoſtili, ego tamen exequerer, id eſt, quaſi in exequias ducerem annua uota, & pompas ſolennes, id eſt, anniuerſarias ex ordine, id eſt, conſuetudine: & ſtruerem, id eſt, ornarem altaria ſuis donis. Nunc uero nos adſumus ad cineres & oſſa ipſius parentis, ut ego reor non ſine mente, id eſt, prouidentia & ſine numine Diuum pro Diuorum: & delati nauibus intramus portus amicos, propter Aceſtem origine Troianū. Ergo agite. i. eia cuncti celebremus honorē lætum, id eſt, lætas exequias, & poſcamus uentos futuræ nauigationi, & uelit ipſe pater nos ferre ſibi hæc mea ſacra quot annis. i. anniuerſaria urbe poſita, & tēplis dica=

Bina boum uobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naueis; adhibite penates
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes. *Alludit ad nouendiale sacrum, atq; adeo funebre,*
Præterea si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radijsq; retexerit orbem,
Prima citæ Teucris ponam certamina classis,
Quiq; pedum cursu valet, & qui viribus audax,
Aut iaculo incedit melior, leuibus ue sagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere cæstu,
Cuncti adsint: meritæq; expectent præmia palmæ.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.
Sic fatus, uelat materna tempora myrto.
Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Acestes,
Hoc puer Ascanius, sequitur quos cætera pubes.
Ille concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum magna medius comitante caterua.
Hic duo rite mero libans carchesia Baccho

¶ *Ecphrasis.*

tis cum in Italiam uenerimus. Acestes generatus a Troia, id est, Troiana matre dat uobis capita boum bina numero in naues singulas. Idcirco adhibete epulis sacris & penates proprios .i. Deos Troianos, & eos, quos Acestes hospes colit. Præterea si nona aurora extulerit, id est, ostenderit mortalibus diem almum, & retexerit, id est, apperuerit orbem radijs suis. Ego proponam Teucris prima certamina classis citæ: & illi etiam, qui ualet cursu pedum: & illi, qui est audax uiribus, aut qui incedit melior iaculo, id est, melius iaculatur, aut leuibus sagittis: seu illi, qui fidit, id est, confidit committere pugnam cæstu crudo, id est, duro. Igitur cuncti adsint, & expectent uictores præmia palmæ meritæ, & uos omnes fauete ore dicentes bona uerba, & cingite tempora, id est, capita ramis. Et eneas fatus sic uelat .i. circũdat atq; coronat tẽpora myrto materna. i. Veneri matri consecrata. Et Helymus facit hoc, & Acestes maturus æui, id est, senex, & Ascanius puer facit hoc, quos cæthera pubes, id est, iuuentus sequitur .i. imitatur idem faciens. Illæ Aeneas ibat e concilio cum multis millibus hominum ad tumulum Anchisæ, ibat (inquam) medius in magna caterua illum comitante. Hic, id est, tunc uel ad tumulum libans rite duo

Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro:
Purpureoſq; iacit flores, ac talia fatur:
Salue ſancte parens, iterum ſaluete recepti
Nequicquam cineres, animæq;, vmbræq; paternæ.
Non licuit fines Italos, fataliaq; arua,
Nec tecum Auſonium (quicunq; eſt) quærere Tybrim.
Dixerat hæc: adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit
Amplexus placide tumulum, lapſuſq; per aras:
Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios aduerſo ſole colores.
Obſtupuit viſu Aeneas. ille agmine longo
Tandem inter pateras, & leuia pocula ſerpens
Libauitq; dapes, rurſuſq; innoxius imo
Succeſſit tumulo, & depaſta altaria liquit.

Deploratio.

Serpēs ex adytis elapſus.

Ali. nubibus.

Comparatio.

Serpēs participiū hic eſt, non nomen.

¶ *Ecphraſis.*

carcheſia Bacho mero, id eſt, uini puri fundit humi illa libata, & duo lacte nouo, id eſt, noui lactis, & duo ſanguine ſacro, id eſt, ſanguinis ex pecudibus cæſis. Et iacit in tumulum flores purpureos, & fatur talia, ſcilicet, quæ ſequuntur. Salue o pater ſancte, & o cineres nequicquam, id eſt, fruſtra recepti, id eſt, liberati, & o animæ & umbræ paternæ iterum ſaluete. Non licuit, id eſt, non fuit licitum mihi, hoc eſt, non potui quærere tecum Tyberim Auſonium. i. Italiæ fluuium, quicūq; eſt. Dixerat Aeneas hæc, cum anguis lubricus. i. labilis ab adytis imis exiens, id eſt, ex ſepulchro, ipſe ingens, & amplexus tumulum placide, & lapſus per aras, traxit ſeptem gyros, id eſt, ſpiras, & ſeptena uolumina, idem eſt. Cui angui terga, id eſt, pellis, erant notæ cæruleæ, id eſt, habebat notas, hoc eſt, maculas, cæruleas, id eſt, uirides in tergo. Et fulgor maculoſus, id eſt, anguis ipſe fulgorem habens in maculis ex auro incendebat ſquamam auro, id eſt, incendere uidebatur ſplendor auri. Et ponit eius rei comparationem. Ceu. i. tanquā arcus, qui eſt Iris græce, in nubibus trahit mille colores aureos aduerſo Sole, quia ſemper e regione ad Solem uidetur. Tunc Aeneas obſtupuit uiſu. i. cum uidiſſet. Sed ille anguis ſerpēs inter pateras et pocula læuia. i. terſa & polita, tādē libauit. i. deguſtauit dapes, et innoxius. i. nemini nocēs ſucceſsit imo tūulo, unde exierat, et reliquit

Hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
Incertus Genium ne loci, famulum ne parentis
Esse putet: cædit quinas de more bidentes,
Totq; sues, totidem nigrantes terga iuuencos:
Vinaq; fundebat pateris, animamq; vocabat
Anchisæ magni, manesq; Acheronte remissos.
Necnon & socij, quæ cuiq; est copia, læti
Dona ferunt, onerantq; aras, mactantq; iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fusiq; per herbam
Subijciunt verubus prunas, & uiscera torrent:
Expectata dies aderat, nonamq; serena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant,
Famaq; finitimos, & clari nomen Acestæ
Excierat: læto complerant littora cœtu,
Visuri Aeneadas: pars & certare parati,
Munera principio ante oculos, circoq; locantur

Nullus loc⁹ sine Genio.

læto. Nebriss. legit lato.

Alludit ad morē Romanorum,

¶ Ecphrasis.

altaria depasta. Tunc Aeneas hoc, id est, propter hoc magis instaurat genitori, id est, renouat honores incœptos, id est, sacrificia; incertus ne, id est, an putet esse Genium loci illius, id est, dæmonem, an famulū parentis cum illo sepultum. Itaq; cædit, id est, sacrificat quinas bidentes, id est, oues de more, & totidem sues, & totidē iuuencos nigrantes terga, id est, habentes terga nigra: & præterea fundebat uina pateris, & uocabat animam Anchisæ magni, hoc est, manes remissos, id est, remittendos ab Acheronte, id est, ab inferis. Nec non & socij læti ferunt dona, secundum eam copiam, quæ est cuiq;, et donis illis onerant aras, & mactāt, id est, sacrificant iuuencos. Alij uero ex socijs locant ahena, id est, cacabos ordine, & fusi per herbam subijciunt prunas uerubus, id est, supponunt, & torrent uiscera, id est, carnes. Et iam dies expectata, id est, promissa ad ludos aderat, & iā equi Phaetontis, id est, Solis uehebant nonam auroram, id est, diem luce serena. Et fama ludorum uel potius Troianorum excierat. i. commouerat finitimos, & nomē quoq; Acestæ clari, qui compleuerant littora lato cœtu. i. multitudine uisuri, id est, ut uiderent Aeneadas, id est, Troianos: & pars illorum conuenerāt parati certare. Principio, id est, ante omnia munera locantur ante oculos in medio circo. i. caueæ consessu. s. tripodes. i. mēsæ Delphicæ, sacri. i. Appollini cōsecrati, et coronæ uiri-

In medio sacri tripodes, viridesque coronæ,
Et palmæ pretium victoribus, armaque, & ostro
Perfusæ vestes, argenti, aurique talenta:
Et tuba commissos medio canit aggere ludos. *Nauale certamē.*
Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quattuor ex omni delectæ classe carinæ.
Velocem Mnestheus agit acri remige Pistrin,
Mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi,
Ingentemque Gyas ingenti mole Chimæram,
Vrbis opus, triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt, terno consurgunt ordine remi.
Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna: Scyllaque Cloanthus
Cærulea, genus vnde tibi Romane Cluenti.
Est procul in pelago saxum, spumantia contra
Littora, quod tumidis submersum tunditur olim

¶ *Ecphrasis.*

des: & palmæ appositiue. preciũ uictoribus (nã uictori palma dabatur) & arma, & uestes perfusæ ostro. i. purpura: & talenta i. pondera certa argenti & auri. & tuba. i. tubicen canit. i. canendo dat signum in medio aggere. i. loco editiori, ludos commissos. i. inceptos. Igitur quattuor carinæ delectæ ex omni classe, id est, ex numero undeuiginti nauium pares grauibus remis. i. magnis ineunt certamina, id est, de uelocitate contendunt inter se. Mnæstheus dux Troianus agit. i. impellit acri remige. i. remigio Pistrim uelocem, nomen est proprium nauis. Mnestheus dico, mox futurus Ital9, quia ab eius nomine est genus Mẽmi i. familia Memmiorum. Et Gyas dux quoq; Troianus agit Chimæram ingenti mole. i. molis ingentis. appo. urbis opus, idest, publice ædificatã, uel ita magna, quod uidebatur urbem æquare. Quam uidelicet nauem pubes Dardana, id est, Troiana iuuentus impellunt uersu triplici. i. ordine, quod exponit, et remi consurgunt terno ordine: & Sergestus uehitur Centauro magna, scilicet, naue. a quo domus, id est, familia Sergia tenet nomen. Et Cloãthus inuehitur Scylla cærulea. i. uiridi, id est, coloris marini: unde o Cluenti Romane genus est tibi, nam Cluentiorum familia nobilis fuit Romæ. Deinde describit metæ locũ. d. Saxum. i. parua insula est procul a littore cõtra littora spumantia, quod saxũ summersum olim. i. aliquando tũditur

Fluctibus, hyberni condunt vbi sydera Cori:
Tranquillo silet: immotaq; attollitur vnda
Campus, & apricis statio gratissima mergis.
Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit signum nautis pater: vnde reuerti
Scirent, & longos, vbi circunflectere cursus.
Tum loca sorte legunt: ipsiq; in puppibus auro
Ductores longe effulgent, ostroq; decori.
Cætera populea velatur fronde iuuentus:
Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris, intentaq; brachia remis — intēta alij. nudata.
Intenti, expectant signum, exultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans, laudumq; arrecta cupido.
Inde vbi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes,
Haud mora, prosiluere suis: ferit æthera clamor
Nauticus: adductis spumant freta versa lacertis,
Infindunt pariter sulcos: totumq; dehiscit



¶ **Ecphrasis.**

fluctibus tumidis, ubi cori hyberni, uenti sunt hyemales, condunt. i. abscondunt sydera. In qua insula campus silet mari tranquillo, & attollitur unda immota. appositiue. statio gratissima mergis. i. auibus marinis apricis, id est, apricari uolentibus. Hic, id est, in hac insula Aeneas pater constituit nautis metam uiridem ex ilice frondenti. appositiue. signũ, unde scirent reuerti, & ubi possent circunflectere longos cursus, scilicet, nautum simul certantium. Tunc ductores eligunt loca sorte: & ipsi decori ostro fulgent auro in puppibus longe, id est, ualde, sed cætera iuuentus nautarum uelatur fronde populea, id est, populi arboris, & perfusa oleo humeros nudatos nitescit, scilicet, oleo. Tunc remiges considunt transtris, & intenti brachia intenta, id est, habentes brachia intenta spectant signum, id est, metam. Et pauor pulsans haurit, id est, percutit corda illorum exultantia, id est, palpitantia, & cupido laudum arrecta haurit & cætera. Inde ubi tuba clara dedit sonitum, haud mora, id est, statim omnes ꝓsiluere ex suis finib9, et clamor nautic9. i. nautarũ ferit æthera: et freta uersa. i. remis rasa. a uerro. is. spumãt lacertis adductis: et naues infindunt sulcos.

al.rostrisq; stridētibus

Conuulsum remis rostris stridentibus, æquor.
Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus:
Nec sic immissis aurigæ vndantia lora
Concussere iugis, proniq; in verbera pendent.
Tum plausu, fremituq; virum, studijsq; fauentum

Echo.

Consonat omne nemus, vocemq; inclusa volutant
Littora: pulsati colles clamore resultant.

Materia pro re per Synecdochen.

Effugit ante alios, primusq; elabitur vndis
Turbam inter fremitumq; Gyas: quem deinde Cloanthus
Consequitur, melior remis, sed pondere pinus
Tarda tenet: post hos æquo discrimine Pistris,
Centaurusq; locum tendunt superare priorem.

ali. habet

Et nunc Pistris abit, nunc victam præterit ingens
Centaurus: nunc vna ambæ, iunctisq; feruntur

alij longa ali. carina

Frontibus, & longæ sulcant vada salsa carinæ.

¶ *Ecphrsis.*

pariter, id est, sulcant mare: et totū æquor conuulsum remis & rostris nauiū stridentibus dehiscit. i. finditur, & aperitur. & ponit comparationē dicens, quòd currus. i. equi in curuli certamine bijugo, non tam præcipites corripuere campum, et ruunt. i. erumpunt effusi carcere. i. ex repagulo: nec aurigæ. i. ipsi curruum moderatores sic concussere lora undantia, id est, laxa iugis. i. equis iugatis immissis, id est, solutis in cursum, & aurigæ proni pendent in uerbera equorum. Tunc omne nemus adiacens consonat plausu, id est, fauore, & fremitu, id est, murmure uirum pro uirorum: & littora inclusa uolutant uocem, id est, in concauitate littorum resultat uox, id est, colles pulsati clamore resultant, id est, per Echo resonant. Gyas ductor Chimæræ effugit primus ante alios, & elabitur undis, id est, per undas inter turbam & fremitum, id est, inter fremitum turbæ, quem Gyam Cloāthus ductor Scyllæ nauis consequitur, Cloanthus, dico, melior remis, sed pinus. i. nauis Scylla tarda pondere tenet illum. i. detinet: post hos. s. Gyam & Cloāthū Pistris, cui præerat Mnestheus, & Centaurus, cui Sergestus, tendūt. i. cōtendunt æquo discrimine. i. differentia superare locum priorem inter se, et nunc Pistris abit, id est, præcedit, nunc Centaurus ingens præterit illam uictam: nūc ambæ feruntur iunctis frontibus: & carinæ, id est, naues longæ sulcant uada salsa, id est, maris

Iamq́ꝫ propinquabant scopulo, metamq́ꝫ tenebant,
Cum princeps, medioq́ꝫ Gyas in gurgite victor
Rectorem nauis compellat voce Menœten:
Quo tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum,
Littus ama, & læuas stringat sine palmula cautes,
Altum alij teneant, dixit: sed cæca Menœtes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad vndas.
Quo diuersus abis? iterum, pete saxa Menœte,
Cum clamore Gyas reuocabat: & ecce Cloanthum
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauem Gyæ, scopulosq́ꝫ sonanteis
Radit iter læuum interior, subitusq́ꝫ priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum vero exarsit iuueni dolor ossibus ingens,
Nec lacrhymis caruere genæ: segnemq́ꝫ Menœten,
Oblitus decorisq́ꝫ sui, sociumq́ꝫ salutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta:

Palmula, extrema pars remi in morem palmæ protentæ.

ali. nauēq́ꝫ

al. subitoq́ꝫ

Ardor iuuenilis, & ira.

¶ *Ecphrasis.*

Et iam propinquabant scopulo, & tenebant metam, cum Gyas princeps victor in medio gurgite compellat uoce .i. alloquitur Menœten rectorem nauis, cui præerat ipse. O Menœte cur abis mihi .i. in meum damnum tantum dexter .i. a meta remotior ad partem dextram, dirige cursum huc .i. ad partem sinistram: & ama .i. tene littus insulæ, & sine .i. permitte palmula remi stringat .i. radat cautes læuas: alij teneant altum .i. profundum mare. Sed Menœtes timens saxa cæca detorquet prorã ad undas pelagi dexterioris. Tũc Gyas cum magno clamore reuocat Menœten dicẽs iterũ. O Menœte, quo abis diuers9 .i. in partẽ diuersam? pete saxa insulæ. Et ecce subito respicit Cloanthum instantem illius tergo: et tenentem propiora, id est, propinquiora insulæ, & ille interior, id est, sinisterior radit iter læuum inter nauem Gyæ & scopulos sonantes, & subito præterit Gyam priorem non tunc sed antea, & relictis metis tenet æquora tuta, id est, ubi iam nullum erat periculum. Tunc uero dolor ingens exarsit iuueni, id est, Gyæ, oßibus, id est, intimis medullis, nec genæ, id est, oculorum sinus caruere lachrymis, & oblitus sui decoris, id est, honoris & salutis socium pro sociorum deturbat, id est, deijcit ab alta puppi in mare Menœtem segnem impulsione illius præcipitatum.

Ipſe gubernaclo rector ſubit ipſe magiſter,
Hortaturq́ꝫ viros, clauumq́ꝫ ad littora torquet.
At grauis, vt fundo vix tandem redditus imo eſt:
Iam ſenior, madidaq́ꝫ fluens in veſte Menœtes,
Summa petit ſcopuli, ſiccaq́ꝫ in rupe reſedit.
Illum & labentem Teucri, & riſere natantem,
Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus.
Hic læta extremis ſpes eſt accenſa duobus,
Sergeſto, Mneſtheoq́ꝫ, Gyan ſuperare morantem.
Sergeſtus capit ante locum, ſcopuloq́ꝫ propinquat:
Nec tota tamen ille prior præeunte carina,
Parte prior, partem roſtro præmit æmula Piſtris.
At media ſocios incedens naue per ipſos
Hortatur Mneſtheus: Nunc nunc inſurgite remis
Hectorei ſocij, Troiæ quos ſorte ſuprema
Delegi comites: nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus vſi,

¶ *Ecphraſis.*

Et ipſe Gyas & rector, id eſt, gubernator, & magiſter, id eſt, ductor & princeps ſubit gubernaclo, id eſt, ſuccedit: & hortatur uiros, id eſt, remiges, & torquet clauum, id eſt, gubernaculi temonem ad littora inſulæ. At, id eſt, ſed Menœtes grauis ætate & iam ſenior, & fluens in ueſte madida, id eſt, barba, ut, id eſt, poſtquam uix, id eſt, difficulter eſt redditus, id eſt, reſtitutus ex imo, id eſt, fundo maris, petit ſumma, id eſt, ſummitatem ſcopuli, & reſedit in rupe ſicca. Teucri riſere illum & labentem ex naui & poſtea natantem ad ſcopuli ſummitatem, & nunc rident illum reuomentem ex pectore fluctus ſalſos, id eſt, marinos. Tunc ſpes læta eſt accenſa ſuperare Gyam morantem duobus extremis, hoc eſt, Sergeſto & Mneſtheo, qui antehac erant extremi. Itaq; Sergeſtus capit ante, id eſt, prior locum, & propinquat ſcopulo. Ille tamen non erat prior tota carina, id eſt, toto corpore carinæ, ſed erat prior parte carinæ, quia Piſtris æmula, id eſt, eiuſdem rei ſtudioſa præmit partem illius, ſed roſtro tantum. At Mneſtheus incedens in media naue per ipſos. id eſt, inter ipſos ſocios, hortatur ipſos dicẽs. O ſocij Hectorei. i. fortes qualis Hector fuit, nunc nũc inſurgite remis, & ꝓmite. i. oſtẽdite illas uires et animos, q̃bus uſi eſtis in Syrtib⁹ Getulis. i. Getulæ

Ionioq; mari, Maleæq; sequacibus vndis. al. Ionio
Non iam prima peto Mnestheus, neq; vincere certo ue
(Quanquam, o) sed superent, quibus hoc Neptune dedisti. Magnus
Extremos pudeat rediisse: hoc vincite ciues, animus.
Et prohibite nefas. olli certamine summo
Procumbunt, vastis tremit ictibus ærea puppis:
Subtrahiturq; solum. tum creber anhelitus artus,
Aridaq; ora quatit: sudor fluit vndiq; riuis.
Attulit ipse viris optatum casus honorem:
Nanq; furens animi dum proram ad saxa suburget ali. animis
Interior, spatioq; subit Sergestus iniquo,
Infelix saxis in procurrentibus hæsit.
Concussæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuere, illisaq; prora pependit.
Consurgunt nautæ & magno clamore morantur,
Ferratasq; sudes, & acuta cuspide contos ali. trudes

¶Ecphrasis.

adiacentibus, & in mari Ionio, & in undis Maleæ sequacibus, id est, persecutricibus, socij, inquã, quos elegi mihi comites in suprema sorte, id est, euersione Troiæ. Ego Mnestheus non peto iam prima, id est, primam locum, nec certo uincere, quanquam o, id est, utinã uincerẽ, sed o Neptune superẽt illi, quibus dedisti hoc, id est, superare: sed pudeat nos extremos rediisse, o ciues hoc uincite tantum, scilicet, quod non simus ultimi, & prohibete hoc nefas. Tunc illi procumbunt in remos summo certamine, & puppis ærea, id est, rostrata, tremit ictibus remorum uastis, id est, magnis, et solum, id est, mare subtrahitur, id est, finditur et sulcatur. Tum. i. præterea anhelitus creber quatit artus & ora arida. i. sitibunda, & sudor fluit undiq; riuis. i. riuatim ab omni corporis parte. Ipse casus. i. fortuna attulit honorem optatum uiris Mnesthei comitibus. Nam Sergestus furens animi et infœlix hæsit in saxis procurrentibus. i. in radicibus insulæ, dum interior suburget proram ad saxa. i. ad insulam, & subit. i. subintrat, spacio iniquo. i. plusquam oportuit. Itaq; cautes fuerunt concussæ, id est, illisæ, & remi obnixi. i. impacti in murice acuto, id est. scopulo, crepuere. i. fracti sunt: & prora scopulo illisa pependit. Tunc nautæ consurgunt ex transtris, & morantur cum magno clamore, & expediunt trudes, & pro id est contos cuspide acuta, id est, acute

Expediunt: fractosq; legunt in gurgite remos.
At lætus Mnestheus, successuq; acrior ipso,
Agmine remorum celeri, ventisq; vocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Qualis spelunca subito commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arua volans, plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aere lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas,
Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat vltima Pistris
Aequora: sic illam fert impetus ipse volantem.
Et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibusq; vadis, frustraq; vocantem
Auxilia, & fractis discentem currere remis.
Inde Gyan, ipsamq; ingenti mole Chimæram
Consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro est.

¶ Ecphrasis.

cuspidis ad detrudendum nauem hærentem scopulo: & legunt, id est, colligunt in gurgite remos fractos. At, id est, sed Mnestheus lætus & acrior ipso successu, quia bene illi successit Sergesti detrimentum, petit maria prona, id est, iam nauigatu facilia: & decurrit pelago aperto, id est, sine ullo scopulorum periculo, & agmine remorum celeri, & uocatis uentis. Et ponit comparationem: qualis columba commota subito uolans fertur in arua, cui columbæ domus & nidi dulces, id est, filij sunt in pumice latebroso, id est, lapide concauo & latebris pleno: & illa, inquam, columba exterrita dat plausum ingentem pennis, id est, pennarum concussione. Mox, id est, deinde lapsa, id est, uolans in aere quieto radit iter liquidum, id est, per aera clarum, neq; commouet alas celeres. Sic Mnestheus, & sic nauis illius Pistris secat ultima æquora fuga, id est, cursu ueloci: & sic ipse impetus ex impulsu remorum fert illam uolantem. Ac primum deserit Sergestum luctantem, id est, laborantem in scopulo alto & uadis breuibus, id est, ubi maris aqua non erat profunda, & uocantem auxilia sed frustra, & tunc primum discentem currere remis fractis: & deinde consequitur Gyam, & illius nauem Chimæram mole ingenti, id est, nimiæ magnitudis, sed cedit, id est, uincitur, quoniam est spoliata magistro, id est, gubernatore.

Solus iamq́ ipſo ſupereſt in fine Cloanthus:
Quem petit. & ſummis annixus viribus vrget.
Tum vero ingeminat clamor, cunctiq́ ſequentem
Inſtigant ſtudijs: reſonat clamoribus æther.
Hi proprium decus, & partum indignantur honorem, *proprium*
Ni teneant: vitamq́ volunt pro laude paciſci. *ali. primū.*
Hos ſucceſſus alit: poſſunt, quia poſſe videntur.
Et fors æquatis cepiſſent præmia roſtris,
Ni palmas ponto tendens vtraſq́ Cloanthus,
Fudiſſetq́ præces, Diuosq́ in vota vocaſſet:
Dij, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro, *Ali. æquore*
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras voti reus: extaq́ ſalſos *hoc, nō habet codex*
Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam. *uetuſtus.*
Dixit: eumq́ imis ſub fluctibus audijt omnis
Nereidum, phorciq́ chorus, Panopæaq́ virgo. *al. Proiſciā*
Et pater ipſe manu magna Portunus euntem *ali. Neptunus.*

¶ *Ecphraſis.*

Et ſolus Cloanthus ſupereſt iam in ipſo fine, quia erat primus, quem petit, id eſt, ſuperare contendit, & urget, id eſt, inſtat adnixus, id eſt, nitens ſummis uiribus. Tum uero clamor ingeminat, & cuncti inſtigant, id eſt, incitant illum ſequentē ſtudijs, id eſt, acclamationibus & fauoribus. Et ſic æther reſonat clangoribus tubarum. Hi, ſcilicet, ſocij Cloanthi indignantur, niſi teneant, id eſt, conſeruent proprium decus, & pro id eſt honorem partum, id eſt, quæſitum: & uolant paciſci, id eſt, commutare uitam pro laude, id eſt, pro uictoria. Hos, ſcilicet, ſocios Mneſthæi ſucceſſus alit, id eſt, recreat, quia illis bene ſucceſſerat, & quia uidentur poſſe ſuperare Cloanthum, poſſunt, id eſt, putant ſe poſſe: & forſan cepiſſent præmia roſtris nauiū æquatis, id eſt, ſimul littus pertingentibus, niſi Cloanthus tendens utraſq; palmas ponto .i. in mari fudiſſet preces, & uocaſſet in uota Diuos maris, dicēs. o Dij quibus eſt imperiū pelagi, & per quorū æquora ego curro .i. nauigo, ego lætꝰ ſi fuero reꝰ uoti .i. obligatꝰ cōſtituā uobis ī hoc littore āte ueſtras aras taurū cādētē, et ꝓiſciā .i. ꝓcul iaciā exta .i. tauri inteſtina in fluctus ſalſos, & etiā fundā uina liquētia. Dixit Cloāthus, & omnis chorꝰ Nereidū & Phorci, & uirgo Panopæa audijt illū fundētē preces, et ipſe Portunus

Impulit: illa Noto citius, volucriq; ſagitta
Ad terram fugit, & portu ſe condidit alto.
Tum ſatus Anchiſa, cunctis ex more vocatis,
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat: viridiq; aduelat tempora lauro:
Muneraq; in naueis ternos aptare iuuencos,
Vinaq;, & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipſis præcipuos ductoribus addit honores:
Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit:
Intextuſq; puer frondoſa regius Ida
Veloces iaculo ceruos, curſuq; fatigat,
Acer, anhelanti ſimilis: quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.
Longæui palmas nequicquam ad ſydera tendunt
Cuſtodes, ſæuitq; canum latratus in auras.

Mæander fluuius tortuoſus: erat autem in chlamyde flexuoſa et in ſe remeabilis purpura.

¶ Ecphraſis.

pater, qui a Græcis dicitur Palæmon, et eſt portuum Deus: impulit manu nauem euntem: & illa fugit ad terram citius, id eſt, uelocius Noto & ſagitta uolucri, id eſt, ueloci: & condidit, id eſt, recepit ſe in alto portu. Tunc Aeneas ſatus Anchiſa, id eſt, genitus, cunctis uocatis ex more, quia ſententiam audituri erãt, declarat, id eſt, pronunciat Cloanthum uictorem, et id magna uoce præconis, & aduelat, id eſt, coronat tempora, id eſt, caput illius lauro uiridi, id eſt, corona laurea: et dat aptare, id eſt, ad aptandum ternos iuuencos in naues ſingulas, & dat ferre, id eſt, ad ferendum uina & magnum talentum argenti: & addit præcipuos honores ipſis ductoribus et magiſtris nauium, ſcilicet, Cloantho chlamydem. i. ueſtẽ auratã, quam plurima purpura Melibœa, id eſt, Melibœẽſis a loco cucurrit id eſt, circuiuit Mæandro duplici, id eſt, pictura ad Meandri fluminis ſimilitudinem ex purpura intertexta. In qua chlamyde puer regius, id eſt, Ganymedes erat intextus: quo pacto in Ida ſylua Troiana fatigat ceruos ueloces iaculo & curſu, puer dico acer & ſimilis anhelanti, quia pictura erat ideæ ſimilis, quem puerum ſublimem armiger Iouis, id eſt, aquila præpes rapuit pedibus ab Ida ſylua: & cuſtodes longæui, id eſt, pueri pædagogi nequicquam, id eſt, fruſtra tendunt palmas ad ſydera: & latratus canum ſæuit, id eſt, ſæuire uidetur in auras. At Aeneas do

At, qui deinde locum tenuit virtute secundum,
Leuibus huic hamis consertam, auroq; trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto,
Donat habere viro decus, & tutamen in armis,
Vix illam famuli Phegeus, Sagarisq; ferebant
Multiplicem, connixi humeris: indutus at olim
Demoleus cursu palantes Troas agebat.
Tertia dona facit geminos ex ære lebetes,
Cymbiaq; argento perfecta, atq; aspera signis.
Iamq; adeo donati omnes, opibusq; superbi,
Puniceis ibant euincti tempora tænijs:
Cum sæuo e scopulo multa vix arte reuulsus
Amissis remis, atq; ordine debilis vno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat:
Qualis sæpe via deprensus in aggere serpens,
Aerea quem obliquum rota transijt, aut grauis ictu

Ali. Phlegeus,
Ali. inclusus at olim hac.
Ali. Demoleos.

¶ *Ecphrasis.*

nat huic uiro, qui uirtute, id est, fortitudine tenuit deinde secundum locum, habere, id est, ut habeat loricam trilicem, id est, triplicem consertam hamis, id est, fibulis læuibus, id est, politis, quam ipse Aeneas uictor detraxerat Demoleo apud Simoenta fluuium Troiæ rapidum sub Ilio alto. loricam. appositiue. decus & tutamen in armis. Hæc lorica adeo grauis erat, quod Phegeus et Sagaris Aeneæ famuli uix ferebant illam multiplicem, id est, plicaturas multas habentem: famuli, dico, connixi humeris. At Demoleus olim indutus agebat cursu, id est, currens insequebatur Troas Palantes, id est, fusos. Aeneas facit tertia dona, scilicet, lebetes geminos ex ære, id est, æreos, cymbiaq;. i. uasa potoria perfecta argento, & aspera signis, id est, imaginibus cælata. Et iam donati & superbi opibus ibant euincti tempora tænijs puniceis, id est, purpureis uelaminibus coronati, Cum Sergestus uix reuulsus ex scopulo multa arte, & debilis amißis remis, & uno ordine agebat ratē. i. nauē Centaurū irrisam, quia ab omnib9 deridebat', et sine honore. Et deinde ponit cōparationē dicēs. Qualis serpēs deprēs9 sæpe ī medio aggere uiæ publicæ, quē serpētē obliquū. i. trāsuersū rota ærea trāsijt. i. plaustri rota illū trāsuersū cōtriuit, aut quē serpētē uiator grauis. i. noxius reliqt

Seminecem liquit saxo, lacerumq́ꝫ viator:
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus;
Parte ferox, ardensq́ꝫ oculis, & sibila colla
Arduus attollens: pars vulnere clauda retentat
Nexantem nodis: seq́ꝫ in sua membra plicantem:
Tali remigio nauis se tarda mouebat:
Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.
Sergestum Aeneas promisso munere donat,
Seruatam ob nauem lætus sociosq́ꝫ reductos.
Olli serua datur operum haud ignara Mineruæ
Cressa genus Pholoe, geminiq́ꝫ sub vbere nati.
Hoc pius Aeneas misso certamine, tendit
Gramineum in campum, quem collibus vndiq́ꝫ curuis;
Cingebant syluæ, mediaq́ꝫ in valle theatri
Circus erat, quo se multis cum millibus heros
Consessum medium tulit: extructoq́ꝫ resedit.
ali; cõsessu Hic, qui forte velint rapido contendere cursu,

¶ Ecphrasis.

seminecẽ et lacerũ ictu. Ille, inquã, serpẽs fugiẽs neqcquã.i. frustra dat tor9, õgos
.i. mẽbrorũ cõtorsiones, cũ sit in corporis parte ferox, & ardẽs oculis, & ardu
us colla sibila, id est, habens ardua colla sibilantia: sed pars altera serpentis clau
da uulnere retentat illum nexantem se nodis, & plicantem se in sua membra, id
est, in spiras colligentem. Nauis tarda mouebat se tali remigio, qualis est ser
pentis tractus, tametsi facit uela, & subit hostia, id est, portum uelis plenis.i.
aura inflatis. Tunc Aeneas lætus donat Sergestum munere promisso, ob nauem
illius industria seruatam, & ob socios reductos. Serua Pholoe haud ignara ope
rum Mineruæ, id est, nendi texendiq́;, Cressa genus, id est, genere Cretensis, da
tur olli pro illi, sub cuius Pholoes ubere erant gemini nati. Et hoc certamine na
uali dimisso Aeneas pius tendit in campum gramineum, id est, herbosum, quem
syluæ cingebant undiq; collibus curuis. Itaq; circus erat, id est, circi similitudo,
in media ualle, quo heros, id est, Aeneas tulit se medium cum multis millibus
hominum consessum, id est, ut simul sederet, & extructo consessu resedit: hic, id
est, tunc inuitat animos eorũ precijs, qui forte uelint contendere cursu rapido,

Inuitat prætijs animos,& præmia ponit.
Vndiq; conueniunt Teucri,mistiq; Sicani:
Nisus & Euryalus primi.
Euryalus forma insignis,viridiq; iuuenta, al.iuuenis.
Nisus amore pio pueri,quos deinde secutus
Regius egregia Priami de stirpe Diores:
Hunc Salius,simul & Patron:quorum alter Acarnan, al.Acarna.
Alter ab Arcadio Tegeææ sanguine gentis. Oppidum Arcadiæ Tegeum.
Tum duo Trinacrij iuuenes,Helymus,Panopesq;
Assueti syluis,comites senioris Acestæ.
Multi præterea,quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus in medijs sic deinde locutus:
Accipite hæc animis,lætasq; aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Gnossia bina dabo leuato lucida ferro
Spicula,cælatamq; argento ferre bipennem. Pollicitatio.

¶ *Ecphrasis.*

& proponit præmia. Teucri, id est, Troiani, & Sicani, id est, Siculi misti cōuenere undique, sed primi, id est, præcipui fuerunt Nisus & Euryalus. ex quibus Euryalus erat insignis forma, id est, pulchritudine insigni, & iuuenta uiridi, & Nisus erat insignis pio, id est, casto amore pueri, id est, Euryali. quos deinde secutus est Diores Regius, id est, a Regibus oriundus, id est, de stirpe Priami egregia. & hunc Diorem secuti sunt Salius & Patron. quorum alter, id est, Salius erat Acarnan, id est, ex Acarnania regione Epiri. alter, id est, Patron erat ab Arcadia de sanguine gentis Tegeææ, id est, Arcadicæ a Tegæo oppido Arcadiæ. Tunc duo Iuuenes Trinacrij, scilicet, Helymus, & Panopes ambo comites Acestæ senioris assueti in syluis secuti sunt. Et præterea multi alij conueniunt ad hoc certamen, quos fama obscura recondit, id est, qui propterea non nominantur, quia non sunt celebres. In quibus medijs, id est, in medio quorum Aeneas sic est locutus deinde. Nemo ex hoc numero abibit mihi non donatus, id est, nemo erit qui non aliquod donum á me ferat. Quia unicuique uestrum dabo bina spicula gnoßia, id est, duas sagittas Cretenses, lucida, id est, tersa ferro leuato, id est, leuigato & polito, & præterea dabo ferre, id est, ut ferat bipennem, id est, securim bellicam cælatam argento.

Omnibus hic erit vnus honos:tres præmia primi
Accipient,flauaq; caput nectentur oliua.
Præmia. Primus equum phaleris insignem victor habeto:
Alter Amazoniam pharetram,plenamq; sagittis
Threicijs:lato quam circum amplectitur auro
Balteus,& tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.
Hæc vbi dicta,locum capiunt:signoq; repente
Corripiunt spatia audito,limenq; relinquunt
Effusi,nimbo similes:simul vltima signant.
Primus abit,longeq; ante omnia corpora Nisus
Emicat,& ventis,& fulminis ocyor alis.
Proximus huic,longo sed proximus interuallo
Insequitur Salius,spatio post deinde relicto
Tertius Euryalus.
Euryalumq; Helymus sequitur:quo deinde sub ipso
Ecce volat,calcemq; terit iam calce Diores

¶ *Ecphrasis.*

& hic erit unus,id est,communis honos omnibus. Sed tres primi accipient præmia,& nectentur.i.coronabuntur caput oliua flaua,id est,albicāti. Primus uictor in hoc certamine habeto,id est,habeat equum insignem phaleris,id est,phaleratū. Alter, id est, secundus uictor habeat pharetram Amazoniam, quali Amazones utebantur, plenam sagittis Threicijs, id est, ex Thracia, quam pharetram balteus, id est, cingulum cumplectitur auro lato, & quam fibula ex gemma tereti subnectit, id est, stringit. Tertius uictor abito, id est, abeat contentus hac Galea Argolica, id est, Græca. Vbi hæc dicta sunt ab Aenea, certantes capiunt, id est, eligunt locum, & signo repente audito corripiunt, id est, raptim capiunt campum, & relinquunt limen, unde cursum incœpturi erant, effusi.i.egressi similes nimbo, id est, uento. & simul oculis, subaudi, signant ultima, id est, metam cursus. Nisus abit primus, & emicat ante omnia corpora concertantium, emicat, inquam, ocyor, id est, uelocior uentis & alis fulminis. Salius proximus huic, sed proximus, id est, secundus longo interuallo insequitur hūc, deinde inseqtur post Euryal9 tertius. Et Helymus sequitur Euryalum, sub quo ipso deinde ecce Diores uolat, & terit calcem p̄cedētis calce.i.pede.

Incumbens humeris,ſpatia & ſi plura ſuperſint, *al'.humero*
Tranſeat elapſus prior,ambiguum ve relinquat.
Iamq; fere ſpatio extremo,feſſiq; ſub ipſam
Finem aduentabant,leui cum ſanguine Niſus *Niſus cadit.*
Labitur infelix,cæſis vt forte iuuencis
Fuſus humi,virideſq; ſuper madefecerat herbas,
Hic iuuenis iam victor ouans veſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo,ſed pronus in ipſo
Concidit,immundoq; fimo,ſacroq; cruore. *Salio frept9 honor dolo Niſi.*
Non tamen Euryali,non ille oblitus amorum:
Nam ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens:
Ille autem ſpiſſa iacuit reuolutus arena.
Emicat Euryalus,& munere victor amici
Prima tenet,plauſuq; volat,fremituq; ſecundo.
Poſt Helymus ſubit.& nunc tertia palma Diores.
Hic totum caueæ conſeſſum ingentis,& ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet,

¶ *Ecphraſis.*

Incumbens humero Helymi, & ſi ſpacia plura ſtadij ſuperſint tranſeat illum, & relinquat illum ambiguum, id eſt, confuſum. Et iam ipſi fcſſi aduentabant ſub ipſam finem fere extremo ſpacio; cum Niſus infœlix labitur in ſanguine læui, id eſt, lubrico. cum forte ſanguis ille fuſus humi iuuencis cæſis. madefecerat herbas uirides. hic, id eſt, in hoc lubrico iuuenis iam uictor ouans haud tenuit ueſtigia titubata, id eſt, titubantia preſſo ſolo, ſed pronus concidit in ipſo fimo, id eſt, ſtercore immundo, & in cruore ſacro, id eſt, cæſarum pecudum. tamen ille, ſcilicet, Niſus non eſt oblitus amorum Euryali, id eſt, amicitiæ, qua illum proſequebatur. nam ſurgens per loca illa lubrica, id eſt, ſanguine madefacta, oppoſuit ſe ſe Salio uenienti. Sed ille, id eſt, Salius iacuit reuolutus in harena ſpiſſa, id eſt, ſanguine concreta. Tunc Euryalus emicat, id eſt. proſilit, & uictor munere, id eſt, beneficio amici tenet prima, id eſt, primum locum. & uolat plauſu & fremitu ſecundo, id eſt. fauorabili. Poſt. i. deinde Helymus, qui alias erat quartus ſubit. i. ſuccedit Euryalo. & Diores ſuccedit Helymo, qui erat quintus, ſed nũc tertia palma. Hic. i. tunc Salius implet clamoribus magnis totũ conſeſſum caueæ. i. circi ingentis, & prima ora patrum. i. ſenatorũ.

Ereptumq; dolo reddi sibi poscit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lacrymæq; decoræ,
Gratior & pulchro veniens in corpore virtus
Adiuuat: & magna proclamat voce Diores,
Qui subit palmæ, frustraq; ad præmia venit
Vltima, si primi Salio reddantur honores.
Aeneæ æquitas. Tum pater Aeneas: Vestra, inquit, munera vobis
Certa manent pueri: & palmam mouet ordine nemo.
Me liceat casum miserari insontis amici.
Sic fatus, tergum Getuli immane leonis
Dat Salio villis onerosum, atq; vnguibus aureis.
Hic Nisus: Si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret: quæ munera Niso
al. meruit Digna dabis, primam merui qui laude coronam,
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset:
Et simul his dictis faciem ostentabat: & vdo

¶ *Ecphrasis.*

& poscit honorem ereptum sibi dolo, scilicet, Nisi qui se illi currenti opposuerat, ut caderet. Sed fauor, quia omnes Troiani maxime fauebant Euryalo, & lacrymæ decoræ, quia puer adhuc erat, & uirtus, id est, fortitudo, ueniens gratior in pulchro corpore, omnia, inquam, hæc tutantur, id est, adiuuant Euryalum: & Diores proclamat magna uoce, qui Diores subijt, id est, successit pugnæ, & frustra uenit ad ultima præmia, id est, tertia, quæ sibi non darentur, si primi honores redderentur Salio, & secundi Euryalo, & tertij Helimo. Tum pater Aeneas, inquit, o pueri uestra munera manent uobis, & nemo mouet palmam ordine, qui est a me in principio certaminis propositus. Sed liceat me miserari casum amici insontis, id est, Salij qui non sua culpa, sed neq; fortunæ cecidit. Et Aeneas locutus sic dat Salio tergum immane leonis, id est, pellem, Getuli, id est, Libyci, quia Getulia portio est Aphricæ, tergum inquam, onerosum uilis & unguibus aureis, id est, inauratis. Hic, id est, tunc Nisus inquit, si tanta præmia sunt, id est, dantur uictis, & o Aenea miseret te lapsorum, id est, cadentiũ, quæ munera dabis satis digna Niso, id est, mihi qui merui primam coronam laude, id est, uictoria, ni pro nisi eadem fortuna inimica tulisset me, quæ tulit Salium .i. cadere fecit. Et simul his dictis ostentabat Aeneæ faciem.

Turpia membra fimo. risit pater optimus olli,
Et clypeum efferri iussit Didymaonis artes, *alias. Didymaonis.*
Neptuni sacro Danais de poste refixum,
Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat,
Post, vbi confecti cursus, & dona peregit: *Certamen Cæstus.*
Nunc si cui virtus, animusq; in pectore præsens,
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis,
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem,
Victori velatum auro, vittisq; iuuencum:
Ensem, atq; insignem galeam, solatia victo.
Nec mora, continuo vastis cum viribus effert
Ora Dares, magnoq; virum se munere tollit:
Solus qui Paridem solitus contendere contra:
Idemq; ad tumulum, quo maximus occubat Hector, *Daretis stolida ferocia notatur.*
Victorem Buten immani corpore qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulua moribundum extendit arena,

¶ *Ecphrasis.*

& mēbra turpia fimo udo. i. stercore humido, ut Aeneā ad sui cōmiserationē pelliceret. Olli .p tūc Aeneas pater optim⁹ risit, & iussit efferri clypeū refixū. i. euulsum Danais de poste sacro. i. de tēplo Neptuni. clypeū, dico, appo. artes Didymaonis cælatoris egregii, & donat iuuenē. i. Nisū hoc munere p̄stāti. i. clypeo. Post ubi cursus pedestres cōfecti. i. perfecti sūt, & Aeneas peregit. i. p̄soluit dona, Aeneas ait sic. Si uirt⁹. i. fortitudo et animus p̄sens. i. p̄stans cui. i. alicui ī pectore est, adsit, & attollat brachia palmis euinctis. i. cæstibus innexis. Et tūc proponit geminū honorē pugnæ i. duplicia dona. Nā uictori .p ponit iuuencū uelatū auro & uittis aureis, siue auratis uittis, & uicto .p ponit ensem & galeā, quo se solaretur. Nec mora fuit, posteaq̄ Aeneas hæc dixit, & cōtinuo. i. statim Dares uir Troianus effert ora. i. ostēdit seipsum cū uirib⁹, & tollit se cū magno murmure utrorū admirātiū illi⁹ habitū. Qui Dares solus solitus est cōtēdere in pugna cæstuū cōtra Paridem, qui uir fuit fortis ante raptū Helenæ. Idē etiā perculit. i. interfecit Buten uictorem aliorū ad tumulū, quo maximus Hector occubat. i. sepultus est. qui Butes corpore immani. i. maximo ferebat se ueniēs de gente Bebrycia, idest, Bithina Amycicius, qui a Polluce superatus est, & extendit illum moribundum in arena fulua.

Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,
Oſtenditq; humeros latos, alternaq; iactat,
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quiſquam ex agmine tanto
audet adire virum, manibuſq; inducere cæſtus.
al. palma — Ergo alacris, cunctoſq; putans excedere pugna
Aeneæ ſtetit ante pedes, nec plura moratus,
Tum læua taurum cornu tenet, atq; ita fatur:
Iuuenilis ardor. — Nate Dea, ſi nemo audet ſe credere pugnæ,
Quæ finis ſtandi? quo me decet vſq; teneri?
Ducere dona iube, cuncti ſimul ore fremebant
Dardanidæ: reddiq; viro promiſſa iubebāt.
Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes,
Proximus vt viridante toro conſederat herbæ:
Entelle heroum quondam fortiſſime fruſtra,
Tanta ne tam patiens nullo certamine tolli

¶ *Ecphraſis.*

Itaq; Dares talis exiſtēs, qualem deſcripſimus, tollit caput altum in prima prælia id eſt, certamina. oſtēditq; humeros latos: & protendens, id eſt, extendens iactat brachia alterna, id eſt, alternatim, & uerberat auras ictibus, præludens pugnæ. Alius quæritur huic, ſcilicet, contra, nec ex tanto agmine quiſquam audet adire, id eſt, inuadere uirum, id eſt, Dareta, & neque quiſquam audet inducere cæſtus manibus. Ergo Dares putans ſe excedere cunctos palma, id eſt, uictoria ſtetit ante pedes Aeneæ, nec plura amplius moratus, tunc tenet læua taurum ex cornu, & fatur ita. O Aenea nate Dea Venere, ſi nemo audet credere, id eſt, committere ſe pugnæ, quæ finis ſtandi, ſcilicet, mihi futura eſt, & quouſq; decet me teneri, id eſt, morari. Ideo iube me ducere dona promiſſa uictori. Et cuncti Dardanidæ. i. Troiani fremebant, id eſt, murmurabant ſimul, & iubebant, id eſt, uolebant promiſſa munera reddi uiro. Hic. i. tunc Entellum ciuem quendam Siculum Aceſtes grauis, id eſt, grauiter caſtigat dictis, ut, id eſt, quia ipſe Entellus conſederat proximus Aceſtæ in toro, id eſt, lecto herbæ uiridante, id eſt, uiridi, cui Aceſtes inquit ſic. O Entelle quondam fortiſſime heroum fruſtra, quod ad præſens attinet, ne, id eſt, nunquid tu tam patiens ſines, id eſt, permittes tanta dona tolli ſine ullo certamine.

Dona sines? vbi nunc Deus ille magister
Nequicquam memoratus Eryx? vbi fama per omnem
Trinacriam: & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc: Non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu, sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore vires.
Si mihi, quæ quondam fuerat, quaq; improbus iste
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta,
Haud equidem pretio inductus, pulchroq; iuuenco
Venissem: nec dona moror. sic deinde locutus
In medium geminos immani pondere cæstus
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum, duroq; intendere brachia tergo.
Obstupuere animi tantorum: ingentia septem
Terga boum plumbo insuto, ferroq; rigebant.
Ante omnes stupet ipse Dares, longeq; recusat.

Obserua Entelli modestiam, & generosum animum.

¶ *Ecphrasis.*

Vbi est nobis nunc ille Eryx, qui fuit filius Veneris, Deus & magister nequicquam .i. frustra memoratus? ubi fama tua sparsa per omnem Trinacriam, id est, Siciliam? & ubi sunt illa spolia, quæ uictor reportasti, pendentia tuis tectis, id est, domi? Ille, scilicet, Entellus respondit sub hæc, id est, subiungens hæc. Neque amor laudis, id est, honoris, neque gloria, id est, gloriæ cupiditas cessit pulsa metu, sed enim quia sanguis gelidus hebet mihi, id est, friget senecta tardante, & uires effœtæ, id est, exhaustæ frigent mihi in corpore. sed si illa iuuenta foret mihi nunc, quæ fuerat quondam, & qua iste Dares improbus, id est, lasciuus fidens, id est, fidenter exultat, ego quidem uenissem ad hoc certamen haud inductus precio & iuuenco pulchro, quia ego non moror, id est, admiror dona, sed uenissem sola gloriæ cupiditate. Et deinde locutus sic proiecit in medium geminos cæstus pondere immani, id est, ponderis immanis, quibus Eryx acer, id est, fortis erat suetus ferre manum in prælia, & quibus erat assuetus intendere brachia duro tergo. i. innectere cæstibus ex corio factis. Tũc animi tãtorũ uirorũ obstupuere. i. admirati sunt, quia terga ingentia septẽ boum rigebant. i. erant rigida plũbo & ferro insuto ipsis cæstibus. Et ipse Dares, q certaturꝰ erat, stupet, & recusat. s. se uelle certare cõtra tales cæstus.

Magnanimusq́ Anchisiades & pondus, & ipsa
Huc, illuc vinclorum immensa volumina versat.
Tum senior tales referebat pectore voces:
Quid si quis cæstus, ipsius & Herculis arma
Vidisset, tristemq́ hoc ipso in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat:
Sanguine cernis adhuc, sparsoq́ infecta cerebro.
His magnum Alciden contra stetit: his ego suetus,
Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed si nostra Dares hæc Troius arma recusat:
Idq́ pio sedet Aeneæ, probat autor Acestes,
Aequemus pugnas: Erycis tibi terga remitto:
Solue metus, & tu Troianos exue cæstus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosq́
Eruit, atq́ ingens media consistit arena.

¶*Ecphrasis.*

Anchisiades .i. Aeneas magnanimus uersat huc & illuc .i. in omnes partes pondus, & uolumina immẽsa uinclorũ .s. cæstuũ. Tũc senior Entellus, cũ illos uidisset admirãtes, referebat pectore .i. memoria tales uoces. Quid faceretis, si quis ueſtrũ uidisset cæstus & arma ipsius Herculis, & pugnã tristẽ cũ Eryce in hoc ipso littore, in quo nũc sumus. Eryx germanus tuus o Aenea, nã uterq; Veneris filius fuit, gerebat quondã hæc arma .i. cæstus, q̃ adhuc cernis infecta sanguine, & cerebro sparso ipsius Erycis ab Hercule interfecti. His cæstibus Eryx stetit contra Alciden .i. contra Herculẽ magnũ, & ego suetus sum his cæstibus .s. pugnare, dũ sanguis melior, quã nunc est, dabat mihi uires, & necdũ senectus æmula .i. inuida canebat geminis temporibus .i. canos in temporibus habebat. Sed si Dares Troius .i. Troianus recusat nostra arma, & id, quod nũc dicã, sedet .i. placet Aeneæ pio, & Acestes autor probat, æquemus pugnas .i. arma quibus sumus pugnaturi. Ideo solue metus .i. ne timueris, quia ego remitto tibi .i. causa tua cæstus Erycis, & tu exue cæstus Troianos .i. depone. Et posteaq̃ sic fatus est, reiecit ex humeris amictũ duplicem .i. abollã, q̃ panno constat, & sic exuit magnos artus membrorũ, & magna ossa, & lacertos etiam magnos, & sic Entellus ingens cõsistit in media arena.

Tum ſatus Anchiſa cæſtus pater extulit æquos:
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterq;:
Brachiaq; ad ſuperas interritus extulit auras,
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu:
Immiſcentq; manus manibus:pugnamq; laceſſunt. al.pugnas.
Ille pedum melior motu,fretuſq; iuuenta:
Hic membris,& mole valens:ſed tarda trementi
Genua labant,vaſtos quatit æger anhelitus artus.
Multa viri nequicquam inter ſe vulnera iactant,
Multa cauo lateri ingeminant,& pectore vaſtos
Dant ſonitus,erratq; aures,& tempora circum
Crebra manus,duro crepitant ſub vulnere malæ.
Stat grauis Entellus,niſuq; immotus eodem,
Corpore tela modo,atq; oculis vigilantibus exit.
Ille velut celſam oppugnat qui molibus vrbem,
Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis,

¶ Ecphraſis.

Tũc Aeneas ſatus.i.geniꝰ Anchiſa pater.i.uenerabilis extulit cæſiꝰ æquos.i.æquales, & innexuit palmas amborũ armis paribꝰ.Extẽplo.i.ſtatim uterq; arrectus .i.attẽtus uel erectus cõſtitit in digitos,& uterq; interritus extulit.i.erexit brachia cæſtibꝰ armata ad auras ſuperas,& tũc obduxere retro capita lõge ab ictu, & immiſcẽt manus manibus,& laceſſũt pugnã.Ille.ſ.Dares erat melior motu pedũ.i.uelocitate,& fretus.i.quia fretus iuuẽta:ſed hic.i.Entellus erat ualẽs mẽbris & mole,ſed genua tarda labãt illi tremẽti.i.titubãt,quia in ſenibꝰ partes illæ primum uacillãt. et anhelitus æger.i.difficilis quatit artus Entelli uaſtos. Itaq; uiri illi iactãt inter ſe multa vulnera.i.ictus,ſed nequaq̃,& ingeminãt multa vulnera lateri cauo.i.partibus,q̃ ſunt inter caput & humeros, & præ nimio labore dãt uaſtos ſonitus ex pectore.& manus crebra.i.ictus creber errat circũ aures & circum tẽpora.& malæ.i mãdibulæ crepitãt ſub vulnere duro.i.graui.Entellus grauis & pondere ætatis & mole corporis ſtat.ſ. erectus,& immotus eodem nixu, & modo exit,id eſt,uitat tela, id eſt, ictus cæſtuum,corpore:modo oculis uigilantibus.Ille,ſcilicet Dares erat uelut miles,qui oppugnat urbẽ celſam molibus .i.telis, aut qui ſub armis ſedet circum caſtella montana.i.obſidet arcem aliquam.

Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat
Arte locum, & varijs assultibus irritus vrget,
Ostendit dextram insurgens Entellus, & alte
Extulit: ille ictum venientem a vertice velox
Præuidit, celeriq; elapsus corpore cessit:
Entellus vires in ventum effudit, & vltro
Ipse grauis, grauiterq; ad terram pondere vasto
Concidit: vt quondam caua concidit aut Erymantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Consurgunt studijs Teucri, & Trinacria pubes,
It clamor cælo, primusq; accurrit Acestes,
Generosa ira. Aequæuumq; ab humo miserans attollit amicum.
At non tardatus casu, neq; territus heros,
&, alij ac Acrior ad pugnam redit: & vim suscitat ira.
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus,
Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto,
Nunc dextra ingeminans ictus: nunc ille sinistra,

¶ *Ecphrasis.*

& ille, inquam, pererrat arte, nunc hos, & nunc illos aditus. id est, accessus, & omnem locũ, & sic irritus, id est, elusus urget hostem obsessum varijs assultibus. i. insultationibus. Entellus *insurgens ostẽdit. i leuauit dextram, quam extulit, id est, erexit alte, ille autem. s.* Dares *uelox præuidit ictum uenientem a uertice* Entelli, *& elapsus corpore celeri cessit ab ictu.* Entellus *effudit uires in uẽtũ. i. in cassum, & ipse grauis ætate & mole concidit ultro. i. suopte pondere & nutu, & grauiter ad terrã, & ponit comparationẽ: ut pinus caua. i. senio inanis eruta. i. eulsa a radicibus concidit aut in* Erymantho *. s.* Arcadiæ *monte, aut in* Ida *magna sylua* Troiana. Tunc Teucri *& iuuentus* Trinacria, *id est,* Sicula *consurgunt studijs id est, fauoribus, in suum quisq;.* Clamor *it cælo, id est, in cælum, &* Acestes *primus accurrit, & miserans attollit ab humo amicum æquæuum, id est, ætate parẽ.* At. *i. sed heros. s.* Entellus *non tardatus, neque territus casu, redit acrior, id est, fortior ad pugnam, & suscitat uim ira.* Tum. *i. præterea pudor & uirtus conscia, id est, ipse propriæ uirtutis conscius incendit uires illius. & ingeminans. i. multiplicans ille ictus nunc. i. aliquãdo dextra, & nunc. i. aliquãdo sinistra ardens, id est, ardenter, agit, id est, insequitur* Darem *toto æquore. i. toto campo.*

Nec mora,nec requies:quam multa grandine nimbi
Culminibus crepitant sic densis ictibus heros
Creber vtraq; manu pulsat,versatq; Dareta.
Tum pater Aeneas producere longius iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis:
Sed finem imposuit pugnæ,fessumq; Dareta
Eripuit,mulcens dictis,ac talia fatur:
Infelix,quæ tanta animum dementia cepit?
Non vires alias,conuersaq; numina sentis?
Cede Deo:dixitq;,& prælia voce diremit.
Ast illum fidi æquales genua ægra trahentem,
Iactantemq; vtroq; caput,crassumq; cruorem
Ore reiectantem,mistosq; in sanguine dentes,
Ducunt ad naues,galeamq;,ensemq; vocati
Accipiunt:palmam Entello, taurumq; relinquunt.
Hic victor superans animis,tauroq; superbus:
Nate Dea,vosq; hæc,inquit,cognoscite Teucri,

Temeritatis pœnas nota.
al. pcedere
Cum Deo nõ pugnandum.
ali. Quassantemq;.
al. eiectãtẽ

¶ *Ecphrasis*

Nec mora,nec requies,scilicet, erat illis. Sic *heros* Entellus *creber,id est, frequẽs pulsat ictibus densis,& uersat utraq; manu Dareta,& ponit comparationem dicens: quam multa grandine nimbi crepitant culminibus domorum.* Tunc *pater Aeneas haud passus est iras procedere longius, &* Entellum *sæuire animis acerbis.i. animi acerbitate.sed imposuit finem pugnæ tanquam* Agonitheta,*& eripuit ex pugna Dareta fessum, mulcens, id est,consolans illum dictis,ac fatur talia,id est,quæ sequũtur.* O *infelix,quæ tanta dæmẽtia te cepit?* Nonne *sentis in* Darete *alias uires? & numina conuersa, id est, mutata?* Igitur *cede* Deo, *quem uides pro* Entello *pugnare.* Dixitq; Aeneas, *& diremit prælia uoce, id est, his uerbis.* At.i.*sed æquales, id est, amici* Daretis *fidi ducunt ad naues illum trahentem genua ægra.i. præ nimio labore titubantia,& iactantem caput utroque, id est,in utrumque latus, & reiectantem ore cruorem crassum, & dentes mistos in sanguine. & socij inquam, & æquales* Daretis *uocati ab* Aenea *accipiunt galeam & ensem, & relinquunt* Entello *palmam & uitulum.* Hic,*id est, tunc* Entellus *uictor superans animis, id est, animositate, & superbus* Tauro *inquit* Aeneæ. O *nate* Dea, *& uos o* Teucri *cognoscite hæc,quæ sum dicturus,*

Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires,
Et qua seruetis reuocatum a morte Dareta,
Dixit:& aduersi contra stetit ora iuuenci,
Qui donum astabat pugnæ,durosq; reducta
Librauit dextra media inter cornua cæstus
al'. illisit ossa — Arduus:effractoq; illisit in ossa cerebro.
Sternitur,exanimisq; tremens procumbit humi bos.
Alludit ad acrificia Italiæ. — Ille super tales effudit pectore voces:
Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis
Persoluo:hic victor cæstus,artemq; repono.
Protinus Aeneas celeri certare sagitta
Certamen sagittariorum. — Inuitat,qui forte velint,& præmia ponit:
Ingentiq; manu malum de naue Seresti
Erigit,& volucrem traiecto in fune columbam,
Quo tendant ferrum,malo suspendit ab alto,
Conuenere viri,deiectamq; ærea sortem
Accepit galea;& primus clamore secundo

¶ *Ecphrasis.*

& cognoscite quæ uires olim fuerint mihi in corpore iuuenili,et cognoscite qua ratione seruetis Dareta reuocatũ a morte. Dixit,& stetit cõtra ora iuuẽci aduersi .i.cõtrapositi,qui astabat donũ pugnæ.i.præmiũ uictoriæ,& dextra reducta.i.retro ducta librauit.i.leuauit cæstus duros inter media cornua iuuẽci,& illisit eosdem cæstus in ossa cerebro effracto. Tũc bos sternitur,& exanimis et tremẽs procũbit humi.i.cadit in terrã. Et ille Entellus super.i.insuper ex pectore suo effudit tales.i.insequẽtes uoces. O Eryx,qui fuisti mihi magister,& nũc Deus es,ego persoluo tibi hác animã meliorẽ(ad hoc tãtũ ut sacrificetur meliorẽ),p morte Daretis. Et ego uictor repono hic in futurum cæstus,& artem,id est, artem cæstuum. Aeneas protinus inuitat omnes astantes, si qui ex illis forte uelint certare sagitta celeri.& proponit præmia uictori. & ingenti manu, id est, hominum multitudine erigit malum arborem de naue Seresti comitis sui (alter est hic a Sergesto) & ab alto malo suspendit in fune traiecto columbam uolucrem, quo, id est, in quàm columbam certantes tendant,id est, dirigant ferrum, id est, sagittæ spiculum,qui esse ex ferro solet. Itaq; uiri,qui erant certaturi, conuenerunt. Et galea ærea, id est, ex ferro accepit sortem deiectam,id est,nomina certantium.

Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis.
Quem modo nauali Mnestheus certamine victor
Consequitur, viridi Mnestheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus o clarissime frater
Pandare, qui quondam iussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achiuos.
Extremus, galeaq; ima subsedit Acestes,
Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.
Tum validis flexos incuruant viribus arcus
Pro se quisq; viri, & depromunt tela pharetris. *alij. intendunt.*
Primaq; per cœlum neruo stridente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras.
Et venit, aduersiq; infingitur arbore mali:
Intremuit malus, timuitq; exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu;
Post acer Mnestheus adducto constitit arcu
Alta petens, pariterq; oculos, telumq; tetendit.

¶Ecphrasis.

& locus primus ante omnes alios Hippocoontis uiri Troiani exit ex galea clamore secundo.i.fauorabili.Quem Mnestheus consequitur.i.secundo loco exit ex galea, Mnestheus, dico, uictor in certamine nauali modo, id est. paulo ante. Mnestheus, dico, euinctus.i. coronatus oliua uiridi. Tertius cõsequitur Eurytion o clarissime pandare tuus frater, q iussus quõdã.s.a Minerua cõfundere fœdus inter Troianos & Græcos primus torsisti telũ in medios Achiuos. Acestes extremus .i.sors extrema Acestæ subsedit, id est, fuit in fundo imæ urnæ. Acestes, inquã, & ipse ausus tentare manu, id est, manuum robore laborem iuuenum. Tunc incuruant omnes quatuor sagitta certantes.i.flectunt arcus flexos uiribus ualidis, quisq; pro se.i..pro uirili parte, & depromunt tela pharetris. Et prima sagitta Hippocoõtis iuuenis Hyrtacidæ.i.filij Hyrtaci, ut supra dictũ est, diuerberat auras uolucres.i.uerberãdo findit, neruo.i.ipsi9 arcus chorda stridẽte.i.sonãte p cælũ .i.per aërẽ. Et uenit, & infigitur arbore mali. Malus.i.signũ ex arbore intremuit, et ales exterrita pẽnis timuit, et oĩa loca uicina sonuerũt ingẽti plausu ex cõcussu pẽnarũ. Post.i.secũdo loco Mnestheus acer.i.fortis cõstitit arcu adducto.i.flexo petẽs alta.i.colũbã in alto positã, & tetẽdit.i. direxit pariter oculos & telum.

Ast ipſam miſerandus auem contingere ferro
Non valuit: nodos & vincula linea rupit,
Queis innexa pedem malo pendebat ab alto.
ali. alta. Illa Notos, atq; atra volans in nubila fugit.
Tum rapidus iamdudum arcu contenta parato
Tela tenens fratrem Eurytion in vota vocauit:
Iam vacuo lætam cœlo ſpeculatus, & alis
Plaudentem, nigra figit ſub nube columbam.
Decidit exanimis, vitamq; reliquit in aſtris
Aërijs, fixamq; refert delapſa ſagittam.
Amiſſa ſolus palma ſuperabat Aceſtes:
Qui tamen ætherias telum contorſit in auras,
Oſtentans artem pariterq;, arcumq; ſonantem.
Hic oculis ſubito obijcitur, magnoq; futurum
Augurio monſtrum, docuit poſt exitus ingens;
Prodigiorum omē. Seraq; terrifici cecinerunt omina vates.
Nanq; volans liquidis in nubibus arſit arundo,

¶ Ecphraſis.

Aſt ille miſerandus, id eſt, infelix non ualuit cōtingere ferro, id eſt, ſagitta ipſam auem, ſed tantum rupit nodos & uincula linea, id eſt, ex lino. quibus erat ligata. ideo dicit, quis pro quibus innexa pedem, id eſt, habens pedem innexum pēdebat ab alto malo. Itaq; illa uolans in Notos. i. uentos atq; nubila atra fugit. Tū Eurytion, qui erat tertius, rapidus. i. uelox tenens tela contenta. i intenta arcu parato iādudū uocauit Pandarū fratrē in uota, tanquā Deum inuocās illum. Et ille Eurytion ſpeculatus in uacuo cælo columbam lætam plaudentem alis figit illam ſub nube nigra. Et columba exanimis. i. mortua decidit, & reliquit uitam in aſtris aerijs, & delapſa refert ſagittam fixam, ſcilicet, in pectore ſuo. Solus Aceſtes ſuperabat, id eſt, ſupererat, quia erat ultimus, amiſſa palma. Qui oſtentans artem ſagittandi, & arcus ſonantes, contorſit telum, id eſt, ſagittam in auras aërias, id eſt, altas. Hic pro tunc, monſtrum, id eſt, miraculum ſubitum & futurum magno augurio obijcitur oculis, quia id pleriq; uiderunt, exitus ingens docuit id poſtea, quia id re ſunt experti, & uates, id eſt, diuinatores terrifici, id eſt, terribilia nunciantes cecinerunt omina ſera, id eſt, horrenda. Nam arundo, id eſt, ſagitta arundinea uolans arcu expulſa arſit in nubibus. i. in aere ſublimi,

Signauitq; viam flammis,tenueisq; recessit
Consumpta in ventos,cœlo ceu sæpe refixa
Transcurrunt, crinemq; volantia sydera ducunt.
Attonitis hæsere animis,superosq; precati
Trinacrij,Teucriq; viri,nec maximus omen
Abnuit Aeneas,sed lætus amplexus Acesten
Muneribus cumulat magnis,ac talia fatur:
Summe pater (nam te voluit Rex magnus Olympi
Talibus auspicijs exortem ducere honorem)
Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis
Cratera impressum signis:quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monimentum,& pignus amoris.
Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro:
Et primum ante omnes victorem appellat Acesten,
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori;
Quamuis solus auem cœlo deiecit ab alto,

al.Sume ut dictum sit absolute.
al.honores

¶ *Ecphrasis*

& signauit uiam flammis in morem stellarum,quas uidemus per noctem discurrentes,& recessit sagitta illa consumpta in uentos:ceu .i.tanquam sydera uolantia refixa,id est,auulsa ex cælo(& loquitur ex vulgi opinione)transcurrunt sæpe,& ducunt crinem. Tunc hæsere,id est,dubitauerunt animis attonitis, & uiri Trinacrij i.Siculi,& Teucri,idest,Troiani precati sunt superos.Nec Aeneas maximus abnuit,id est, recusauit omen,id est,augurium illud.sed amplexus Acesten lætum cumulat magnis muneribus, ac talia fatur.Summe pater,id est,o Aceste accipe, subaudi hæc munera.Nam magnus Rex Olympi, id est,Iuppiter uoluit te ducere honorem exortem,id est,extra sortem talibus auspicijs.Ideo habebis hoc munus Anchisæ longæui,munus dico, scilicet cratera.i.poculum impressum,id est,cælatum signis,id est,imaginibus,quem Cratera Cisseus Thracius(pater fuit Ecubæ Rex Thraciæ)dederat in magno munere Anchisæ genitori ferre .i.ad ferendum,uel ut ferret pignus & monumentum,id est, signum & memoriã sui amoris.Sic fatus Aeneas cingit tempora Acestæ lauro uiridanti,& appellat Acestem primum uictorem ante omnes. Et Eurytion bonus non inuidit honori prælato.i.Acestæ in honore prælato,quãuis ille solus deiecit auem ab alto cælo,

Proximus ingreditur donis, qui uincula rupit:
Extremus, uolucri qui fixit arundine malum.
At pater Aeneas nondum certamine misso,
Custodem ad sese, comitemque impubis Iuli
Epitidem uocat, & fidam sic fatur ad aurem,
Vade age, & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusque instruxit equorum,
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis:
Dic, ait: ipse omnem longo decedere circo
Infusum populum, & campos iubet esse patenteis.
Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
Frænatis lucent in equis: quos omnis eunteis
Trinacriæ mirata fremit, Troiæque iuuentus.
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona:
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro,
Pars leues humero pharetras: & pectore summo

al. Eurytidem, alij Ephitiden, alij Isphitiden.

Equestre certamen puerorũ.

¶ *Ecphrasis.*

Proximus, id est, sequens ingreditur donis, id est, dona tulit qui rupit uincula, id est, Mnestheus. Extremus qui fixit malum uolucri arundine. At pater Aeneas uocat ad sese Ephitidem custodem & comitem impubis, id est, imberbis adhuc Iuli, & fatur sic ad aurem fidam, & hoc nondum finito certamine sagittandi. Et ait, eia age, uade, & dic Ascanio si habet agmen paratum, id est, pueros quos habet secum, & instruxit cursus equorum, id est, equos ad cursum, dic, inquam, ut ducat turmas auo, id est, ad tumulum aui sui Anchisæ. Et ipse Aeneas iubet omnem populum infusum descedere longo circo, & iubet campos esse patentes. Pueri incedunt, pariteque lucent in equis frenatis ante ora parentum. quos omnes pueros euntes sic iuuentus Trinacriæ, id est, Siciliæ & Troiæ mirata de illorum indole, & spe futuræ probitatis fremit, id est, murmurat. Coma erat illis omnibus pueris pressa corona tonsa, id est, galea perpolita, ac si dicat, quod omnes habebant capita galeis armata. Et ferunt pueri illi omnes bina hastilia, id est, quilibet duas hastas (nam bini, binæ, bina, nomen est distributiuum) cornea, id est, ex materia corni arboris præfixo ferro, id est, habentia ferrum præfixum. Pars puerorum fert pharetras humero, & circulus flexibilis, id est, balteus siue torquis auri obtorti it per collum summo pectore, id est,

Flexibilis

Flexilis obtorti per collum it circulus auri.
Tres equitum numero turmæ,ternicp vagantur
Ductores: pueri bis seni quencp secuti.
Agmine partito fulgent, paribuscp magistris.
Vna acies iuuenum,ducit quam paruus ouantem
Nomen aui referens Priamus,tua clara Polite
Progenies,auctura Italos:quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis,vestigia primi
Alba pedis,frontemcp ostentans arduus albam.
Alter Atys,genus vnde Atyi duxere Latini: *Hæc dicit ꝓpter Aciā, matrē Augusti.*
Paruus Atys,puerocp puer dilectus Iulo.
Extremus formacp ante omnes pulcher Iulus
Sidonio est inuectus equo:quem candida Dido
Esse sui dederat monimentum,& pignus amoris.
Cętera Trinacrijs pubes senioris Acestæ *al'. Trinacriæ.*
Fertur equis.
Excipiunt plausu pauidos,gaudentcp tuentes
Dardanidæ,ueterumcp agnoscunt ora parentum.

¶ *Ecphrasis.*

omnes pueri gestabant in collo torques aureos. Tres turmæ equitum, quia turma semper equitum est, & terni ductores, id est, duces uagantur. & bisseni pueri, id est, duodecim secuti quemq;, scilicet, ductorem fulgent in armis agmine partito, & magistris, id est, ductoribus paribus. Vna acies erat iuuenum, id est, puerorum, quam ducit Priamus paruus referens nomen aui, id est, Priamū Troiæ Regem, o Polite, qui fuisti Priami filius, tua clara progenies, id est, filius auctura Italos, quia & hic miscebitur sanguini Italo. quem equus Thracius bicolor maculis albis portat, uestigia alba primi pedis erant, arduus equus ille ostentans frontem albam. Alter, id est, secundus Dux erat Atys, vnde, id est, a quo Atyi Latini duxere nomen, Atys, dico, paruus, & puer dilectus Iulo paruo. Iulus extremus. i. tertius pulcher forma ante omnes alios inuectus est equo Sidonio. quē Dido candida dederat esse, id est, ut esset monumentū & pignus amoris. Cætera pubes. i. iuuenū multitudo fertur equis Acestæ senioris, quia in nauibus non poterant uehere equos. Dardanidæ. i. Troiani tuentes. i. intuentes pueros excipiunt illos pauidos, & gaudent plausu, & agnoscunt ora, id est, imagines parentum ueterum.

Postquam omnem læti consessum, oculosq; suorum
Lustrauere in equis, signum clamore paratis
alius Ephitides. Epitides longe dedit, insonuitq; flagello.
Olli discurrere pares, atq; agmina terni
Diductis soluere choris, rursusq; vocati
Conuertere vias, infestaq; tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosq; recursus
Aduersis spatijs, alternosq; orbibus orbes
Impediunt, pugnæq; cient simulacra sub armis:
Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula vertunt
Infensi: facta pariter nunc pace feruntur.
Comparatio. Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;
Mille vijs habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error:
Haud aliter Teucrum nati vestigia cursu

¶ *Ecphrasis.*

Et postquam pueri læti lustrauere in equis omnem cõsessum .i. locũ, in quo omnes sedebant, Epitides, qui erat Ascanij pedagogus, dedit a longe signũ clamore illis pueris iã paratis, & insonuit .i. sonitũ fecit flagello. Olli pro illi pueri pares ætate discurrerunt, atq; illi terni soluerunt agmina .i. tres illas turmas choris diductis .i. diuisis. Et rursus uocati ab Epitide conuertere uias, et tulere tela infesta .i. quasi inimica. Inde pueri ineunt alios cursus, & alios recursus spacijs aduersis, id est, in diuersis partibus, & impediunt, id est, inuoluunt orbes alternos orbibus, id est, alternatim eunt in circuitum. & cient, id est, exercent simulachra, id est, similitudinem pugnæ sub armis. & nunc .i. aliquando nudant terga fuga .i. dum fugiunt. & nunc, id est, aliquando ipsi infensi, quasi inimici, uertunt spicula, id est, hastas. & nunc, id est, aliquando feruntur pariter facta pace, qualis est nostra tempestate, la Escaramuça Maurorum. Vt .i. quemadmodum Labyrinthus fertur habuisse quondam in alta Creta iter textum, id est, implicatum parietibus cæcis, id est, confusis, & fertur etiam habuisse dolum ancipitem mille vijs, id est, dubium propter multas vias, qua, id est, per quas error indeprehensus .i. qui deprehendi non poterat, & irremeabilis .i. sine remeatu & redditu falleret signa sequendi .i. intrãdi & egrediendi. Haud aliter .i. similiter nati Teucrũ p Teucrorũ

Impediunt,texuntq; fugas,& prælia ludo
Delphinum similes: qui per maria humida nando
Carpathium,Libycumq; secant,luduntq; per vndas. *Carpathiũ mare inter Aegyptũ & Rhodũ ab insula Carpatho Hic posita.*
Hunc morem,hos cursus,atq; hæc certamina primus
Ascanius,longam muris cum cingeret Albam,
Retulit,& priscos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipse modo,secum quo Troia pubes,
Albani docuere suos:hinc maxima porro
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem:
Troiaq; nunc:pueri,Troianum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
Hic primum fortuna fidem mutata nouauit,
Dum varijs tumulo referunt solennia ludis,
Irim de cælo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem,ventosq; aspirat eunti
Multa monens,necdum antiquum exaturata dolorem.
Illa viam celerans per mille coloribus arcum,

¶ *Ecphrasis.*

impediũt vestigia cursu.& texũt,id est, inuoluũt fugas,id est, cursus & prælia ludo,id est, præliorum similitudinem in ludo.similes Delphinũ (altera est cõparatio) qui nando per humida maria secant, id est, finndunt natando mare Carpathium,id est, Aegyptium,& Libycum, id est, Aphricum , & ludunt per vndas. Ascanius cum cingeret muris Albam longam primus retulit hunc morem cursus,atq; hæc certamina. Et docuit primus Latinos priscos celebrare ludos. quomodo ipse puer celebrauit,& pubes Troia,id est,Troiana celebrauit secum, Albani docuere suos hunc ludum.Hinc, id est, ab Albanis Roma maxima accepit porro,id est, deinde , & seruauit honorem patrium , id est, a maioribus acceptum. & nunc pueri,hoc est agmen Troianum, id est, a Troianis institutum dicitur Troia,sic enim ludus ille dicitur.Certamina,id est,ludi celebrata sunt hactenus patri sancto.Hic.i.tunc fortuna primũ mutata nouauit fidem,quia est mutata.Dum Troiani referunt solennia uarijs ludis tumulo Anchisæ,Iuno Saturnia misit Irim de cælo ad Iliacam classem,& aspirat uentos eunti,monens illam multa, quemadmodum classem incederet,Iuno, inquam, nondũ exsaturata dolorem antiquum. Illa uirgo Iris celerans per arcum mille coloribus, id est,mille colorũ

Nulli visa cito decurrit tramite virgo.
Conspicit ingentem concursum, & littora lustrat:
Desertosq; videt portus, classemq; relictam.
Et procul in sola secretæ Troades acta
Amissum Anchisen flebant, cunctæq; profundum
Pontum aspectabant flentes: heu tot vada fessis,
Et tantum superesse maris, vox omnibus vna.
Vrbem orant, tædet pelagi perferre laborem.
Ergo inter medias sese haud ignara nocendi
Conijcit; & faciemq; Deæ, vestemq; reponit. *al. faciem diuæ.*
Fit Boroe Ismarij coniux longæua Dorycli,
Cui genus, & quondam nomen, natiq; fuissent:
Ac sic Dardanidum mediam se matribus infert:
O miseræ, quas non manus, inquit, Achaica bello
Traxerit ad letum patriæ sub mœnibus: o gens
Infelix, cui te exitio fortuna reseruat?
Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas,

¶*Ecphrasis.*

nulli uisa decurrit cito tramite, & uidet portus desertos a Troianis, & classem relictam. At Troades mulieres secretæ, id est, remotæ procul in sola acta. i. littore flebant Anchisem amissum. i. mortuum. & cunctæ flentes aspectabant pontum profundũ. Et omnibus erat una uox. i. unus sermo, heu tot uada, & tãtũ maris superesse. i. restare ad nauigandũ illis feßis. Orant. i. a Dijs petũt urbẽ, in qua sedes ponant. tædet iam illas. i. molestia afficiuntur, perferre laborẽ pelagi. Ergo Iris haud ignara, immo gnara nocendi (unde etiã lis & discordia interpretatur) conijcit sese inter medias mulieres Troianas, & reponit. i. deponit faciem & uestem Deæ, quia Iris una est ex Iunonis nymphis, & ipsa quoq; Dea sicut Iuno. Fit Beroe. i. uersa est in effigiẽ Beroes, cõiux lõgæua Dorycli Ismarij, q fuit Troianus. Cui Doryclo genus. i. nobilitas, & nomẽ. i. fama, & nati fuissent quondam. Et Iris infert se mediam matribus Dardanijs sic, subaudi, loquens. O miseræ, quas manus Achaica, id est, exercitus Græcorum non traxerit in bello ad letum, sub mœnibus patriæ, quasi dicat, illæ sunt felices, quæ perierunt, uos autem miseræ. O gens infœlix cui exitio, id est, destructioni fortuna reseruat te? Aestas septima, id est, annus septimus, uertitur iam post excidium Troiæ.

Cum freta, cum terras omnes, tot inhoſpita ſaxa,
Syderaq́ꝫ emenſæ ferimur, dum per mare magnum
Italiam ſequimur fugientem, & voluimur vndis.
Hic Erycis fines fraterni, atq́ꝫ hoſpes Aceſtes.
Quis prohibet muros iacere? & dare ciuibus vrbem?
O patria, & rapti nequicquam ex hoſte penates.
Nulla ne iam Troiæ dicentur mœnia? nuſquam
Hectoreos amnes, Xanthum & Simoenta videbo?
Quin agite, & mecum infauſtas exurite puppes.
Nam mihi Caſſandræ per ſomnum vatis imago
Ardentes dare viſa faces, hic quærite Troiam,
Hic domus eſt, inquit, vobis: iam tempus agi res.
Nec tantis mora prodigijs: en quatuor aræ
Neptuno: Deus ipſe faces animumq́ꝫ miniſtrat.
Hæc memorans prima infenſum vi corripit ignem, al. incēſum
Sublataq́ꝫ procul dextra connixa coruſcat, al. ſublatū
Et iacit, arrectæ mentes, ſtupefactaq́ꝫ corda. al. coruſcās
al. Conicit.

¶ *Ecphraſis.*

Cum.i. quo tēpore ferimur per terras omnes, & per tot ſaxa inhoſpita.i. mali hoſpitij, & tot ſydera.i. tot cæli tractus emēſæ.i. nauigātes; dū ſequimur.i. quærimus Italiam fugientē per mare magnū, & uoluimur.i. uerſamur in undis. Hic.ſ. in Sicilia ſunt fines Erycis fraterni; qui fuit frater Aeneæ, quia uterq́; filius Veneris, et eſt Aceſtes hoſpes.i. amicus, quia ab origine Troianus. Quis ergo prohibet nos iacere muros, & dare urbē ciuibus? O patria & o penates rapti ex hoſte nequicq̄, nulla ne mœnia Troiæ dicētur? & nunq̄ uidebo Xāthū & Simoēta amnes Hectoreos.i. Troianos fluuios? Quin, id eſt, immo agite, & exurite, id eſt, concremate mecū puppes infauſtas. Nā imago Caſſandræ uatis.i. quæ diuinatiōis ſpiritū habebat, uiſa eſt mihi per ſomnū dare faces ardentes, quibus monebat, ut naues incenderem. Ergo quærite Troiam hic, inquit illa, quia hic eſt domus uobis. Et iam tēpus eſt res agi, id eſt, domus fundari. Nec eſt mora tātis prodigijs. q.d. habemus auſpicium. En quatuor aræ ſunt poſitæ ſacræ Neptuno. Ipſe Deus Neptunus miniſtrat faces & animum ad incendendas naues. Beroe memorans hæc, prima corripit ui, id eſt, uiolenter ignem infenſum, id eſt, nociuum, & illa connixa, id eſt, nitens coruſcat illum ſublata dextra, id eſt, alta manu, & iacit.i. iaculatur ignem. Mentes Iliadum.i. Troianarum ſunt arrectæ, & corda illarum ſunt ſtupefactæ.

Iliadum, hic vna e multis, quæ maxima natu
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix:
Non Beroe vobis, non hæc Rhœteia matres
Est Dorycli coniux: diuini signa decoris,
Ardentesq; notate oculos, qui spiritus illi,
Qui vultus, vocisq; sonus, vel gressus eunti.
Ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui
Aegram, indignantem tali quod sola careret
Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
Hæc effata.
At matres primo ancipites, oculisq; malignis
Ambiguæ spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatisq; vocantia regna.
Cum Dea se paribus per cœlum sustulit alis,
Ingentemq; fuga secuit sub nubibus arcum.
Audacia muliebris. Tum vero attonitæ monstris, actæq; furore
Conclamant, rapiuntq; focis penetralibus ignem,

¶*Ecphrasis.*

Hic, id est, tunc Pyrgo nutrix regia tot natorum Priami, quæ vna ex multis erat maxima natu, subaudi inquit. O matres, hæc non est uobis Beroe Rhœteia, id est, Troiana a Rhœteo promontorio Troiæ, coniux Dorycli. Notate signa diuini decoris, quæ habet in se, & notate oculos ardentes, & notate quis spiritus, & quis vultus est, uocisque sonus, uel gressus eunti Beroæ, immo Iridi. Nam ego ipsa (dicit Pyrgo) digressa dudum, id est, paulo ante reliqui Beroen ucram ægram. i. infirmam, indignantem, id est, iratam; quod solo careret tali munere, id est, officio, hoc est; quod non posset interesse cum cæteris mulieribus in funere, nec inferret honores meritos, id est, sacrificia debita Anchisæ. Hæc effata est Pyrgo. At matres, id est, mulieres ancipites primo, & ambiguæ, id est, dubiæ quid facerent, spectare pro spectabant rates oculis malignis: dubiæ, inquam, inter miserum amorem terræ præsentis, & regna uocantia Troianos fatis. Cum Dea, id est, Iris sustulit se in cælum alis paribus, quia ad uolandum oportet alas esse pares, & secuit arcum ingentem fuga, id est, ueloci cursu sub nubibus. Tum uero matres attonitæ, & actæ, id est, impulsæ furore conclamant, & rapiunt, id est, corripiunt ignem ex focis penetralibus;

Pars ſpoliant aras, frondem, ac virgulta, faceſq;
Coniiciunt, furit immiſſis Vulcanus habenis
Tranſtra per, & remos, & pictas abiete puppes.
Nuntius Anchiſæ ad tumulum, cuneoſq; theatri
Incenſas perfert naues Eumelus: & ipſi
Reſpiciunt atram in nimbo volitare fauillam.
Primus & Aſcanius, curſuſq; vt lætus equeſtres
Ducebat, ſic acer equo turbata petiuit
Caſtra, nec exanimes poſſunt retinere magiſtri.
Quis furor iſte nouus? quo nunc, quo tenditis, inquit,
Heu miſeræ ciues? non hoſtem, inimicaq; caſtra
Argiuum, veſtras ſpes vritis. en ego veſter
Aſcanius, galeam ante pedes proiecit inanem,
Qua ludo indutus belli ſimulacra ciebat.
Accelerat ſimul Aeneas, ſimul agmina Teucrum.

¶ *Ecphraſis.*

Pars, ſcilicet, mulierum ſpoliant aras ignibus, ſcilicet, & coniiciunt frondem ex arboribus, & uirgulta, id eſt, uirgas, & faces incenſas. & Vulcanus, id eſt, ignis furit, id eſt, creſcit habenis immiſſis, id eſt, ſolutis per tranſtra, id eſt, remigiũ & ſedilia, & per remos, & per puppes ex abiete pictas, quod etiam noſtro ſæculo fit, ut puppes pingantur. Eumelus nũtius perfert interea, id eſt, denunciat ad tumulum Anchiſæ, & cuneos Theatri, id eſt, ordines ſedentiũ ad ſpectandos ludos, perfert, inquam, naues incẽſas. & ipſi ſpectatores ludorũ reſpiciũt fauillam atrã uolitare in nimbo, id eſt, globo fumi. Primus & Aſcanius ut lætus ducebat curſus equeſtres, quia ipſe dux erat equorũ, ſic, id eſt, in eo habitu petiuit equo, id eſt, equi curſu caſtra turbata propter nauium incẽdia, nec magiſtri, id eſt, pædagogi exanimes pro exanimati poſſunt retinere illum. & inquit Aſcanius. Heu o miſeræ ciues, quo nunc, quo tenditis? id eſt, quid facitis? & quis eſt iſte nouus furor? quia nõ vritis, id eſt, nõ putetis vos vrere hoſtem, id eſt, Græcos, & caſtra inimica Argiuum pro Argiuorum, ſed vritis ſpes veſtras, id eſt, naues, in quibus eſt ſpes ad Italiæ regnum veniendi. En ego ſum veſter Aſcanius. & proiecit ante pedes illarũ galeam inanem, id eſt, cõcauam, qua indutus ludo, id eſt, armatus belli ciebat ſimulacra, id eſt, repreſentabat belli ſimilitudinem. Aeneas accelerat, id eſt, properat, & ſimul agmina Teucrum pro Teucrorum accelerant.

Aſt illæ diuerſa metu per littora paſſim
Diffugiunt,ſyluaſq;,& ſicubi concaua furtim
Saxa petunt:piget incœpti luciſq;:ſuoſq;
Mutatę agnoſcunt,excuſſaq; pectore Iuno eſt.
Sed non idcirco flammæ,atq; incendia vires
Indomitas poſuere,vdo ſub robore viuit
Stupa vomens tardum fumum,lentuſq; carinas
Eſt vapor,& toto deſcendit corpore peſtis.
Nec vires heroum,infuſaq; flumina proſunt.
Tum pius Aeneas humeris abſcindere veſtem,
Auxilioq; vocare Deos, & tendere palmas:
Iuppiter omnipotens, ſi nondum exoſus ad vnum
Troianos,ſi quid pietas antiqua labores
Reſpicit humanos, da flammam euadere claſſi
Nunc pater, & tenues Teucrum res eripe leto.
Vel tu,quod ſupereſt,infeſto fulmine morti,

¶ *Ecphraſis.*

Aſt.i.ſed illæ mulieres diffugiunt per diuerſa littora paßim, id eſt, indifferēter metu,id eſt,præ nimio timore,& petūt furtim.i.latenter ſyluas,& ſicubi,id eſt, ſi alicubi ſaxa concaua ſunt.piget,id eſt,pudet illas incœpti, id eſt, eius quod incœperūt,& pudet illas lucis,id eſt,uitæ.& mutatæ a propoſito agnoſcunt ſuos.i. Troianos,quorū erant oblitæ,& Iuno,id eſt,Iunonis conſiliū eſt excuſſa pectore ipſarū.Sed quia mulieres ſunt mutatæ,non idcirco,id eſt,propterea flammæ depoſuere uires indomitas,ſed ſtupa, qua tabulæ nauiū ſtipantur,uomens fumum tardū uiuit ſub robore,id eſt,ligno,et materia nauiū,udo,id eſt,humido,uel propter aquam maris, vel propter picem:& uapor.i.fumus lentus.i.tardus eſt i.urit, ab edo.es.eſt.p comedo.carinas.i.naues. & peſtis deſcēdit toto corpore, id eſt,ignis omnia,etiam duriorem materiam conſumpſit.nec vires heroum, nec flumina infuſa proſunt ad extinguendum ignem. Tum pius Aeneas abſcindere pro abſcindebat veſtem ex humeris, & inuocare pro inuocabat Deos auxilio, id eſt, in auxilium.& extendere pro extendebat palmas, ſubaudi in cælum, orans ſic. Iuppiter omnipotens,ſi nondum exoſus es Troianos omnes ad unum, id eſt,uſq; ad unum, & ſi antiqua pietas, id eſt, religio reſpicit humanos labores. o pater da claßi euadere, id eſt, ut euadat flammam, & eripe res Teucrum pro Teucrorum leto, id eſt, a perditione :uel ſi ego peccato meo aliquo mereor,

Si mereor,demitte:tuaq; hic obrue dextra.
Vix hæc ediderat,cum effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit,tonitruq; tremiscunt
Ardua terrarum,& campi:ruit æthere toto
Turbidus imber aqua,densisq; nigerrimus Austris:
Implenturq; super puppes:semiusta madescunt
Robora,restinctus donec vapor omnis:& omnes
Quatuor amissis seruatę a peste carinę.
At pater Aeneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes,nunc illuc pectore curas Cura principis.
Nutabat versans: Siculis ne resideret aruis, al.dubius
Oblitus fatorum,Italas ne capesseret oras.
Tum senior Nautes,vnum Tritonia Pallas
Quem docuit,multaq; insignem reddidit arte,
Hæc responsa dabat:vel quæ portenderet ira
Magna Deum,vel quæ fatorum posceret ordo.
Isq; his Aeneam solatus vocibus infit:
Nate Dea,quo fata trahunt,retrahuntq;,sequamur:

¶*Ecphrasis.*

demitte morti,quod superest de nauibus,fulmine infesto,id est,nocenti. & obrue me hic tua dextra. Vix Aeneas ediderat hæc, cũ tempestas atra imbribus effusis furit sine more.i.modo & fine, et ardua.i. altitudines terrarũ tremiscũt tonitru, & imber turbidus aqua,& nigerrimus Austris ruit.i.descendit ex toto æthere. Puppes implentur desuper.s.pluuia,& robora semiusta madescũt,donec omnis uapor,id est fumus restinctus est. Et amißis quatuor carinis omnes reliquæ.s. quindecim seruatæ sunt a peste,id est,igne. At pater Aeneas concussus,id est,perturbatus casu acerbo, id est, tristi, uersans pectore,id est,cogitando uertens ingentes curas, nutabat, id est,uacillabat: dubitans ne, id est, an oblitus fatorum resideret in aruis Siculis,an capesseret oras Italas. Tum Nautes senior, qui Troianus erat, dabat hæc responsa, quem Nautem unum Pallas Tritonia docuit, & reddidit insignem arte multa, dabat hæc responsa, uel quæ magna ira Deorum portenderet, uel quæ ordo fatorum posceret. Et is Nautes solatus Aeneam his uerbis infit,id est,incipit. Nate Dea,nos sequamur eo.i.in ea loca quo fata trahunt, id est, impellunt, & subaudi fugiamus unde nos retrahunt.

Quicquid erit,superanda omnis fortuna ferendo est.
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes,
Hunc cape consilijs socium,& coniũge volentem,
Huic trade,amissis superant qui nauibus,& quos
Pertæsum magni incœpti,rerumꝗ tuarum est,
Longæuosꝗ senes,ac fessas æquore matres:
Et quicquid tecum inualidum,metuensꝗ pericli est,
Delige:& his habeant terris sine mœnia fessi.
al. pmisso. Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam.
al. accẽsis. Talibus incensus dictis senioris amici,
al. animo. Tum uero in curas animum diducitur omneis:
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
Visa dehinc cælo facies delapsa parentis
Anchises filio p somnium appa ret. Anchisæ,subito taleis effundere voces:
Nate mihi vita quondam,dum vita manebat,
Chare magis;nate Iliacis exercite fatis,

¶ *Ecphrasis.*

Omnis enim fortuna superanda est, quicquid erit, id est, quicquid acciderit. Acestes Dardanius stirpis diuinæ, quia ut diximus, Crinissi fluminis ex muliere Troiana filius fuit, est tibi, id est, habes Acesten Troianum ab origine. Hunc Acesten cape socium consilij, & coniũge uolentem, id est, quia uolet. & trade huic illos, qui superant nauibus amissis, & trade etiam illos, quos pertæsum est magni incœpti, id est, quos pœnitet coniunxisse se tibi, & etiam quos pertæsum est rerum tuarum, id est, regni, quod quæris. & delige, id est, de alijs elige senes longæuos, & matres, id est, mulieres fessas æquore, id est, nauigatione. & quicquid est tectum inualidum, id est, debile, & metuens pericli, id est, timidum. Et sine, id est, permitte his omnibus, habeãt mœnia his terris, id est, hic in Sicilia. & appellabunt urbem Acestam nomine permisso, quoniam ipse Acestes id uolet. Tum uero Aeneas incensus talibus dictis amici senioris, diducitur animum. i. habet animũ diductũ in omnes curas. & nox atra subuecta bigis, quia currus illius a duobus equis uehitur, tenebat polum. De hinc facies Anchisæ parentis delapsa cælo, quia animus petit superos, manes descendũt ad inferos, umbra uero errat circa corpus mortuũ, uisa est effundere subito tales uoces. O nate magis chare mihi uita, dũ uita manebat quõdã, nate, dico, exercite. i. defatigate fatis Iliacis,

Imperio Iouis huc venio, qui classibus ignem
Depulit, & cælo tandem miseratus ab alto est.
Consilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat senior: lectos iuuenes fortissima corda — *al. Iuuenes fortissima pectora lectos.*
Defer in Italiam: gens dura, atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est: Ditis tamen ante
Infernas accede domos, & Auerna per alta
Congressus pete nate meos: non me impia namque — *al. Amplexus.*
Tartara habent, tristesque vmbræ, sed amœna piorum
Concilia, Elysiumque colo: huc casta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia disces:
Iamque vale: torquet medios nox humida cursus,
Et me sæuus equis Oriens afflauit anhelis.
Dixerat: & tenueis fugit ceu fumus in auras. — *Animæ uenti, et fumi.*
Aeneas: Quo deinde ruis? quo proripis? inquit:

¶ *Ecphrasis*

ego uenio huc imperio Iouis, qui depulit ignem classibus, & miseratus est tãdem Troianos ab alto cælo. Pare, id est, obedi & obtempera consilijs, quæ pulcherrima nunc dat tibi Nautes senior. Defer tu Aenea in Italiam lectos iuuenes. appositiue. corda fortissima, quia gens dura, id est, laboriosa est tibi debellanda, id est, uincenda Latio, Tamen ante, id est, prius quam Italiam debelles, accede ad domos infernas Ditis, id est, Plutonis, & o nate pete, id est, quære meos complexus, ut ego te complectar, per alta Auerna, id est, per inferos. Neque reformides, nam Tartara impia non habent me, sed concilia amœna, id est, congregationes lætæ piorum habent me, que pro id est, colo, id est, habito Elysium locum beatorum. Sibylla casta ducet te huc, id est, ad inferos sanguine multo pecudum, id est, sacrificio facto ex ouibus. Tum, cum ad me ueneris, disces omne genus tuum, id est, omnem tuam posteritatem, & quæ mœnia dentur, id est, quam urbem conditurus sis. Iamque uale, quia nox humida torquet medios cursus, id est, iam dies sequens incipit, & sæuus Oriens, id est, Sol afflauit me equis anhelis, quare necesse est me hinc ad inferos, uel ad superos redire. Dixerat Anchises, & fugit ceu, id est, tanquam fumus in auras tenues, quasi dicat, ab oculis euanuit. Aeneas inquit deinde. Quo ruis? quo proripis te.i.confers te?

Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?
Hæc memorans cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Pergameumque larem, & canæ penetralia Vestæ
Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.
Extemplo socios, primumque accersit Acesten: *Aeneas iussa parentis exequitur.*
Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis
Edocet, & quæ nunc animo sententia constet.
Haud mora consilijs: nec iussa recusat Acestes.
Transcribunt vrbi matres: populumque volentem
Deponũt animos nil magnæ laudis egentes.
Ipsi transtra nouant, flammisque ambesa reponunt
Robora nauigijs: aptant remosque, rudentesque
Exigui numero, sed bello viuida virtus.
Interea Aeneas vrbem designat aratro,
Sortiturque domos: hoc Ilium, & hæc loca Troiæ: *al. Troiam.*

¶ *Ecphrasis.*

quem fugis? quasi dicat, me ne filium? aut quis arcet, id est, remouet te a nostris complexibus. Aeneas memorans, id est, narrans hæc superiora suscitat cinerem, & ignes sopitos. translatio est a dormientibus sumpta, qui excitantur. & ille supplex ueneratur larem Pergameum, id est, Troianum, & penetralia, id est, sacra, quæ in abditis erant, canæ uestæ, id est, antiquæ farre pio, idest, religioso, quia far in sacrificijs adhibetur, & acerra thuris, id est, thure. Et Aeneas supplex ueneratur penetralia canæ Vestæ farre pio, id est, religioso, & acerra plena thuris. Et extemplo Aeneas accersit, id est, uocat socios, & primum, id est, præcipue Acesten, & edocet imperium Iouis, & præcepta parentis chari, quæ sibi in somnis dederat, & edocet, quæ sententia nunc constet illi in animo. Haud mora fuit consilijs, id est, non sunt diu immorati, neque Acestes recusat iussa, & transcribunt urbi .i. in nouam urbem matres, & populũ uolentem, & sic deponunt animos nil pro non egentes magnæ laudis, id est, honoris. Ipsi qui cum Aenea sunt nauigaturi nouant transtra, & reponunt flammis ambesa, id est, renouant igni consumpta robora, & aptant remos, & rudentes nauigijs. Ipsi, dico, exigui, id est, pauci numero, sed uirtus uiuida, id est, fortis bello. Interea dum hæc fiunt, Aeneas designat urbem aratro, id est, sulco, & sortitur domos inter ciues, & iubet hoc esse .i. nominari Ilion .i. arcem, & iubet hæc loca esse Troiam.

Esse iubet: gaudet regno Troianus Acestes,
Indicitq; forum: & patribus dat iura vocatis.
Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ: tumuloq; sacerdos,
Et lucus late sacer additur Anchisæo.
Iamq; dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos: placidi strauerunt æquora venti,
Creber & aspirans rursus vocat Auster in altum.
Exoritur procurua ingens per littora fletus:
Complexi inter se noctemq;, diemq; morantur.
Ipsæ iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen
Ire volunt, omnemq; fugæ perferre laborem.
Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis:
Et consanguineo lachrymans commendat Acestæ.
Treis Eryci vitulos, & tempestatibus agnam
Cædere deinde iubet, soluiq; ex ordine funes.

ali. Tum

Alludit ad nouendiale sacrũ.

ali. etiam

¶ *Ecphrasis.*

& Acestes origine Troianus gaudet regno, id est, urbe regno suo addita. Et indicit forum. i. locum ubi ius redditur, & sic dat iura patribus uocatis, id est, senatoribus. Tunc sedes, id est, templum uicina astris, id est, excelsa fundatur Veneri Idaliæ, ab Idalio urbe Cypri, ubi colitur, in uertice Erycino, id est, montis Erycis. Et sacerdos, & lucus, id est, sylua sacra additur tumulo Anchiseo, id est, Anchisæ patris. Et iam omnis gens, id est, Troiani & Siculi epulata est nouem dies, & honos factus est aris, id est, sacrificium, & uenti placidi strauerunt æquora, id est, mare tranquillum fecerant, & Auster creber aspirans uocat rursus in altum, id est, in mare. Tunc ingens fletus exoritur per littora procurua, epitheton est littorũ, & cõplexi inter se. i. se inuicẽ cõplectẽtes, morantur diem & noctem. Et iam ipsæ matres. i. fœminæ, quibus facies maris quondam est uisa aspera, & quibus numen maris uisum est non tolerabile, ipsæ, inquã, uolunt ire cum Aenea. s. & perferre omnem laborem fugæ. i. exilij. Quos bonus Aeneas solatur dictis amicis, & lacrhymãs suorũ commiseratione cõmendat illos Acestæ. Deinde iubet cædere. i. sacrificare tres uitulos Eryci fratri suo, qui iam Deus habebatur, & agnam tempestatibus, ut sibi ea nauigatio bene cederet.

al'. celſa in puppi
al'. Proijcit

Ipſe caput tonſæ folijs euinctus oliuæ
Stans procul in prora pateram tenet, extaq; ſalſos
Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.
Proſequitur ſurgens a puppi ventus euntes,
Certatim ſocij feriunt mare, & æquora verrunt.

Venus ſolicita pro Troianis.

At Venus interea Neptunum exercita curis
Alloquitur, taleſq; effudit pectore queſtus:
Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus
Cogunt me, Neptune preces deſcendere in omneis:
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla,
Nec Iouis Imperio, fatis ve infracta quieſcit.
Non media de gente Phrygum exediſſe nefandis
Vrbem odijs ſatis eſt; pœnam traxiſſe per omnem
Relliquias Troiæ: cineres, atq; oſſa peremptæ
Inſequitur: cauſſas tanti ſciat illa furoris.
Ipſe mihi nuper Libycis tu teſtis in vndis,
Quam molem ſubito excierit: maria omnia cælo
Miſcuit, Aeolijs nequicquam freta procellis:

¶ *Ecphraſis.*

Ipſe Aeneas euinctus caput, id eſt, caput habens coronatum folijs oliuæ tonſæ. i. minutæ tenet pateram ſtans procul, id eſt, prope in prora celſa, & porricit, id eſt, iacit exta cæſæ uictimæ in fluctus ſalſos, & fundit in mare uina liquentia. Tum uentus ſurgens a puppi, id eſt, ſecundus proſequitur euntes. & ſocij certatim, id eſt, magno conatu feriunt mare. ſ. remorũ ictibus, & uerrũt æquora etiam remis. At Venus exercita. i. defatigata curis alloquitur Neptunum interea dum illa fiebant, & effudit ex pectore ſuo tales queſtus. i. q̃relas. O Neptune ira grauis, & pectus Iunonis nõ exaturabile. i. quod nunq̃ ſaturatur, cogũt me deſcẽdere in omnes preces, Iunonis, dico, quã nec dies longa. i. tempus, & pietas vlla nõ mitigat erga Troianos, & infracta Iouis imperio. i. fatis nõ quieſcit. Nec ſatis eſt illi exediſſe. q. d. deuoraſſe urbẽ Troiã de media gente Phrygũ, odijs nefandis, & nõ eſt illi ſatis traxiſſe urbẽ per omnem pœnam, uerũ etiam inſequitur reliquias Troiæ, & cineres, et oſſa urbis Troiæ peremptæ. Illa ſciat. q. d. nemo ſcit cauſſas tanti furoris. Tu ipſe o Neptune eſt mihi teſtis, quã molẽ. i. tẽpeſtatẽ Iuno excierit. i. cõmouerit ſubito, nã ipſa freta. i. confiſa procellis Aeolijs. i. Aeoli Regis uentorũ, ut libro primo dictũ eſt, miſcuit cœlo omnia maria, ſed nequicquã. i. fruſtra

In regnis hoc ausa tuis.
Pro scelus: ecce etiam Troianis matribus actis
Exussit fœde puppes, & classe subegit
Amissa, socios ignotæ linquere terræ.
Quod superest, oro, liceat dare tuta per vndas
Vela tibi, liceat Laurentem attingere Tybrim:
Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ.
Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti:
Fas omne est Citherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis, merui quoq; sæpe furores
Compressi, & rabiem tantam cæliq;, marisq;.
Nec minor in terris (Xanthum, Simoentaq; testor)
Aeneę mihi cura tui. cùm Troia Achilles
Exanimata sequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret leto, gemerentq; repleti
Amnes, nec reperire viam, atq; euoluere posset
In mare se Xanthus, Pelide tunc ego forti

Inuidiose dictum.

Aeneas cōtra Achillem.

¶ Ecphrasis

& ausa est hoc in tuis regnis.i.mari. Et nūc proh scelus, ecce etiā exußit puppes fœde.i.turpiter, matribus Troianis actis.i.impulsis per Iridē. Et subegit.i. coegit Aeneam relinquere socios terræ ignotæ.i.in terra Siciliæ, quod necessitate factū est classe amissa. Nūc uero o Neptune quod superest.i.restat faciendum, oro liceat tibi dare uela tuta per undas.i.tute nauigare Troianos, et liceat illis attingere Tybrim Laurētē.i.fluuiū Laurentiū populorū, quod ita facias oro, si peto cōcessa.i. iusta, & si Parcæ dant Troianis ea mœnia.s. Laurentū. Tum Saturnius.i. Neptunus domitor alti maris edidit, id est, respondit hæc. O Citherea Venus fas est tibi omne.i.omnino licet, te fidere meis regnis.i.mari, unde.i.a quo ducis gen9.i.orta es. & ego quoq; antehac ita de te merui cum Troianis.s.quia sæpe compreßi furores & tantam rabiem.i.tempestatem cæli & maris. Ego testor Xanthum & Simoenta fluuios Troiæ, quod non minor cura fuit mihi tui Aeneæ in terris, subaudi, quam in mari. & cū Achilles sequens agmina Troiæ exanimata.i.semimortua impingeret illa agmina muris.i. ad muros compelleret, & cum Achilles daret leto.i.morti, multa uirorum millia, & amnes gemerent cadauerum multitudine, neq; Xanthus posset reperire uiam, atq; euoluere.i.expedite fluere in mare,

Congressum Aeneam, nec Dijs, nec viribus æquis
Nube caua eripui, cuperem cum vertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ,
Nunc quoqꝫ mens eadem perstat mihi: pelle timores,
Tutus, quos optas, portus accedet Auerni.
Vnus erit tantum, amissum quem gurgite quæres:
Vnum pro multis dabitur caput.
His vbi læta Deæ permulsit pectora dictis,
al. auro
Iungit equos curru genitor, spumantiaqꝫ addit
Fræna feris, manibusqꝫ omnes effundit habenas:
Home. Odys. lib. v. currū describit Neptuni.
Cæruleo per summa leuis volat æquora curru:
Subsidunt vndæ, tumidumqꝫ sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis, fugiunt vasto æthere nimbi.
Tum variæ comitum facies, immania Cete,
Palæmon, portuū Deus. Phorcus, Sarciniæ Rex. Thetis, ab alēdo alūna. Melite, a melos. Cymodoce, a cyma.
Et senior Glauchi chorus, Inousqꝫ Palæmon,
Tritonesqꝫ citi, Phorciqꝫ exercitus omnis.
Læua tenent Thetis, & Melithe, Panopeaqꝫ virgo,
Nesæe, Spioqꝫ, Thaliaqꝫ, Cymodoceqꝫ.

¶*Ecphrasis.*

Tunc ego eripui Aeneam cōgressum. i. decertantem Pelide forti, id est, cū Achille, quod est factum nec Dijs, nec æquis uiribus, cū alias cuperem euertere ab imo. i. a fundamento meis manibus mœnia Troiæ periuræ. i. quæ mercedem mihi denegauit. Et nunc quoq; eadem mens perstat mihi. i. uoluntas permanet. Igitur pelle timores, q̄a Aeneas tutus accedet ad portus Auerni, quos optas. i. ad quos Aeneā peruenturum esse cupis. Vnus tantum erit, significat autem Palinurum, quem amissum in gurgite tu quæres. & unum caput dabitur pro multis. i. pro multorū uita. Tū genitor. i. Neptunus iungit equos curru pro currui, ut. i. postq̄ pmulsit. i. cōsolatus est pectora læta Deæ Veneris, & addit fræna feris. i. equis. & effundit. i. laxat ex manib⁹ oēs habenas, et sic leuis. i. subleuat⁹ uolat p sūma æquora curru cæruleo. Et unde subsidūt. i. sternuntur, & æquor tumidū sternitur sub axe tonāti. i. sub cælo, et nimbi fugiūt toto æthere. Tum uariæ facies comitū Neptuni tenēt dextra. s. Cete immania, idest, balenæ, et chorus senior Glauci Dei marini, et Palæmō. i. Portunus Inous. i. Inus fili⁹, et Tritones citi, & omnis exercit⁹ Phorci Dei marini, & reliq̄ Nereides, quas hic enumerat, tenēt læuā. i. sinistrā Neptuni partē.

Hic

Hic patris Aeneæ suspensam blanda vicissim
Gaudia pertentant mentem:iubet ocyus omnes
Attolli malos,itendi brachia velis.
Vna omnes fecere pedem,pariterq́ sinistros,
Nunc dextros soluere sinus,vna ardua torquent
Cornua,detorquentq́:ferunt sua flamina classem.
Princeps ante omnes densum Palinurus agebat
Agmen:ad hunc alij cursum contendere iussi.
Iamq́ fere mediam cœli nox humida metam
Contigerat,placida laxarant membra quiete
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ:
Cum leuis æthereis delapsus Somnus ab astris Somnus.
Aera dimouit tenebrosum, & dispulit vmbras,
Te Palinure petens,tibi tristia somnia portans
Insonti,puppiq́ Deus consedit in alta
Phorbanti similis,fuditq́ has ore loquelas:

¶ *Ecphrasis.*

Hic, id est, tunc gaudia blanda pertentant uicißim, quia aliquando Aeneas dolebat, sed tunc gaudebat, mentem patris Aeneæ suspensam, & iubet omnes malos, id est, arbores nauium attolli ocyus, id est, erigi, & iubet brachia, id est, antennas intendi uelis, id est, explicare uela. Omnes fecere pedē una, id est, firmi[illegible] facere pedem est fune uelum attollere, & pariter soluere sinus nunc dextros nūc sinistros, & una, id est, simul torquent cornua ardua, scilicet, uelorum antēnas, & detorquent, id est, in partem aliam torquent, & sua flamina, id est, uenti prosperi ferunt classem, id est, nauem. Palinurus princeps ante omnes, quia nauis prætoriæ gubernator, agebat, id est, ducebat agmen densum, id est, reliquas naues. Et alij iußi sunt contendere cursum ad hunc, id est, dirigere ad nauem Aeneæ. Etiam nox humida contigerat metam cæli mediam, id est, erat nox media, & eo tempore nautæ fusi sub remis per sedilia dura, id est, transtra, laxabant, id est, recreabant membra quiete placida, id est, somno. Cum. i. quo tēpore Somnus leuis delapsus ab astris æthereis, id est, a cælo dimouit aerem tenebrosum, & dispulit umbras, id est, serenauit noctē, Somnus dico, o Palinure petens te, & portans tristia somnia tibi insonti. i. Innocēti, et Somnus ipse, qui est Deus, consedit in puppi alta similis Phorbāti, & effudit ore has loquelas, id est, sermones.

Iaſide Palinure ferunt ipſa æquora claſſem,
Aequatæ ſpirant auræ,datur hora quieti:
Pone caput,feſſoſq; oculos furare labori,
Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo.
Cui vix attollens Palinurus lumina,fatur:
Me ne ſalis placidi vultum,fluctuſq; quietos
Ignorare iubes? me ne huic confidere monſtro?
Aeneam credam,quid enim fallacibus Auſtris,
Et cœli toties deceptus fraude sereni?
Talia dicta dabat,clauumq; affixus,& hærens
Viſ ſomni. Nuſquam amittebat,oculoſq; ſub aſtra tenebat.
Ecce Deus ramum Lethęo rore madentem,
Viq; ſoporatum Stygia,ſuper vtraq; quaſſat
Tempora,cunctantiq; natantia lumina ſoluit.
Vix primos inopina quies laxauerat artus,
Et ſuper incumbens,cum puppis parte reuulſa,

¶ *Ecphraſis.*

O Palinure Iaſide,id eſt,Iaſi fili,ipſa æquora ferunt claſſem ſuo impetu & per ſe,& auræ æquatæ,id eſt,æquales ſpirant,hora datur quieti.i.ſomno,ideo pone caput,& furare,id eſt,ſubtrahe oculos labori,id eſt,a labore,id eſt,dormi paulu lum.Ipſe ego obibo tua munera,id eſt,officiũ pro te, id eſt, tuo loco, pauliſper.i. per tempus paruum.Cui ſomno Palinurus uix attollens lumina præ nimio ſopore fatur,id eſt,reſpondet.O Phorbas me ne iubes ignorare fluctus ſalis,id eſt,maris placidi,& uentos,id eſt,ſubitas uentorum tempeſtates?& iubes me confidere hu ic monſtro,id eſt,mari? Quid enim,id eſt,cur ego credam,id eſt,committam Ae neam Auſtris fallacibus,id eſt,uentis,qui ſæpe conſueuerunt fallere,ego dico,de ceptus totiens fraude cæli ſereni.Palinurus dabat talia dicta,id eſt,dicebat,& af fixus & hærens nuſquam amittebat clauum,id eſt,temonem, & tenebat oculos ſub aſtra,id eſt,contemplabatur ſydera,ad quæ curſum nauis derigebat.Ecce De us Somnus quaſſat ſuper utraq; tempora ramum madẽtem rore Lethæo,& ſopo ratũ,id eſt,perfuſum ui Stygia,id eſt,inferna.Et ſoluit,id eſt,claudit illi cunctanti,id eſt,ſomnum ex oculis excutienti lumina natantia.i.uacillantia ſomni uiolentia te. Quies inopina,id eſt, ſubita uix laxauerat,id eſt,ſoluerat primos artus,cum Somnus incumbens ſuper illum proiecit illum præcipitem in undas liquidas cum

Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Præcipitem, ac socios nequicquam sæpe vocantem.
Ipse volans tenueis se sustulit ales in auras,
Currit iter tutum non secius æquora classis:
Promissisq; patris Neptuni interrita fertur:
Iamq; adeo scopulos Sirenum aduecta subibat
Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos:
Tum rauca assiduo longe sale saxa sonabant,
Cum pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit: & ipse ratem nocturnis rexit in vndis
Multa gemens, casuq; animum concussus amici,
O nimium cœlo, & pelago confise sereno,
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

secius alij segnius

Sirenes, mõstra marina.

Quia Vlyßis socios Sirenes deuorauerunt.

¶ *Ecphrasis.*

parte nauis reuulsa, & cum gubernaculo, præcipitem dico, & sæpe clamantem socios sed nequicquam, id est, frustra. Ipse ales, id est, Somnus alatus uolans subßtulit se in auras tenues, id est, in cælum, unde uenerat. Et claßis non segnius currit æquor tutum, & interrita fertur promißis patris Neptuni, quæ Veneri promisit. Et iam claßis aduecta subibat scopulos Sirenum, ubi quondam fuerunt, difficiles quondam, atq; albos oßibus multorum, qui fuerant a Sirenibus occisi. Tum saxa rauca sonabant longe, sale aßiduo, id est, undarum collisione. Cum. i. quo tempore pater Aeneas sensit ratem fluitantem, id est, uacillantem magistro amisso, id est, Palinuro submerso, & ipse Aeneas gemens multa, id est, multum rexit ratem in undis nocturnis, id est, per noctem, gemens dico, & concussus animum, id est, habens animum concussum casu amici. O palinure nimium confise cœlo sereno. i. qui nimis credidisti aeris serenitati, tu iacebis nudus et inhumatus in arena ignota.

FINIS LIBRI
quinti.

¶ *Adilon.*

Quæruntur ſexto Manes, & Tartara Ditis.



MODESTINI IVRISCONSVLTI IN *Sextum Aeneidos Librum argumentum.*



CVmas deinde venit, fert hinc reſponſa Sibyllæ.
Miſſenum ſepelit, mons ſeruat nomen humati.
Ramum etiam ante Deûm placato numine portat.
Et Vates longæua, vna deſcendit Auernum.
Agnoſcit Palinurum, ibi conſolatur Eliſſam.
Deiphobumque videt lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum pœnas diſcit narrante Sibylla.
Conuenit Anchiſen, penituſque in valle virenti
Agnoſcitque ſuam prolem monſtrante parente.
Hæc vbi percepit, graditur; ſociosque reuiſit.

QVæruntur Sexto. In hoc primo carmine totius huius Sexti libri materia deſcribitur, deinde latius ſequentibus carminibus explicatur. Manes. i. Dij Inferorum, & Tartara. i. tabernacula & domicilia Ditis. i. Plutonis inferorum Dei quæruntur. i. inquiruntur ab Aenea in hoc Sexto Aeneidos libro. Cumas deinde. Nunc latius explicat argumentum, dicens. Deinde. i. poſt naufragium Palinuri uenit Cumas. i. ad locum illum, in quo uaticinabatur Sibylla Cumea, & ipſe Aeneas fert. i. reportat hinc. i. a Cumis reſponſa Sibyllæ. i. mulieris illius futura prædicentis. Poſt hoc ſepelit. i. in ſepulchro condit Miſenum ſocium ſuũ, mõs in quo ſepultus eſt, ſeruat nomen humati. ſ. Miſeni. Aeneas etiam portat. i. aufert ramum. ſ. aureum, & hoc, numine Deum pro Deorum placato ante. i. prius. Et Vates longæua. ſ. Sibylla deſcendit una. i. ſimul cum Aenea Auernum. i. ad Inferos. Aeneas poſtquam eſt ingreſſus Auernum agnoſcit Palinurum magiſtrum ac gubernatorẽ ſuæ claßis. Et ipſe cõſolatur ibi. i. apud Inferos Eliſſam Dido, quæ, ut in quarto dictum eſt, propter illius amorem ſe interfecerat. Que pro et uidet Deiphobum filium Priami lacerum ora. i. habentem ora lacera crudeliter. Aeneas, inquam, diſcit. i. cognoſcit atq; intelligit pœnas umbrarum. i. animarum Sibylla narrante eas. Et Aeneas conuenit. i. alloquitur Anchiſem patrem ſuum; que pro & agnoſcit penitus. i. omnino prolem ſuam. i. poſteritatem ſui generis in ualle uirenti parẽte Anchiſe monſtrante eam. Vbi. i. poſtquam percepit. i. intellexit hæc, quæ ſupra dicta ſunt, graditur. i. inde egreditur, & reuiſit ſocios ſuos, quos in portu reliquerat.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS

Liber Sextus.



SIC fatur lacrymans, classiq; immittit habenas: Pius Aeneæ animus.
Et tandem Euboicis Cumarũ allabitur oris.
Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci
Anchora fundabat naueis, & littora curuæ
Prætexunt puppes: iuuenum manus emicat ardens
Littus in Hesperium: quærit pars semina flammæ
Abstrusa in venis silicis: pars densa ferarum
Tecta rapit, syluas inuentaq; flumina monstrat.

¶ *Ecphrasis.*

SIC *fatur lachrymans. Amisso Palinuro nauis gubernatore, Aeneas flens Cumis appulit classem, ubi Sibylla solita erat dare responsa, qua duce ad inferos descendit, ut Anchisen in primis patrem uideret. Aeneas igitur lachrymans fatur sic, id est, quemadmodum in fine libri superioris dixit, & immittit habenas classi, id est, adhibet remos & uela nauibus. Et tandem, id est, post multa pericula, allabitur, id est, peruenit oris Euboicis Cumarum, id est, in oras eius urbis, quam incoluerunt, qui uenerant ex Euboea insula. Obuertunt proras pelago, more nautarum, ut sequenti nauigationi essent parati. Tum anchora fundabat naues dente tenaci, quia anchora dentes habet, & puppes curuæ, proprium Epitheton est nauium, prætexunt, id est, tegunt littora. Manus ardens iuuenum, id est, multitudo Troianorum, emicat, id est, saltum facit, in littus Hesperium, id est, in oram Italiæ: & pars Troianorum quærit semina flammæ, id est, igni scintillas, abstrusa, id est, clausa in uenis silicis, id est, lapidis pyritis, unde ignem elicimus: & pars rapit, id est, raptim inquirit syluas. appositiue. tecta densa ferarum, & monstrat socios flumina inuenta, id est, aquam.*

At pius Aeneas arces,quibus altus Apollo
Præſidet,horrendæq; procul ſecreta Sibyllæ
Antrum immane petit:magnam cui mentem,animumq;
Delius inſpirat vates,aperitq; futura.
Iam ſubeunt Triuiæ lucos,atq; aurea tecta.

Fabula de Dædalo.

Dædalus (vt fama eſt) fugiens Minoia regna
Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo,
Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos:
Chalcidicaq; leuis tandem ſuper aſtitit arce.
Redditus his primum terris,tibi Phœbe ſacrauit
Remigium alarum,poſuitq; immania templa:
In foribus,letum Androgeo:tum pendere pœnas
Cecropidæ iuſſi miſerum ſeptena quotannis

¶ Ecphraſis.

At pius Aeneas, ſeparat ducē a turba,petit antrū immāne.i.confert ſe in ſpeluncam magnam,antrū.appo.arces, quibus altus Apollo præſidet,et ſecreta procul. i prope Sibyllæ horrendæ.i.uenerandæ. Cui uates Delius.i.Apollo inſpirat mentem & animum,quod idem eſt,& aperit futura, ut uaticinetur. Iam ſubeūt Aeneas & Achates,qui nunquam ab Aenea diſcedit,lucos.i.ſyluam ſacram Triuiæ. i.Dianæ,quæ templum habebat iunctum cū Apolline,et aurea tecta.i.aurata uel pulchra. Dædalus (ut fama eſt).quis fuerit illius templi autor oſtendit dicens: ut eſt fama a Poëtis diuulgata, Dædalus fugiens regna Minoia.i. Cretam,ubi regnauit Minos Iouis filius, cuius imperio Dædalus in Creta exulabat, auſus credere ſe.i.committere ſe cælo.i.aeri pennis præpetibus.i.alis in modum uolucrum.enauit.i.uolauit,ſumpta a natatoribus trāslatione,ad Arctos gelidas.i.ad Septētrionē regionem frigidam, per iter inſuetum.i.homini inconceſſum,& tandem ille leuis aſtitit ſuper arce Chalcidica.i.ſuper Cumis,cuius habitatores primi ex Chalcide urbe Euboica fuerunt. Et Dædalus creditus.i.reſtitutus his terris. ſ. Cumanis,primus.i.imprimis ſacrauit tibi o Phœbe remigium alarum, id eſt, alas, quibus quaſi remis eo peruenit,poſuitq; i.conſtruxit templa immania.i.maxima,& poſuit in foribus letum Androgeo.i. Androgei.& eſt genitiuus græcus.fuit autem Androgeus Minois regis filius, quem Athenienſes ceciderant. Tum Cecropidæ, id eſt, Athenienſes iuſſi a Minoe pendere, id eſt, ſoluere pœnas quotannis.i.ſingulis annis,pœnas,inquā,ſeptena corpora miſerū natorū ꝑ miſerorū.

Corpora natorum:ſtat ductis ſortibus vrna.
Contra elata mari reſpondet Gnoſſia tellus.
Hic crudelis amor tauri,ſuppoſtaq́ȝ furto *furto, alij*
Paſiphae,miſtumq́ȝ genus,prolesq́ȝ biformis *tauro*
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem *Labyrin-*
Dædalus,ipſe dolos tecti,ambagesq́ȝ reſoluit *thus.*
Cæca regens filo ueſtigia: tu quoq́ȝ magnam
Partem opere in tanto (ſineret dolor) Icare haberes,
Bis conatus erat caſus effingere in auro,
Bis patriæ cecidere manus.quin protinus omnem *ali. omnia*
Perlegerent oculis,ni iam præmiſſus Achates
Afforet,atq́ȝ vna Phœbi, Triuiæq́ȝ ſacerdos
Deiphobe Glauci,fatur quæ talia Regi:
Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit: *ali. poſcūt*
Nunc grege de intacto ſeptem mactare iuuencos.

¶ *Ecphraſis.*

Vrna,ideſt,uas illud,unde ſortes educuntur,ſtat,id eſt,eminet ductis ſortibus puerorū,& tellus Gnoßia,id eſt,Cretenſis elata.i.eminens mari Aegeo reſpondet contra,id eſt,e regione poſita eſt.Hic,id eſt,in foriū cælatura erat crudelis amor tauri,& Paſiphae ſuppoſta,id eſt,latenter poſita furto, id eſt,adulterio, & Minotaurus adeſt mixtum genus ex homine & tauro,& proles biformis,idē eſt. ap. monumentū Veneris nefandæ.Hic etiā.i.in foribus erat labor ille domus.i.Labyrinthi,& error inextricabilis.i.qui facile explicari non poſſet.Sed enim Dædalus ipſe miſeratus magnum amorē reginæ.i.Ariadnæ Minoisregis filiæ reſoluit dolos & ambages.i.circuitus et errores tecti,quod fecit regens filo ueſtigia cæca. i.occulta.Tu quoq; o Icare haberes magnā partē in tanto opere, ſi dolor patris ſineret.Nā Dædalus conatus erat bis effingere.i.cælare caſus in auro.i. quomodo filius in mare Icariū cecidit,ſed man⁹ patriæ.i.patris bis cecidere.Quin ,ptin⁹ .i.immo cōtinuo plegerēt.i.pcurrerēt oculis omnē.ſ.picturā,niſi Achates pmiſſ⁹ ab Aenea afforet,atq; una.i.ſimul cū eo Deiphobe Sibylla filia Glauci,q̄ erat ſacerdos Phœbi et Triuiæ.i. Dianæ,q̄ fat᷑ talia Aeneæ Regi.Hoc tēp⁹ nō poſcit ſibi iſta.i.talia ſpectacula,ſed p̄ſtiterit.i.lōge meli⁹ erit,mactare.i.ſacrificare ſeptē iu-

Præſtiterit,totidem lectas de more bidentes.
Talibus affata Aeneam:nec ſacra morantur
Iuſſa viri,Teucros vocat alta in templa ſacerdos.
Deſcriptio antri. Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quo lati ducunt aditus centum,oſtia centum,
Vnde ruunt totidem voces,reſponſa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen,cum virgo poſcere fata
Tempus ait:Deus ecce Deus:cui talia fanti
Ante fores ſubito non vultus,non color vnus,
Non comptæ manſere comæ:ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument,maiorq; videri,
Nec mortale ſonans,afflata eſt numine quando
Iam propiore Dei.ceſſas in vota,præcesq;
Tros,ait,Aeneas?ceſſas?nec enim ante dehiſcent
Attonitæ magna ora domus,& talia fata

¶Ecphraſis.

uencos, & totidem bidentes.i. oues lectas de grege intacto.i.integro.Et Sibylla affata eſt Aeneam talibus uerbis, nec uiri Troiani morantur ſacra iuſſa, id eſt, a Sibylla imperata. Sacerdos,id eſt.Sibylla uocat Teucros in alta templa. Exciſum Euboicæ.deſcribit antrũ Sibyllæ dicens.Latus rupis Euboicæ erat exciſum, id eſt,excauatum in antrum ingens,id eſt,in formam ingentis antri,quo,id eſt,in quod antrum lati aditus,id eſt,introitus ducunt volentes Sibyllam conſulere, & quo centum oſtia ducunt,unde totidem uoces ruunt. ap.reſponſa, id eſt, oracula Sibyllæ.Ventum erat ad limen,id eſt,ad ſpeluncæ ingreſſum, cũ uirgo.i. Sibylla, quæ uirgo fuit perpetua,ait.O Troiani tempus eſt uos poſcere fata.i.quæ uobis euentura ſunt.Deꝰ ecce Deus:ſup.aduẽtat.Cui Sibyllæ fanti.i. dicẽti talia ante fores non uultus unus manſit,non color unus manſit, non comæ manſere comptæ, ſed præ nimio horrore turbatæ ſunt.Sed pectus anhelum.i.cum difficultate ſpirans,& corda fera tument rabie propter Apollinis inſtinctum,& uideri pro uidebatur maior, nec ſonans mortale, id eſt, uoce humana, quando pro quoniam afflata eſt, id eſt, inſpirata numine Dei propiore iam, id eſt, propinquiore, Dei, id eſt, Apollinis. Et Sibylla ait: o Aenea Tros, id eſt, Troiane ceſſas ceſſas in uota?neq; enim ante magna ora.i.oſtia domus attonitæ dehiſcent.i.deſt, aperientur,ſubintellige,quam uota conceperis. & fata.i.locuta talia conticuit,

Conticuit.gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor,fuditq; preces Rex pectore ab imo:
Phœbe graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela,manusq;
Corpus in Aeacidę,magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te,penitusq; repostas
Massylum gentes,prætentaq; Syrtibus arua,
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus horas:
Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.
Vos quoq; Pergameæ iam fas est parcere genti
Dij,Deæq; omnes,quibus obstitit Ilium,& ingens
Gloria Dardaniæ:tuq; o sanctissima vates
Præscia venturi,da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Errantesq; Deos,agitataq; numina Troiæ.
Tum Phœbo & Triuiæ solido de marmore templa
Instituam;festosq; dies de nomine Phœbi:

¶ *Ecphrasis.*

Tremor gelidus ab effectu cucurrit Teucris per ossa dura,idest,medullas,& rex Aeneas fudit preces ab imo pectore. O Phœbe semper miserate graues labores Troiæ,qui direxti pro direxisti tela Dardana,id est,sagittas Paridis in corpus Aeacidæ,idest,Achillis nepotis Aeaci,et direxisti etiam manus.Ego intraui te duce tot maria obeuntia terras,id est,circumeuntia terras,& intraui gentes Massylum pro Massylorum,id est,Aphrorum repostas penitus,id est,rematas:& intraui arua prætenta Syrtibus,id est,anteposita. Iam tandem post multos labores prendimus oras Italiæ fugientis,quæ uidetur nos fugere,fortuna Troiana,quasi diceret aduersa,hactenus persecuta fuerit nos. Vos quoq; o Dij & Deæ omnes,quibus Ilion & ingens gloria Dardanidum pro Dardanidarum obstitit,id est,inuisa fuit,fas est uos parcere genti Pergameæ,idest,Troianæ. Tuq; o uates sanctissima præscia uenturi da Teucros considere,idest,sedes ponere Latio,id est,in Italia quia ego posco regna non indebita immo debita fatis meis:da quoq; errantes Deos,& numina Troiæ fatigata considere Latio.Tum,scilicet,cum Teucri posuerint sedes in Italia,ego instituam templum solidum de marmore solido.i.non incrustato tantũ in superficie,Phœbo et Triuiæ.i.in honorẽ horũ

Te quoq; magna manent regnis penetralia nostris.
Hic ego nanq; tuas sortes, arcanaq; fata
Dicta meæ genti ponam, lectosq; sacrabo
Alma viros: folijs tantum ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Ipsa canas, oro: finem dedit ore loquendi.
At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum: tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitq; premendo.
Ostia iamq; domus patuere ingentia centum
Sponte sua, uatisq; ferunt responsa per auras:
O tandem magni pelagi defuncte periclis,

Alludit ad libros Sibyllinos, Romæ adseruatos.

Oraculum Sibyllæ.

¶ *Ecphrasis.*

Deorum, & instituam dies festos de nomine Phœbi. & o Sibylla magna penetralia. i. templa secreta manent, i. expectant te in nostris illis regnis, & o alma Sibylla ego ponam hic. i. in hoc templo tibi dedicato tuas sortes. i. tua oracula, & pro id est fata arcana, & sacrabo tibi. i. dedicabo uiros lectos. i. electos, qui interpretentur carmina tua, tantũ, subaudi, oro te, ne mandes folijs arborum nomina. i. uerba oraculi, nam cæteris ita respondebat Sibylla: & cum uenti turbabant folia, nemo folia poterat in pristinum ordinem reducere, & idcirco dicit: ne ludibria. i. folia illa, quæ cæteros solent ludere, turbata uentis rapidis uolent. Hoc autem Aeneas ex consilio Heleni, quod in libro tertio illi dedit, nunc a Sibylla petit dicens: ore ipsas canas, quasi diceret, uerbis tuis & uiua uoce mihi narres, & dedit finẽ loquendi ore, nã Pleonasmos est. At Phœbi. Aeneas talia loquebatur, at uero uates. i. Sibylla Prophetis nondũ patiens. i. quæ ad huc non poterat intra se Phœbũ capere, Phœbi immanis. i. maximi, quia ingeniũ humanũ uix potest diuinitatẽ cõcipere, bacchatur. i. quasi furibunda discurit in antro, si possit excussisse magnũ Deũ. i. Apollinẽ ex pectore. Sed ille Deus Apollo tanto magis fatigat Sibyllam, rabidũ os domãs et fera corda Sibyllæ, & fingit premẽdo. s. corda illa fera formãdo. Et iam centũ ostia ingentia domus patuere. i. aperta sunt, spõte sua. i. nemine aperiente, sed per se ipsa, & ferũt responsa uatis Sibyllæ per auras, quia uox per aera fertur. O tandẽ magnis. oraculum est Sibyllæ loquentis Aeneæ, dicens. O. s. Aenea tãdẽ defuncte. i. perfuncte magnis periculis pelagi, sed grauiora manẽt in terra

Sed terra grauiora manent:in regna Lauini
Dardanidæ venient (mitte hanc de pectore curam)
Sed non & venisse volent:bella horrida,bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.
Non Simois tibi,nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint: alius Latio iam partus Achilles,
Natus & ipse Dea, nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit:cum tu supplex in rebus egenis,
Quas gentes Italum,aut quas non oraueris vrbes?
Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris,
Externiq; iterum thalami.
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,
Qua tua te fortuna sinet : via prima salutis,
Quod minime reris,Graia pandetur ab vrbe.
Talibus ex adyto dictis,Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages,antroq; remugit,
Obscuris vera inuoluens,ea fræna furenti

ali. Latini

Nã & Paris ab Helena fuerat hospitio susceptus.

audentior ali. audacior

¶Ecphrasis.

ra.Dardanidæ,id est,Troiani ueniẽt in regna Lauini oppidi,ideo mitte.i.dimitte hanc curam de pectore tuo,sed uolent non uenisse in Italiã,nam ego cerno bella horrida,& Tyberim spumantẽ multo sanguine occisorũ.& Simois & Xanthus flumina Troiæ,& castra Dorica non defuerint tibi cum ueneris illuc,quia alius Achilles est tibi partus,idest,paratus Latio,hoc dicit propter Turnum, cũ quo certaturus erat,& ipse natus Dea,quemadmodum Achilles ex Thetide, ita Turnus ex Venilia.Nec Iuno addita.i.inimica Teucris aberit usquã.i.in aliquo loco.Cũ.i.quo tẽpore tu supplex in rebus egenis.i.paupertate rerũ,quas gentes Italũ pro Italorũ.aut quas urbes non oraueris?q.d.omnes.Causa tanti mali erit coniux,scilicet,Lauinia,iterum hospita Teucris,quemadmodũ Helena quondã fuit,& thalami hesterni iterũ erunt causa tanti mali. Tu o Aenea ne cedas malis, sed contra ito audentior,qua fortuna tua ducet te. Via prima salutis pandetur tibi ab urbe Graia.i.Græca (hoc dicit ꝑpter Euãdrũ,q ab Arcadia ueniẽs Palãteũ in Italia condidit)quod minime reris.i.putas,cũ Græci hostes sint Troianis. Sibylla Cumæa canit ambages horrendas talibus dictis ex adyto, idest,tẽplii loco secreto,& remugit antro inuoluens obscura ueris more Prophetarũ.Apollo cõ

Concutit,& stimulos sub pectore vertit Apollo.
Vt primum cessit furor,& rabida ora quierunt,
Incipit Aeneas heros:Non vlla laborum
O uirgo noua mi facies, inopina ue surgit,
Prudētia. Omnia percepi, atq; animo mecum ante peregi.
ali. Ditis Vnum oro (quando hic inferni ianua Regis
Dicitur,& tenebrosa palus Acheronte refuso)
Ire ad conspectum chari genitoris & ora
Contingat:doceas iter,& sacra ostia pandas.
Illum ego per flammas,& mille sequentia tela
Eripui his humeris,medioq; ex hoste recepi:
ali. Ipse Ille meum comitatus iter,maria omnia mecum,
Atq; omnes pelagiq; minas,cœliq; ferebat
Inualidus,vires vltra,sortemq; senectæ:
Quin vt te supplex peterem & tua limina adirem,
Idem orans mandata dabat:natiq;,patrisq;

¶ *Ecphrasis.*

cutit ea frena,& uertit stimulos sub pectore,translatio sumpta est ab equite, qui freno & stimulo regit equum. Vt primum furor cessit, id est, recessit ab illa.& ora rabida quierunt,pro quieuerunt. Aeneas heros incipit. Non ulla laborum. Verba sunt Aeneæ ad Sibyllam. O uirgo non ulla,id est,nulla noua facies, id est, res,uel inopina,id est,inopinata surgit mi,id est,mihi.i.ex tuis uerbis ostēditur, quia omnia percepi ante,& peregi mecum animo.i.percogitaui. Sed unum oro, contingat mihi ire ad conspectum & ora genitoris chari,& per parenthesim interposuit,quando pro quoniam ianua regis inferni dicitur esse hic,& palus tenebrosa Acherōte refuso.i.styx palus,in quā Acheron fluuius refunditur in stagni modum. & oro te doceas iter,qua mihi sit eundum,& pandas.i.aperias ostia sacra.i.intra quæ continentur occulta. Ego eripui illum his humeris.i.ereptū sub isti his humeris per flammas & mille tela sequētia,ut libro secundo dictum est:& recepi illū.i liberaui ex medio hoste.i.hostibus. Ille comitatus est meū iter:& ferebat mecū omnia maria,& omnes minas pelagi & cæli.i.aeris. Ille,inquam,cum esset inualidus ferebat omnia ultra uires,& sortem senectæ. Quin,id est, insuper idē dabat mihi mādata orās,ut ego supplex peterē te,et adirē tua limina. Ideo o alma sibylla p̄cor miserere nati.i.mei,et patris.i.Anchisæ,nāq; potes.s.misereri.

Alma precor miſerere:potes nanqꝫ omnia:nec te
Nequicquam lucis Hecate præfecit Auernis.
Si potuit manes arceſſere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara,fidibusq́ꝫ canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq́ꝫ,reditq́ꝫ uiam toties. quid Theſea? magnum
Quid memorem Alciden? & mi genus ab Ioue ſummo.
Talibus orabat dictis,arasq́ꝫ tenebat.
Tum ſic orſa loqui vates: Sate ſanguine Diuum
Tros Anchiſiade,facilis deſcenſus Auerni,
Noctes,atqꝫ dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum,ſuperasq́ꝫ euadere ad auras,
Hoc opus,hic labor eſt.pauci,quos equus amauit
Iuppiter,aut ardens euexit ad æthera virtus:
Dijs geniti potuere.tenent media omnia ſyluæ,
Cocytusq́ꝫ ſinu labens circunfluit atro.
Quod ſi tantus amor menti,ſi tanta cupido eſt

Alludit ad ritum ue tuſtatis: tenebat enim cornu aræ, q præcabatur.

¶ Ecphraſis.

et omnia facere.Nec nequicquã.i.non fruſtra Hecate.i.Proſerpina præfecit te lucis illius Auernis.i.loci huius.Si potuit.exemplo dicit poſſe hoc fieri dicens. Si Orpheus.i.quia Orpheus potuit arceſſere.i.uocare manes.i.animam coniugis. i: Euridices,idq; fret⁹ cythara Threicia,quia Thrax fuit,et fret⁹ fidib⁹ canoris.i.inſtrumẽto muſico.Si Pollux redemit fratrem.i. Caſtorem morte alterna;quia partitus eſt cum illo immortalitatem,& it & redit uiã.ſ.ad Inferos toties. i. ſæpiſſime.Quid memorem Theſea magnum? & quid memorem Alciden.i.quid de illis dicam? qui & ipſi illuc decenderunt,et mi pro mihi eſt genus a Ioue ſummo. Aeneas orabat talibus dictis,& tenebat aras ſacrificans, cum Vates Sibylla orſa eſt.i. incepit loq ſic.O Anchiſiade.i.o Aenea ſate.i.genite ſanguine Diuũ pro Diuorũ,deſcenſus Auerni eſt facilis,quia ianua Ditis.i. Plutonis atri.i.nigri patet .i.aperta eſt dies atq; noctes.Sed hoc eſt opus,& hic eſt labor.i.difficultas reuocare gradũ.i.retro ferre pedes,& euadere ad auras ſuperas.i.ad cælũ.Pauci potuere id facere,quos Iuppiter æqu⁹ amauit,aut uirt⁹ ardẽs euexit ad æthera,et etiã geniti a Dijs. Nam ſyluæ tenent omnia media, & Cocytus labẽs ſinu atro circũuenit illos.i.claudit,& intra ſe detinet. Quod ſi tantus amor eſt menti tuæ, &

labori alij dolori

Ramus aureus.

Per ramũ aureum intelligit prudentia, qua nihil non quantumuis arduũ & difficile potest assequi.

Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, & insano iuuat indulgere labori;
Accipe quæ peragenda prius, latet arbore opaca
Aureus & folijs, & lento vimine ramus,
Iunoni infernæ dictus sacer; hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus vmbræ,
Sed non ante datur telluris operta subire,
Auricomos quam quis decerpserit arbore fœtus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit; primo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Ergo alte vestiga oculis, & rite repertum
Carpe manu; nanq; ipse volens, facilisq; sequetur,
Si te fata vocant; aliter, non viribus vllis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea iacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu nescis) totamq; incestat funere classem,

¶*Ecphrasis.*

tanta cupido est tibi innare bis lacus Stygios, & uidere bis nigra Tartara, & iu-
uat indulgere labori insano.i.magno, accipe.i.audi, quæ sunt peragẽda prius. Ra-
mus aureus & folijs & uimine lento latet in arbore opaca.i.umbrosa, ramus, in-
quam, dictus sacer.i.sacratus Iunoni infernæ.i. Proserpinæ, quæ eundem locũ ob-
tinet apud Plutonem, quem Iuno apud Iouem. Hunc ramum omnis lucus, ne faci-
le poßit inueniri, & umbræ claudunt illum in conuallibus obscuris propter arbo-
rum spißitudinem. Sed nõ datur.i.nõ permissum est, ante subire operta telluris.i.
quæ sunt apud inferos clausa, quam quis.i.ille qui cupit illuc descendere, decerpse-
rit.i.frangendo habuerit ab arbore fœtus.i.ramos auricomos.i.habentes frõdes
aureas. Proserpina pulchra Cereris ex Ioue filia instituit hoc munus.i.hunc ramũ
ferri sibi quasi suum, & primo auulso ramo, non deficit alter aureus, sicut ille pri-
or, & uirga frondescit simili metallo, quia æque est aureus. Ergo.i.quia ita est, ue-
stiga.i.inquire alte oculis, & carpe manu illum rite repertum. Namq; ipse ramus
uolens & facilis sequetur te, si fata uocant te.i.si dignus fueris. Aliter non pote-
ris uincere ullis uiribus, nec poteris cõuellere duro ferro. Præterea (uaticinatur
de morte Misseni) corpus amici, id est, Misseni iacet exanimum tibi, & incestat

Dum consulta petis, nostroq; in limine pendes.
Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto.
Sic demum lucos Stygios, regna inuia viuis
Aspicies, dixit: pressoq; obmutuit ore.
Aeneas mœsto defixus lumina vultu
Ingreditur linquens antrum, cæcosq; volutat
Euentus animo secum: cui fidus Achates
It comes, & paribus curis vestigia figit.
Multa inter sese vario sermone serebant:
Quem socium exanimum vates, quod corpus humandum
Diceret: atq; illi Misenum in littore sicco, *Misenus.*
Vt venere, vident indigna morte peremptum:
Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter
Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.

¶ *Ecphrasis.*

id est, funestat et contaminat funere suo totam classem, sed tu (heu nescis) dum a me petis consulta, & pendes in nostro limine responsum expectans. Refer hunc ante suis sedibus, & pro id est conde sepulchro. Duc pecudes nigras .i. oues, & ea sunto .i. sint prima piacula .i. sacrificia purgatoria. Sic demum .i. finaliter ut ita dicam, tu aspicies regna inuia uiuis, et lucos Stygios. Dixit Sibylla, quæ superius cōmemorauit, & obmutuit ore presso .i. tacuit. Aeneas defixus lumina .i. habens oculos fixos in terra uultu mœsto ingreditur .i. digreditur linquēs antrū Sibyllæ, & uolutat secum animo .i. reputat cæcos euentus .i. incertos exitus. Cui Achates comes Aeneæ fidus it comes .i. comitatur Aeneam, & figit vestigia, id est, incedit paribus curis, quia nō minor erat illi cura, quā ipsi Aeneæ, ex quo omnis cura pēdebat. Et serebant .i. Aeneas & Achates conferebant inter se multa sermone uario, id est, incerto, quoniam ignorabant, quem socium Vates Sibylla dicebat exanimum .i. mortuū, et quod corpus diceret humandum .i. sepeliendū. Atq; illi, ut uenerunt in castra, uiderunt Misenum unum ex Troianis in littore sicco (quia etiam littus est prima pars maris, sicut & prima pars terræ) peremptum indigna morte .i. immerita. Misenū, inquā, Aeolidē .i. Aeoli filiū, qa tubicē erat, q̄ ars nō pficit nisi spiritu, cui Aeolus præest, quo Miseno alter nō fuit pstātior .i. melior ciere .i. concitare uiros ad pugnam ære .i. tuba ærea, & accendere Martem cantu.

Hectoris hic magni fuerat comes: Hectora circum
Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta.
Poſtquam illum victor vita ſpoliauit Achilles,
Dardanio Aeneæ ſeſe fortiſſimus heros
Addiderat ſocium, non inferiora ſecutus.
Sed tum, forte caua dum perſonat æquora concha
Demens, & cantu vocat in certamina Diuos,
Aemulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt)
Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat vnda.
Ergo omnes magno circum clamore fremebant,
Præcipue pius Aeneas: tum iuſſa Sibyllæ,
Haud mora, feſtinant flentes, aramq; ſepulchri
Congerere arboribus, cœloq; educere certant.
Itur in antiquam ſyluam, ſtabula alta ferarum:
Procumbunt piceæ; ſonat icta ſecuribus ilex,
Fraxineæq; trabes; cuneis & fiſſile robur.

Miſſen⁹ in undis periJt.

¶ *Ecphraſis.*

*Hic Miſſenus fuerat comes magni Hectoris. Et ille Miſenus inſignis lituo, id eſt,
tuba & haſta obibat pugnas, id eſt, exequebatur officium pugnæ circum Hecto-
ra.i.cũ Hector pugnabat: Sed poſtquam Achilles uictor ſpoliauit illũ uita, id eſt,
interfecit Hectorẽ, Heros fortiſsimus Miſſenus addiderat ſeſe ſociũ Aeneæ Dar-
danio, ſecutus non inferiora, quia Aeneas non minor erat Hectore, ſed hoc affe-
ctanter a Virgilio dictum eſt. Sed tum, forte dum Miſſenus perſonat.i.claſsico tu-
bæ concitat æquora cõcha, id eſt, tuba: aut quia concha marina eſt ad hos uſus
Tritoni, qui & ipſe tubijcen eſt Deorũ marinorum, & ille demẽs uocat Diuos,
ideſt, Deos marinos in certamina cãtus tubarũ, Triton æmulus.i.ciuſdẽ artis ſtu-
dioſus merſerat uirũ Miſſenum exceptum, id eſt, ex inſidijs raptum inter ſaxa un-
da ſpumanti, ſi dignũ eſt credere, dictũ eſt per parentheſim. Ergo omnes Troiani
fremebãt.i.murmurabãt magno clamore, ſed præcipue pius Aeneas fremebat. Tũ
illi flẽtes feſtinãt.i.feſtinãter parãt iuſſa Sibyllæ, & certãt.i.certatim cõtendũt cõ-
gerere.i.cõgregare arã. i. lignorũ ſtruẽ ex arboribus, & educere illã cælo.i.in
cælũ. Itur.i.omnes eunt in ſyluã antiquã.appoſitiue.ſtabula alta ferarũ. Piceæ ar-
bores ex genere pinorũ procumbũt.i.cadũt. Ilex arbor icta.i.percuſſa ſecuribus
ſonat. Et trabes fraxineæ ſcindũtur, et robur fiſsile cuneis.i.quod facile ſinditur.*

Scinditur

Scinditur,aduoluunt ingenteis montibus ornos,
Nec non Aeneas opera inter talia primus
Hortatur ſocios,paribusq; accingitur armis.
Atq; hæc ipſe ſuo triſti cum corde volutat,
Aſpectans ſyluam immenſam,& ſic forte precatur:
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat nemore in tanto:quando omnia vere
Heu nimium de te vates Miſene locuta eſt.
Vix ea fatus erat,geminæ cum forte columbæ
Ipſa ſub ora viri cœlo venere volantes,
Et viridi ſedere ſolo,tum maximus heros
Maternas agnoſcit aues,lætusq; precatur:
Eſte duces,o ſi qua via eſt,curſumq; per auras
Dirigite in lucos,vbi pinguem diues opacat
Ramus humum,tuq; o dubijs ne deſice rebus
Diua parens.ſic effatus veſtigia preſſit,
Obſeruans quæ ſigna ferant,quo tendere pergant.

ali.ac uoluunt

ali.uera

Columbæ Veneri dedicatæ,ob fœcunditatem.

Boni ominis eſt, in augurio uidere paſcẽtes aues.

¶ *Ecphraſis.*

Scinditur,ac uoluunt ornos arbores ſylueſtres ingentes a montibus. Nec *non Aeneas primus inter talia opera hortatur ſocios,& accingitur armis paribus.i.ſecuri ad cædendum quoq; arbores.Atq; ipſe uolutat hæc cum ſuo triſti corde,& aſpectans ſyluam immenſam forte precatur ſic.i.in modum ſequentem.* O *ſi.i.utinam ille ramus aureus oſtendat ſe nobis in tanto nemore,quando pro quia o* Miſene*(ad mortuum apoſtrophe eſt)uates.i.Sibylla locuta eſt de te omnia heu nimium uere.* Vix Aeneas *fatus erat ea, uix,id eſt, nondum,cum columbæ uolantes uenere forte ſub ipſa ora uiri* Aeneæ,*& ſedere.i.ſederunt in ſolo,id eſt,terra uiridi.*Tum Aeneas *heros maximus agnoſcit.i recognoſcit aues maternas, quoniam columbæ ſunt in tutela* Veneris, *quæ mater eſt* Aeneæ, *qui lætus eo auſpicio precatur ſic.O columbæ.ſi qua uia eſt ad ramum illum aureum.eſte duces,id eſt, ducite me,& dirigite curſum in lucos, ubi ramus diues,quia aureus,opacat, id eſt,inumbrat humum pinguem,propterea quod talem ramum procreat.* Et o Diua *parens.id eſt, o* Venus *mater ne deſice i.immoſis præſens mihi in rebus dubijs.Sic effatus* Aeneas *preſſit ueſtigia,id eſt.ſtetit, obſeruans quæ ſigna ferant columbæ,& quo pergãt,id eſt, perſeuerent tendere paſcentes. i. dum paſcuntur.*

Pascentes: illæ tantum prodire volando,
Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde, vbi venere ad fauces graueolentis Auerni,
Tollunt se celeres, liquidumq́ per aera lapsæ
alij gemi- Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.
næ Discolor vnde auri per ramos aura refulsit:
Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circundare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice: sic leni crepitabat bractea vento.
Corripit extemplo Aeneas, auidusq́ refringit
Cunctantem, & vatis portat sub tecta Sibyllæ.
Nec minus interea Misenum in littore Teucri
Flebant: & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tedis, & robore secto

¶Ecphrasis.

Illæ columbæ tantum prodire pro prodibant uolando, quantum oculi sequentum possent seruare, id est, aspicere. Inde ubi columbæ uenere ad fauces Auerni olentis graue, id est, grauiter, quia odorē grauem mittit, illæ cæleres tollunt se, id est, in sublime eriguntur, & lapsæ per aera liquidum, id est, purum & sine nubibus, sidunt, id est, descendentes sedent sedibus optatis. appositiue. super arbore gemina. Vnde, id est, ex qua arbore aura discolor, id est, splendor auri diuersum habēs colorem refulsit per ramos: quale pro qualiter uiscum, quod Hispani dicunt liga, solet uirere noua fronde, quia illæ non sunt arboris frondes, sed quasi muscus trunco accedens, & hoc in syluis & tempore brumali, uiscum, inquam, quod sua arbos non seminat, quia ex turdelarum fimo procreatur, & solet uiscum id circundare truncos teretes, id est, in longum rotundos. Talis. comparationem aptat, dicens, species auri frondentis in ilice opaca erat talis, & bractea, id est, auri lamina tenuis sic crepitabat uento leni. Aeneas extemplo .i. statim corripit ramū, & auidus refringit illum cunctantem .i. opinione ipsius immorantem, & portat illū sub tecta Sibyllæ uatis. Nec minus, id est, præterea Teucri flebant interea Misenum in littore, & ferebant suprema munera cineri ingrato, id est, qui non erat illis gratiā relaturus. Principio Troiani struxerūt ingētē pyrā, pinguē tedis et ro

Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt: corpusque lauant frigentis, & vngunt.
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt,
Purpureasque super vestes velamina nota
Coniiciunt: pars ingenti subiere pheretro
Triste ministerium, & subiectam more parentum
Auersi tenuere facem: congesta cremantur
Turea dona, dapes, fuso crateres oliuo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Relliquias vino, & bibulam lauere fauillam:
Ossaque lecta cado texit Chorineus aheno.
Idem ter socios pura circuntulit unda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ:
Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba.

Herodot9 in primo libro facit mētionem ungēdorū corporū.

Vento extinguebantur rogus.

ali. puram. ali. undam.

¶ *Ecphrasis.*

bore secto. Cui Pyræ intexunt latera frondibus atris, id est, funeralibus, & constituunt ante Pyram cupressos ferales, id est, funestas, & decorant Pyram armis fulgentibus. Pars Troianorum expediunt latices calidos, & ahena undantia flammis, id est, aquam calidam in ahenis, qua lauant & ungunt corpus frigentis, id est, mortui, gemitus fit, id est, gemunt. Tum reponunt toro, id est, pheretro membra defleta, & coijciunt super toro uestes purpureas. appositiue. uelamina nota, scilicet, in funeribus: pars subierunt pheretro ingenti. appositiue. ministerium triste, & auersi, id est, habentes faciem auersam tenuere facem subiectam, id est, pyræ suppositam more parentum, & dona thurea, id est, thura, & dapes, & crateres olino fuso cremantur. Postquam cineres collapsi sunt ex cadauere, & flāma quieuit, lauerunt uino reliquias, id est, cineres, hoc est, fauillam bibulam; id est, quæ multum bibit humorem. & Chorineus sacerdos texit ossa lecta, id est, electa uel collecta cado aheno. Idem Chorineus circuntulit, & purgauit socios unda pura, spargens illos rore leui ramo fœlicis oliuæ aqua intincto, & lustrauit uiros, quia funestati erant, & dixit uerba nouißima.i.ultima: qualia sunt uale, aut sit tibi terra leuis, aut requiescat in pace.

Monumentum. At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum
Impoſuit, ſuaq; arma viro, remumq;, tubamq;
Monte ſub aerio: qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur, æternumq; tenet per ſecula nomen.
His actis, propere exequitur præcepta Sibyllæ.
Auerni deſcriptio. Spelunca alta fuit, vaſtoq; immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris:
Quam ſuper haud vllæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis: talis ſeſe halitus atris
alias Aornon Faucibus effundens, ſupera ad conuexa ferebat:
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.
Quattuor hic primum nigranteis terga iuuencos
Conſtituit, frontiq; inuergit vina ſacerdos:
Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,
Ignibus imponit ſacris libamina prima,
Voce uocans Hecaten, cœloq;, Ereboq; potentem.

¶ *Ecphraſis.*

At Aeneas pius impoſuit ſepulchrum ingenti mole.i.ingentis altitudinis, et impoſuit ſua arma uiro Miſeno.ſ.remum et tubam, ſub monte aerio.i.alto, qui nūc dicitur Miſenus ab illo.ſ. Miſeno Aeneæ ſocio, & ſic tenet nomen æternum per ſecula.i.per ſæculorum æternitatē. His actis.i.poſtquam hæc acta et perfecta ſunt, Aeneas exequitur præcepta Sibyllæ de ſacrificio faciendo, & deſcribit primo locum dicens. Spelunca alta fuit & immanis.i.maxima uaſto hiatu, id eſt, oris apertura, ſcrupea, id eſt, ſaxoſa tuta, id eſt, defenſa lacu nigro, id eſt, profundo, & tenebris, id eſt, umbris nemorum, id eſt, arborum. Super quam ſpeluncam haud ullæ uolantes, id eſt, uolucres poterant tendere iter, id eſt, uolare pennis. Talis halitus, id eſt, uapor effundens ſeſe faucibus atris illius ſpeluncæ ferebat ſeſe ad conuexa ſupera.i.ad cœli concaua. Vnde Graij, id eſt, Græci dixerunt locū nomine Auernum, quaſi ſine amœnitate. Aeneas primo conſtituit hic quatuor iuuencos nigrantes terga, id eſt, terga habentes nigra, & ſacerdos, id eſt, Sibylla inuergit, id eſt, infundit uina fronti, & carpens inter cornua ſummas ſetas. appoſitiue. prima libamina imponit illis ignibus ſacris, uocans uoce alta, ſcilicet, Hecaten.i.Dianā potentē cœlo, & eandē Proſerpinam potētē Erebo.i.loco inferno,

Supponunt alij cultros,tepidumq́ cruorem
Suſcipiunt pateris:ipſe atri velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum,magnæq́ ſorori
Enſe ferit;ſterilemq́ tibi Proſerpina vaccam.
Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras,
Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis,
Pingue ſuperq́ oleum fundens ardentibus extis.
Ecce autem primi ſub lumina Solis,& ortus,
Sub pedibus mugire ſolum,& iuga cœpta moueri
Syluarum,viſæq́ canes vlulare per vmbram,
Aduentante Dea:procul,o procul eſte prophani.
Conclamat vates,totoq́ abſiſtite luco.
Tuq́ inuade viam,uaginaq́ eripe ferrum:
Nunc animis opus Aenea,nunc pectore firmo.
Tantum effata furens an ro ſe immiſit aperto.
Ille ducem haut timidis vadentem paſſibus æquat.
Dij quibus imperium eſt animarum,vmbræq́ ſilentes,

¶ *Ecphraſis.*

Alij ex miniſtris ſupponunt cultros,quibus iuuencos confodiunt, & ſuſcipiunt pateris cruorem tepidum,quem libaturi erant. Ipſe Aeneas ferit enſe.i.ſacrificat agnam atri uelleris.i.nigram matri Eumenidum.i. nocti,quæ genuit furias,et ſorori magnæ.i.umbræ, et ſacrificat tibi o Proſerpina ſterilem uaccam,quia illa nihil genuit ex Plutõe. Tum.i.deinde Aeneas inchoat Plutoni regi Stygio aras nocturnas.i.in quibus per noctem erat ſacrificandum,& imponit in illis flammis ſolida uiſcera taurorum.id eſt,carnem integram,& inſuper fundens extis ardentibus oleum pingue. Ecce autem de re improuiſa,Dea aduentante ſub limine primi ſolis & ortus,ſolum,id eſt,terra cœpit mugire ſub pedibus, iuga ſyluarum cœpta ſunt moueri,& canes uiſæ ſunt ululare per umbrã. Vates.i. Sibylla conclamat,o profani procul o procul eſte,& abſiſtite,id eſt,diſcedite toto luco, & uidetur hoc dicere comitibus Aeneæ. Et tu o Aenea inuade uiam, uaginaq; eripe ferrum, id eſt, diſtringe enſem, quia nunc eſt opus animis, id eſt, animoſitate,& nunc eſt opus pectore firmo. Tantum effata furens,id eſt,Sibylla furore diuino parcita immiſit ſe antro aperto,id eſt,in antrũ apertum,& ille Aeneas æquat ducẽ.i.Sibyllã uadẽtẽ.i.præcedentem paßibus haud timidis.i.audacib9.

Et Chaos,& Phlegeton,loca nocte silentia late,
Sit mihi fas audita loqui,sit numine vestro
Pandere res alta terra,& calligine mersas,
sil. umbrā Ibant obscuri sola sub nocte per umbras,
Perq́ꝫ domos Ditis vacuas,& inania regna:
Quale per incertam Lunam sub luce maligna
Est iter in syluis,vbi cœlum condidit vmbra
Iuppiter,& rebus nox abstulit atra colorem.
Vestibulum ante ipsum,primis in faucibus Orci
Erebi filij Luctus,& vltrices posuere cubilia curæ,
Pallentesq́ꝫ habitant morbi,tristisq́ꝫ senectus,
Et metus,& male suada fames,& turpis egestas,
Terribiles visu formæ,lethumq́ꝫ,laborq́ꝫ,
Tum consanguineus lethi sopor,& mala mentis
Gaudia,mortiferumq́ꝫ aduerso in limine Bellum,
Ferreiq́ꝫ Eumenidum thalami,& discordia demens
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

¶*Ecphrasis.*

Dij quibus.quia Vergilius res mysticas est reuelaturus, petit ueniā a Manibus, ut sibi liceat aperire,quod occultum est,dicens. O Dij inferi,quibus imperium animarum est,& umbræ silentes,& o Chaos,& o Phlegetō,atq; o loca silentia late nocte,id est,umbris inferis,sit mihi fas,id est,licitum loqui audita,& sit fas uestro numine.i.autoritate pandere.i. aperire res mersas.i. occultas terra alta,& caligine.i. umbra terræ.Ibant Sibylla & Aeneas obscuri per umbras sub nocte sola,& ibant per domos uacuas Ditis.i.Plutonis,& per regna innauia,quia illic non sunt corpora sed tantum umbræ:& ibant per tale iter,quale iter est in syluis per Lunā incertā sub luce maligna.i.angusta,& hoc ubi Iuppiter.i.aer condidit cœlū umbra,et nox atra abstulit colorē reb9,qa colores nisi luce media uideri nō possūt.Ante ipsū inferorū uestibulū,hoc est,in primis faucib9.i.introitu Orci.i. loci inferni,luctus et curæ ultrices posuerunt cubilia,& illic morbi pallentes habitant,& senectus tristis,& metus & fames malesuada.i.in malū inducēs homines,& egestas turpis.ap.formæ uisu terribiles habitant:etiā letū.i. mors,& labor,& sopor cōsanguineus leti.i.mortis,quia somnus imago mortis est,habitāt, quoq; ibi mala gaudia mētis,et belū mortiferū habitāt in limine aduerso,& fer

In medio ramos,annoſaq; brachia pandit
Vlmus opaca,ingens: quam ſedem Somnia vulgo
Vana tenere ferunt,folijſq; ſub omnibus hærent,
Multarum præterea variarum monſtra ferarum,
Centauri in foribus ſtabulant,Scyllæq; biformes,
Et centum geminus Briareus,ac bellua Lernæ
Horrendum ſtridens,flammiſq; armata Chimæra,
Gorgones,Harpyięq;,& forma tricorporis vmbræ.
Corripit hic ſubita trepidus formidine ferrum
Aeneas, ſtrictamq; aciem venientibus offert,
Et,ni docta comes tenueis ſine corpore vitas
Admoneat volitare caua ſub imagine formæ, alij caua
Irruat,& fruſtra ferro diuerberet vmbras.
Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas:
Turbidus hic cœno,vaſtaq; uoragine gurges

¶ *Ecphraſis.*

vel thalami Eumenidum.i.furiarum, et diſcordia demens innexa crinem uipereū.i.habēs crinē uipereū īnexū uittis cruētis.In medio.ſ.ipſi⁹ ueſtibuli ulm⁹ opaca.i.umbroſa et ingens pādit.i.extēdit ramos,& brachia annoſa.i.antiqua,quā ſedē.i.habitationē uulgo ferūt.i.fertur ſomnia uana tenere,& hærēt illa ſomnia ſub omnibus folijs.Præterea multa monſtra ferarū uariarū ſtabulant illic,pro ſtabulātur in foribus.ſ.Cētauri ſemiferi & ſemiuiri, & Scyllæ biformes,quia altera eſt in auem Cirim uerſa ob patrē proditum, altera in monſtrū periculūq; marinū, & Briareus centum geminus,quia centuplicia membra habebat,ac bellua Lernæ.i.Hydra,quam Hercules confecit,ſtridens horrendum pro horrende. & Chimera armata flāmis,alluditq; ad Lyciæ montē.Gorgones ſorores Meduſæ,& Harpyiæ,de quibus libro tertio,& forma umbræ tricorporis.i.Geriones Hiſpaniæ Rex,qui triceps fuiſſe dicitur.Aeneas gelidus formidine corripit ſubito ferrū.i.enſem,& offert.i.opponit uenientibus aciē ferri ſtrictā.i.euaginatā,& ni pro niſi docta comes admoneat Aeneā uitas tenues.i.animas ſubtiles & ſine corpore,uolitare ſub imagine formæ caua.i.inani,irruat.i.Aeneas irrueret,& diuerberet pro diuerberaret fruſtra ferro umbras illas. Hinc.i.ab hoc loco uia incipit, quæ fert.i.ducit ad undas Acherontis Tartarei.i.fluminis inferni.hic gurges.i.Acheron turbidus cœno & uoragine uaſta æſtuat.i.feruet,atq; eructat,id eſt,immittit

ali. cocyti Aestuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat
Terribili squalore Charon: cui plurima mento
Charon. Canities inculta iacet, stant lumina flamma,
ali. dãt lu- Sordidus & humeris nodo dependet amictus.
mina flam Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat:
mis. Et ferruginea subuectat corpora cymba
Iam senior, sed cruda Deo, viridisq; senectus.
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
Matres, atq; viri, defunctaq; corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Hos uersi- Q uam multa in syluis Autumni frigore primo
culos su- Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
pra in. iiij. Q uam multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus
Georg. re- Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
peries. Stabant orantes primi transmitere cursum,
Tendebantq; manus ripæ vlterioris amore:

¶ *Ecphrasis.*

omnem harenam cocyto. i. in Cocyton fluuium, sed per Stygiam paludem. Sed Charon horrendus portitor terribili squalore. seruat has aquas & flumina. Cui Charonti plurima canicies inculta iacet in mento. Lumina stãt flamma, id est, horrẽt, & amictus sordidus dependet ex humeris nodo. Et ipse subigit, id est, impellit ratem conto, & ministrat uelis, id est, ministerium præstat. Charon dico, iam senior, sed senectus est Deo uiridis & cruda, id est, incipiens et nõ decrepita. Omnis turba effusa ad ripas ruebat huc, id est, ad Charontẽ, scilicet, matres. i. mulieres, et uiri. appositiue. corpora defuncta uita, id est, mortua, & pueri heroum magnanimum pro magnanimorum, & puellæ innuptæ, id est, uirgines, & iuuenes impositi rogis, id est, ignibus ante ora parentum suorum. Et deinde ponit comparationẽ dicens. Quam multa folia lapsa cadunt primo frigore Autumni, et hoc in syluis, quæ constant arboribus, aut quam multæ aues glomerantur ab alto gurgite ad terram, ubi annus frigidus, id est, hyems fugat illas trãspontum, id est, ultra mare, & immittit illas terris apricis, id est, calidis. Primi stabant orantes transmittere cursum, id est, orabant ut primi transirent, et tendebant manus amore. i. desiderio

Nauita ſed triſtis nunc hos,nunc accipit illos: *alias ſemotos.*
Aſt alios longe ſummotos arcet arena.
Aeneas (miratus enim,motuſq; tumultu)
Dic,ait,o virgo,quid uult concurſus ad amnem?
Quid ue petunt animæ? vel quo diſcrimine ripas
Hæ linquunt,illę remis vada liuida verrunt?
Olli ſic breuiter fata eſt longæua ſacerdos:
Anchiſa generate Deum certiſſima proles,
Cocyti ſtagna alta vides,Stygiamq; paludem,
Dij cuius iurare timent,& fallere numen. *Styx,iuramētū Deorum.*
Hæc omnis,quam cernis,inops,inhumataq; turba eſt:
Portitor ille Charon:hi,quos vehit vnda,ſepulti:
Nec ripas datur horrendas,nec rauca fluenta
Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt.
Centum errant annos,volitantq; hæc littora circum.

¶ *Ecphraſis.*

ulterioris ripæ,id eſt,quæ ultra memoratas erat aquas.Sed nauita triſtis.i.Charō nunc accipit hos,nunc accipit illos. Aſt arcet alios longe ſubmotos arena, id eſt,a littore. Enim.i.ſed Aeneas miratus et motus tumultu illarum animarū ait. O uirgo quid ſibi uult concurſus,id eſt,frequentia illa animarum ad amnem.i.fluuium,quid ue.i.uel quid petūt animæ illæ,uel quo diſcrimine.i.qua differētia hæ.ſ.animæ liquūt ripas ſubmotæ.ſ.a Charōte,illæ uerrūt.i.traijciāt remis uada liuida,i.nigra.Longæua ſacerdos.i.Sibylla fata eſt illi ſic breuiter.O Aenea generate Anchiſa.i.ab Anchiſe, certiſſima proles Deum pro Deorum, tu uides ſtagna alta Cocyti,et paludem Stygiam,cuius paludis Stygiæ Dij timent iurare,& fallere numen,quia non licebat Dijs ſuperis,ſed neq; Inferis per Styga falſo iurare.Hæc omnis turba,quā cernis excluſam,ſcilicet,a fluminis traiectu,eſt inops,id eſt,inhumata,id eſt, cui non ſunt iuſta & exequiæ perſolutæ. Ille,quem cernis animas traijcientem,eſt Charon portitor, & hi quos unda uehit,id eſt,qui ratem aſcendunt,ſunt ſepulti,id eſt, quibus ſunt iuſta perſoluta: nec prius datur, id eſt. conceditur illis tranſportare, id eſt, traijcere ripas horrendas & fluenta rauca, id eſt, quiddam raucum ſonantia, quam illorum, qui ſunt inhumati,oſſa quierunt pro quieuerunt in ſedibus ſuis, itaq; errant illorum animæ annos centum, uolitantque circum hæc littora, & tunc demum, hoc eſt, poſt annos centum

Tum demum admiſſi,ſtagna exoptata reuiſunt.
Conſtitit Anchiſa ſatus,& veſtigia preſſit
Multa putans,ſortemq́ animo miſeratus iniquam.
Cernit ibi mœſtos,& mortis honore carentes
Leucaſpim,& Lyciæ ductorem claſſis Orontem:
Quos ſimul a Troia ventoſa per æquora vectos,
Obruit Auſter,aqua inuoluens nauemq́,viroſq́.
Palinurus. Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat:
Qui Libyco nuper curſu,dum ſydera ſeruat,
Exciderat puppi,medijs effuſus in vndis.
Hunc vbi vix multa mœſtum cognouit in vmbra,
Sic prior alloquitur:Quis te Palinure Deorum
Eripuit nobis? medioq́ ſub æquore merſit?
Dic age:nanq́ mihi fallax haud ante repertus
Hoc vno reſponſo animum deluſit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem,fineſq́ canebat
Venturum Auſonios.en hæc promiſſa fides eſt?

¶Ecphraſis.

& tunc demum, hoc eſt, poſt annos centum admiſſi, id eſt, recepti reuiſunt ſtagna, id eſt, aquas exoptatas. Satus Anchiſa, id eſt, Aeneas conſtitit, & preſſit ueſtigia, putans ſecum multa, & miſeratus animo ſortem iniquam. Cernit ibi Leucaſpim gubernatorem nauis illius, quæ ſubmerſa fuit libro primo, & Orontem ductorem claſſis Lyciæ, id eſt, eiuſdem nauis, Leucaſpim & Orontem dico mœſtos & carentes honore mortis. Quos uectos ſimul cum Aenea a Troia per æquora uentoſa Auſter obruit inuoluens aqua nauem & illos uiros. & ecce ſubito Palinurus gubernator nauis Aeneæ agebat ſeſe, id eſt, ueniebat, qui effuſus in medijs undis in curſu, id eſt, in nauigatione, Libyco, id eſt, quo Aeneas ex Libya in Italiam ueniebat, exciderat nuper ex puppi, dum ſeruat, id eſt, contemplatur ſydera, ad quæ nauigationem dirigebat. Et Aeneas prior alloquitur hunc ſic, ubi, id eſt, poſtquam cognouit illum mœſtum in multa umbra, quæ fuit cauſa, ne poſſet ab Aenea facile cognoſci. O Palinure, quis Deorum eripuit te nobis? & ſub æquore medio te ſubmerſit? Eia age dic hoc, nam Apollo non repertus ante mihi fallax, id eſt, mendax, hoc uno reſponſo deluſit animum meum, quippe qui canebat, i. prædicabat te fore incolumen pōto, et uenturū fines Auſonios. i. Italoſ

Ille autem: Neq; te Phœbi cortina fefellit
Dux Anchisiade, nec me Deus æquore mersit.
Nanq; gubernaclum multa vi forte reuulsum,
Cui datus hærebam custos, cursusq; regebam,
Præcipitans traxi mecum: maria aspera iuro,
Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
Quam tua ne spoliata armis, excussa magistro
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.
Treis Notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me violentus aqua: vix lumine quarto
Prospexi Italiam, summa sublimis ab vnda.
Paulatim adnabam terræ, iam tuta tenebam, ab aliis in ali. & iam
Ni gens crudelis madida cum veste grauatum,
Prensantemq; vncis manibus capita aspera montis
Ferro inuasisset, prædamq; ignara putasset.
Nunc me fluctus habet: versantq; in littore venti,
Quod te per cœlum iucundum lumen, & auras,

¶Ecphrasis.

en hæc est fides ab illo promissa? Ille sup. Palinurus respondit. O dux Anchisiade. i. Anchisæ fili, neq; cortina. i. sacrariũ Phœbi, unde responsa dat. fefellit te, neq; Deus mersit me in æquore. Nam ego præcipitans. i. præcipitatus traxi mecum gubernaculum reuulsum forte multa ui, cui ego datus ab Aenea custos hærebã, & cuius cursus regebam. Ergo ego iuro maria aspera, id est, pericula, quæ sum passus, me cepisse nullum tantum timorem pro me, quam ne tua nauis spoliata armis, id est, gubernaculo, & excussa magistro, id est, me gubernatore priuata deficeret, id est, submergeretur, tantis undis surgentibus, quo tempore ego fui præcipitatus. Quia Notus uentus uiolentus aqua, id est, per aquam, quam importat, uexit me per immensa æquora tris noctes hybernas, id est, per spacium trium noctium hybernarum, & quarto lumine, idest, quarto die ego sublimis uix prospexi Italiam ab unda summa, ego adnabam terræ paulatim, & iam tenebam tuta loca, ni pro nisi gens crudelis illius loci, quo accessi, inuasisset. id est, adorta esset ferro me grauatum cum ueste madida, & prensantem manibus uncis capita aspera montis, & nisi gens illa ignara putasset me prædam, quasi piscem, uel tale aliquid. Sed nunc fluctus habet me, & uenti uersant me in littore.

ali. spes

Per genitorem oro, per ſpem ſurgentis Iuli,
Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
Inijce (nanq; potes) portusq; require Velinos:
Aut tu, ſi qua via eſt, ſiquam tibi diua creatrix
Oſtendit (neq; enim credo ſine numine Diuum
Flumina tanta paras, Stygiamq; innare paludem)
Da dextram miſero, & tecum me tolle per vndas:
Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam.
Talia fatus erat, cœpit cum talia vates:
Vnde hæc o Palinure tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemq; ſeuerum
Eumenidum aſpicies? ripam ue iniuſſus abibis?
Deſine fata Deum flecti ſperare precando:
Sed cape dicta memor duri ſolatia caſus.
Nam tua finitimi longe, lateq; per vrbes
Prodigijs acti cœleſtibus, oſſa piabunt:

ali. contra cui talia uirgo

ali. cupido eſt

abibis alij adibis.

¶ *Ecphraſis.*

Sed o Aenea ego oro te per lumen cœli iucundum, & per auras, & oro te per genitorem tuum Anchiſen, & per ſpes Iuli filij tui ſurgentis, id eſt, nunc incipientis, o inuicte eripe me his malis, in quibus ſum, aut tu inijce mihi terram, id eſt, huma corpus meum, & require portus Velinos, quo fui iactatus, & interemptus ubi ſum, namque potes hoc facere. Aut tu da dextram miſero, & tolle me tecum per undas, ut ſi non in uita, dum tecum nauigaui, ſaltem in morte quieſcam ſedibus placidis, & per parentheſim interpoſuit, ſi qua uia eſt, & ſi diua creatrix, i. Venus mater tua aliquã uiam oſtendit, neq; enim credo ſine numine Diuum, id eſt, ſine facultate Deorum tu paras innare tanta flumina, & paludem Stygiam. Palinurus fatus erat talia, cum uates, id eſt, Sibylla cœpit talia. O Palinure, unde hæc tam dira cupido, ſubaudi, tibi uenit in mentem. Tu inhumatus & nondum exequijs rite peractis aſpicies aquas Stygias, & amnem ſeuerum Eumenidum, hoc eſt, Acherontem iuxta quem habitant furiæ, & tu iniuſſus, id eſt, ſine imperio Dei præſidentis huic loco adibis ripam fluminis huius. Idcirco deſine ſperare fata Deũ, p Deorũ flecti, ſubaudi, poſſe precãdo. i. precib9. Sed tu memor cape dicta. i. certa ſolatia tui caſus. i. fortunæ tuæ. Nã finitimi. i. uicini populi acti. i. impulſi prodigijs cæleſtibus lõge atq; late piabũt. i. placabunt tua oſſa, &

Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent,
Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curæ emotæ, pulsusq; parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.
Ergo iter incœptum peragunt, fluuioq; propinquant.
Nauita quos iam inde vt Stygia prospexit ab unda
Per tacitum nemus ire, pedemq; aduertere ripæ,
Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat vltro:
Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Fare age quid venias: iam istinc & comprime gressum.
Vmbrarum hic locus est, somni, noctisq; soporæ:
Corpora viua nefas Stygia vectare carina.
Nec vero Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, nec Thesea, Pirithoumq;,
Dijs quanquam geniti, atq; inuicti viribus essent:
Tartareum ille manu custodem in vincla petiuit

tumulum, aliis aras

ali. terræ

¶ *Ecphrasis.*

statuent tibi tumulum, & mittent tumulo solemnia, id est, inferias anniuersarias, & locus ille ubi fuisti confectus habebit æternum nomen Palinuri. Curæ Palinuri emotæ fuerunt his dictis, & dolor illius parumper fuit pulsus ex corde tristi, nam gaudet terra cognomine. i. eiusdem nominis. Ergo Aeneas & Sibylla peragunt iter incœptum, & propinquant fluuio Acheronti. Quos ut nauita. i. Charon prospexit ab unda Stygia ire. i. uenire per nemus tacitum. i. ipsos ire tacitos per nemus, pedemq; aduertere ripæ, sic prior ipse Charon aggreditur dictis, hoc est, alloquitur Aenean, & ultro. i. nõ lacessitus increpat illũ his uerbis. O tu quisquis es, qui armatus tendis ad nostra flumina, eia age fare. i. loquere quid uenias, & comprime gressum. i. passum istinc. i. ab eo loco ubi nunc est, quia hic locus umbrarum. i. animarum est, & somni. i. mortis, & noctis soporæ. i. tenebrarum. & nefas est uectare, id est, uehere corpora uiua, id est, uiuentium carina Stygia. i. inferna. Nec uero ego sum lætatus me accepisse lacu. i. naue, quæ per lacũ uehitur Alcidem euntem. i. Herculem, cum ad inferos descendit, nec Thesea Pirithoumq;, qui & ipsi ante Herculem eo descenderunt, quanquam essent geniti Dijs, id est, heroes, & inuicti uiribus, id est, fortissimi essent. Nã ille. s. Hercules petiuit manu in uincula. i. uinculis impediuit custodẽ Tartareũ. i. Cerberũ a solio q. d. a sede, et

Ipſius a ſolio Regis, traxitq́ꝫ trementem:
Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Apolinea: Amphriſꝰ autem fluuius Theſſaliæ eſt apud quem Apollo diuinitate ē priuatus. ali. quē ueſte tegebat

Quæ contra breuiter fata eſt Amphriſia vates:
Nullæ hic inſidiæ tales, abſiſte moueri,
Nec vim tela ferunt. licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat vmbras:
Caſta licet patrui ſeruet Proſerpina limen.
Troius Aeneas pietate inſignis, & armis
Ad genitorem, imas Erebi deſcendit ad vmbras.
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago:
At ramum hunc (aperit ramum, qui veſte latebat)
Agnoſcas, tumida ex ira tum corda reſidunt.
Nec plura his: ille admirans venerabile donum
Fatalis virgæ, longo poſt tempore viſum,
Cæruleam aduertit puppim, ripæq́ꝫ propinquat.
Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant,
Deturbat; laxatq́ꝫ foros, ſimul accipit alueo

¶ *Ecphraſis.*

domo ipſius Regis, ideſt, Plutonis. Hi, ſcilicet, Theſeus & Pirythous adorti ſunt deducere dominam, id eſt, Proſerpinam uxorem Ditis, id eſt, Plutonis ab ipſo thalamo. Contra quem, ſcilicet, Charonta uates Amphryſia, id eſt, ab Amphryſo fluuio Theſſaliæ fata eſt breuiter, id eſt, locuta eſt. Abſiſte, id eſt, noli moueri. quia hic nullæ tales inſidiæ ſuppoſitiuæ ſunt, nec tela, quæ gerit Aeneas, ferũt uim. Licet, id eſt, per Aeneam licitum eſt, ut ingens Ianitor, id eſt, Cerberus terreat umbras exangues, et licet, id eſt, licitum eſt, ut Proſerpina caſta ſeruet limen patrui, id eſt, Plutonis: qui eſt frater Iouis patris Proſerpinæ. Aeneas Troius inſignis pietate & armis deſcendit ad genitorem, id eſt, ad patrem ſuum Anchiſen, hoc eſt, ad umbras imas Erebi, id eſt, loci inferni. Sed ſi nulla imago tantæ pietatis mouet te, at pro ſaltem agnoſcas hũc ramum, & per parentheſim interpoſuit, aperit ramum, qui latebat ueſte. Tum corda tumida, id eſt, irata reſidunt, id eſt, placantur ex ira. Nec plura his hinc inde ſunt dicta. Ille admirans donũ uenerabile uirgæ. i. rami illius fatalis uiſum poſt longo tempore aduertit ad ripam, in qua erãt Aeneas et Sibylla, puppim, et propinquat ripæ. Inde Charõ deturbat. i. deiicit alias animas, q̃ ſedebãt ꝑ lõga iuga. i. remorũ tranſtra, et laxat. i. euacuat

Ingentem Aeneam: gemuit ſub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimoſa paludem.
Tandem trans fluuium incolumes, vatemq; virumq;
Informi limo, glaucaq; exponit in vlua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci — *Cerberus.*
Perſonat, aduerſo recubans immanis in antro:
Cui vates horrere videns iam colla colubris,
Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam
Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam, atq; immania terga reſoluit
Fuſus humi: totoq; ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto:
Euaditq; celer ripam irremeabilis vndæ.
Continuo auditæ voces, uagitus & ingens,
Infantumq; animæ flentes in limine primo:

¶ *Ecphraſis.*

ſoros nauis, quod uulgo dicitur tilla, & ſimul accipit ingentem Aeneam alueo, id eſt, nauis receptaculo, & cymba, id eſt, nauicula ſutilis, id eſt, ex tabulis conſuta gemuit ſub pondere Aneæ, et illa cymba rimoſa accepit multam paludem, id eſt, aquam paludis Stygiæ. Et tandem Charon exponit uatem, id eſt, Sibyllam & uirum, id eſt, Aeneam incolumes trans fluuium in limo informi, id eſt, turpi, & in ulua glauca, id eſt, uiridi herba, quæ ripis innaſcitur. Cerberus ingens perſonat hæc regna latratu trifauci, quia ipſe triceps eſt, & triplices habet fauces, Cerberus dico, immanis recubans in antro aduerſo. Cui Cerbero uates, id eſt, Sibylla uidens colla horrere, id eſt, aſperari colubris, quia uillorum loco ſerpentes habet, obijcit, id eſt, porrigit illi offam, id eſt, pulpamentum, ſoporatam melle & frugibus medicatis. i. habentibus uim ſoporiferam. Et ille Cerberus pandens tria guttura, quia, ut diximus, triceps erat, rabida fame, corripit illam offam obiectam a Sibylla, et fuſus humi. i. porrectus in terra reſoluit ſomno terga immania. i. magna Et ſic cuſtode ſepulto. i. Cerbero ſoporato, Aeneas occupat aditum. & celer euadit. i. pertranſit ripam undæ irremeabilis. i. unde remeari non poteſt ab alijs. Et ponit nouē ſinus ſiue receptacula, per quæ ſunt animæ hominum digeſtæ, quorū primus eſt infantiū. d. Continuo, id eſt, ſtatim uoces ſunt auditæ, et uagitus infantū ingens eſt auditus, & animæ infantum flentes in primo limine ſunt auditæ.

Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Hos iuxta falso damnati crimine mortis.
Nec vero hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes,
Quęsitor Minos vrnam mouet: ille silentum
Conciliumq́ꝫ vocat, vitasqꝫ, & crimina discit.
Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemq́ꝫ perosi
Proiecere animas. quam vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.
ali. Fas obstat Fata obstant. tristiq́ꝫ palus innabilis vnda
Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.
ali. inamabilis Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylua tegit: curæ non ipsa in morte relinquunt.

¶ *Ecphrasis.*

Quos infantes exortes. i. expertes dulcis uitæ, & raptos ab ubere, atra dies. s. mortis abstulit, & mersit funere acerbo. i. immaturo. Secundus sinus est damnatorum sub falso crimine, dicens. Iuxta hos, scilicet, infantes sunt damnati falso crimine mortis. Nec hæ sedes datæ sunt sine sorte & sine iudice, nam Minos Iouis filius quæsitor, id est, quæstor criminum mouet urnam, in qua sunt nomina reorum. Ille Minos uocat concilium silentum. id est, animarum, & discit, id est, cognoscit uitas & crimina reorum. Tertius sinus est eorum, qui sibi mortem conscieuerunt, dicens. Deinde mœsti tenent loca proxima. qui insontes quum essent. s. peperere sibi letum, id est, mortem manu. scilicet propria. & perosi lucem, id est, uitã proiecere animas, quã potius uellent in alto æthere. i. apud superos perferre nunc & pauperiem & duros labores. Fata. id est, iura naturæ obstant illis. & palus inamabilis, id est, iniucunda alligat, id est, coercet unda tristi, & Styx interfusa nouies coercet, id est, continet. Quartus sinus est amatorum. d. Nec procul hinc cãpi lugẽtes fusi in omnẽ partẽ mõstrãtur, lugẽtes, inquã, sic illos dicunt nomine. Calles secreti celãt. h. illos, quos dur⁹ amor peredit. i. cõsũpsit tabe. i. morbo crudeli, et sylua myrtea. tegit illos circũ, et curæ amoris nõ relinquũt illos ĩ ipsa morte.

His

His Phædram, Procrinq; locis, mœstamq; Eriphylen
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit,
Euadneq;, & Pasiphaen: his Laodomia
It comes: & iuuenis quondam, nunc fœmina, Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœnissa recens a vulnere Dido
Errabat sylua in magna: quam Troius heros,
Vt primum iuxta stetit, agnouitq; per vmbram
Obscuram, qualem primo quis surgere mense
Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam:
Demisit lachrymas, dulciq; affatus amore est:
Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
Venerat extinctam ferroq; extrema secutam:
Funeris heu tibi causa fui: per sydera iuro,
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,
Inuitus Regina tuo de littore cessi:

¶ *Ecphrasis.*

Et cernit in his locis Phædram Minois filiam, quæ Thescum secuta Hippolitum turpiter amauit, & Procrin, hæc Cephali vxor fuit: Eriphylen, quæ Amphiarai vxor fuit, monstrantem vulnera nati crudelis, id est, Almeonis, a quo fuit interfecta: Euadnemq; filiam Martis, Capanei uxorem: Pasiphaen Solis filiam, & Minois vxorem. Et Laodomia uxor Protesilai it comes his, id est, comitatur superiores. Et Cæneus nũc fœmina, et quõdam iuuenis .i. uir, & rursus reuoluta fato in ueterem figuram, quia prius fuit fœmina. Inter quas superiores Dido Phœnissa recens a vulnere, quia paulo ante se interfecerat, anima illius recens erat, errabat in magna sylua, quæ, ut dixit, myrtea erat, iuxta quam ut primum heros Troius, id est, Aeneas stetit, & agnouit illam obscuram per umbram, qualem, qui putat se uidisse, aut reuera uidet lunam surgere primo mense per nubila, id est, inter nubila. Tunc Aeneas demisit lachrymas misericordia motus, & affatus est illam dulci amore. O Dido infelix, ergo uerus nuntius uenerat mihi te fuisse extinctam, & secutam extrema, id est, mortem ferro, id est, ense, quo te interemisti. Heu ego fui tibi causa funeris .i. mortis. Sed o Regina ego iuro tibi per sydera, & per Deos superos, et per fidẽ, si qua fides est sub ima tellure .i. apud inferos, ubi nunc sumus, q. ego inuitus cessi .i. recessi de tuo littore .i. Carthagine.

Ora, manusq́ue ambas, populataq́ue tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantem, ac dira tegentem
Supplicia; & notis compellat vocibus vltro:
Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri,
Quis tam crudeleis optauit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tulit fessum vasta te cæde Pelasgum
Procubuisse super confusæ stragis aceruum:
Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem
Constitui, & magna manes ter voce vocaui.
Nomen, & arma locum seruant: te amice nequiui
Conspicere, & patria decedens ponere terra.
Atq́ue hic Priamides: Nihil o tibi amice relictum est.
Omnia Deiphobo soluisti, & funeris vmbris.
Signa mali gni animi. Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ
His mersere malis; illa hæc monumenta reliquit.

¶ *Ecphrasis.*

*& laceratũ manus ambas, et laceratũ tẽpora populata .i. spoliata auribus raptis,
& laceratũ nares trũcas vulnere inhonesto .i. turpi. Et uix agnouit illũ pauitãtẽ,
& tegentẽ dira supplicia, & cõpellat illũ uocibus notis ultro .q.d. prior, & non
requisitus. O Deiphobe armipotẽs genus a sanguine alto .i. antiquo Teucri funda
toris Ilij, quis optauit sumere, subaudi, de te pœnas tã crudeles? & cui licuit tantũ
de te .i. tantã licentiã habuit? Fama tulit .i. denũciauit mihi, te fessum uasta cæde
Pelasgũ pro Pelasgorũ, quos cecidisti in suprema illa nocte, qua est capta Troia,
ꝓcubuisse .i. cecidisse super aceruũ stragis cõfusæ .i. cadauerũ iacẽtiũ sine ordine.
Tũ egomet (dicit Aeneas) cõstitui tibi tumulũ inanẽ in littore Rhœteo sic dicto
a Troiæ promõtorio, & uocaui ter magna uoce manes tuos. Et nomẽ tuũ, & ar
ma seruãt .i. tenent locũ tibi sacratũ: q̃a o amice ego nequiui cõspicere te, et disce
dẽs a terra patria ponere te .i. humare, ad quæ uerba Aeneæ Priamides .i. Deipho
bus Priami filius, subaudi, respõdit. O amice nihil est relictũ tibi eorũ, q̃ in funeri
præstari debent, quia tu soluisti oĩa Deiphobo .i. mihi, & umbris funeris .i. mani
bus meis. Sed fata mea, et scelus exitiale .i. pernitiosum et mortiferũ Lacænæ i. He
lenæ, q̃ patriã habuit Lacedæmona, mersere me his malis, in q̃b9 nũc me uid. s esse.*

Nanq; vt supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est:
Cum fatalis equus saltu super ardua venit
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.
Illa chorum simulans, Euanteis Orgia circum
Ducebat Phrygias: flammam media ipsa tenebat
Ingentem, & summa Danaos ex arce vocabat.
Tum me confectum curis, somnoq; grauatum
Infelix habuit thalamus, pressitq; iacentem
Dulcis, & alta quies, placidæq; simillima morti.
Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti subduxerat ensem.
Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit,
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
Et famam extingui veterum sic posse malorum.
Quid moror: irrumpunt thalamo. comes additur vna
Hortator scelerum Aeolides. Dij talia Graijs

¶ *Ecphrasis.*

Nam tu nosti, ut, id est, quemadmodum nos egerimus supremam noctem inter falsa gaudia, ut dictum fuit libro secundo, & necesse est nimiũ meminisse. s. illius noctis, cũ equus ille fatalis venit saltu super ardua Pergama, id est, super muros Ilij, & equus ille grauis, id est, plenus militibus attulit aluo. i. in uentris inanitate peditem. i. pedites Græcos. Illa Helena simulans ducebat Phrygias mulieres Troianas Euãtes. i. Bacchantes, quia Euan est ex nominibus Bacchi vnũ, circum orgia. i. sacra Bacchi. Ipsa Helena media tenebat flammam ingentem, & illo signo uocabat Danaos ex summa arce. Tum infelix thalamus habuit me confectũ curis, & grauatũ somno, & quies. i. somnus dulcis & alta. i. profunda, & simillima morti placidæ p̃ssit. i. occupauit me iacentẽ. Interea cõiux egregia (ironia est) emouet arma oĩa tectis. i. a domo, & subduxerat. i. subtraxerat capiti. i. a capite ensem fidũ. & uocat Menelaũ maritũ suũ pristinũ intra tecta. i. domũ, & pandit. i. aperit illi limina. s. sperans id fore magnum munus. i. beneficium amanti illam Menelao, & famam, id est, infamiam ueterum malorum sic posse extingui, id est, oblitterari. Quid moror: irrũpũt thalamo. s. Menelaus, & Aeolides. i. Vlysses Sisiphi Aeoli filij filius putatiuus, hortator scelerum. i. inuentor addit⁹ socius Menelao. O Dij

Inſtaurate,pio ſi pœnas ore repoſco.
Sed te qui viuum caſus,age fare viciſſim,
Attulerint:pelagi ne venis erroribus actus?
alias, aut An monitu diuum,an quæ te fortuna fatigat,
Vt triſteis ſine Sole domos,loca turbida adires?
Hac vice ſermonum roſeis Aurora quadrigis
Iam medium ætherio curſu traiecerat axem:
Et fors omne datum traherent per talia tempus:
Sed comes admonuit,breuiterq; affata Sibylla eſt:
Nox ruit Aenea,nox flendo ducimus horas.
Hic locus eſt,parteis vbi ſeuia findit in ambas:
Dextera, quæ Ditis magni ſub mœnia tendit:
Hac iter Elyſium nobis:at lęua malorum
Exercet pœnas,& ad impia Tartara mittit.
Deiphobus contra:Ne ſæui magna ſacerdos:
Diſcedam:explebo numerum,reddarq; tenebris.
I decus, i noſtrum:melioribus vtere fatis.

Duplex inferorū uia, quarū altera ducit ad cāpos Elyſios, altera ad malārē.

¶ Ecphraſis.

Inſtaurate,id eſt,ad inſtar reddite talia Graijs, ſi repoſco pœnas ore pio.Sed dic mihi o Aenea age.i.eia fare.i.loquere uiciſſim ,qui caſus.i.quæ fortunæ uarietates attulerint te huc uiuū?ne.i.nūquid uenis actus.i.agitatus erroribus pelagi? an potius uenis monitu Diuū pro Diuorū:an quæ fortuna fatigat te,ut adires.i.intrares domos triſtes ſine Sole,& loca turbida.i.obſcura?Hac uice.i. uiciſſitudine ſermonū iam aurora traiecerat quadrigis roſeis mediū axem.i.mediā noctē curſu æthereo,& fors pro forte traherēt per talia uerba omne tēpus datū.i.conceſſum Anchiſæ uidēdo.Sed comes.ſ.Sibylla admonuit Aeneam,& affata eſt breuiter. O Aenea nox ruit i.præcipitatur,et nos ducim⁹ horas.i.perdimus tēpus flēdo.Hic locus eſt ubi uia findit ſe in ambas partes,quia dextra pars eſt,q̄ tendit.i.ducit ſub magni Ditis.i.Plutonis mœnia.Hac.i.per hāc uiā dextrā eſt nobis iter ad Elyſiū, ubi cōueniendus eſt Anchiſes pater tuus. At læua,id eſt,ſiniſtra pars,ſiue uia exercet pœnas malorū.i.ſceleratorū,& mittit ad Tartara impia.i ubi impij torquētur.Deiphobus contra,ſubaudi,ad Sibyllæ uerba reſpondit. O magna ſacerdos ne ſæui.i.ne iraſcaris,explebo numerum.i.diminuam,nam ex tribus,qui nunc loquebamur, relinquam uos duos, & ego reddar tenebris. Sed tu o Aenea decus noſtrū.i.Troianorū gloria.i.uade,et utere fatis melioribus,quā fuerūt Troiæ fata.

Tantum effatus,& in verbo vestigia torsit.
Respicit Aeneas subito,& sub rupe sinistra
Mœnia lata videt,triplici circundata muro:
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton,torquetq; sonantia saxa.
Porta aduersa ingens,solidoq; adamante columnæ,
Vis vt nulla virum,non ipsi excindere ferro alias, bello
Cœlicolæ valeant,stat ferrea turris ad auras,
Tisiphoneq; sedens palla succincta cruenta.
Vestibulum insomnis seruat noctesq; diesq;,
Hinc exaudiri gemitus,& sæua sonare
Verbera:tum stridor ferri,tractæq; catenæ.
Constitit Aeneas,strepitumq; exterritus hausit. alias, hæsit
Quæ scelerum facies? o virgo effare,quibusue
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
Tum vates sic orsa loqui:Dux inclyte Teucrum.
Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
Sed me,cum lucis Hecate præfecit Auernis,

¶ *Ecphrasis.*

Tantũ effatus est Deiphobus,& presſit uestigia in uerbo.s.dicto.Sextus sinus est dãnatorũ,dicitq;. Aeneas respicit subito,& uidet lata mœnia.i.urbẽ sub rupe sinistra.i.ad sinistrã manũ posita,mœnia,inquã,circũdata muro triplici,q̃ mœnia Phlegetõ amnis.i. fluuius Tartareus ambit torrẽtibus flãmis,& torq̃t.i.rotat saxa sonantia.Porta ingẽs erat aduersa.i.opposita,& colũnæ ex solido adamante erant oppositæ: tales,ut nulla vis uirum pro uirorũ,& ipsi cælicolæ.i.Dij cælestes non ualeãt excindere illas ferro.Turris ferrea stat.i.erecta est ad auras, Tisiphoneq; succincta palla.i.ueste cruẽta sedẽs insomnis seruat uestibulũ noctes et dies.Gemitus exaudiri ,p exaudiebãtur hinc.i.ab eo loco,et uerbera sæua sonabãt.Aeneas exterritus his cõstitit,& hausit.i.audiuit strepitũ,& ait Sibyllæ.O uirgo effare.i.dic,q̃ scelerũ facies est illa? Et quis est ille plangor,qui ferit auras? et quibus pœnis illi urgẽtur,quorũ plãgorẽ audio.Tũc uates Sibylla orsa est.i.cœpit loqui sic. O Aenea Dux inclyte Teucrum pro Teucrorũ,nulli casto.i.religioso est fas insistere limen sceleratum.i.ingredi domum sceleratorũ.Sed cum Hecate,id est,Proserpina inferorum regina præfecit me lucis auernis , per quos huc descendimus,

Ipſa Deum pœnas docuit, perq; omnia duxit.
Gnoſſius hæc Radamanthus habet duriſſima regna:
Caſtigatq;, auditq; dolos, ſubigitq; fateri
Quæ quis apud ſuperos, furto lætatus inani
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Continuo ſonteis vltrix accincta flagello
Tiſiphone quatit inſultans: toruoſq; ſiniſtra
Intentans angueis, vocat agmina ſæua ſororum.
Tum demum horriſono ſtridentes cardine ſacræ
Panduntur portæ. cernis cuſtodia qualis
Veſtibulo ſedeat? facies quæ limina ſeruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra,
Sæuior intus habet ſedem: tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum, tenditq; ſub vmbras,
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum.
Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,

¶ Ecphraſis.

ipſa docuit me pœnas Deorum, quas malis infligunt, & duxit me per omnia, ſcilicet, illa loca. Radamathus Iouis ex Europa filius Gnoſius, id eſt, Creten- ſis habet hæc regna duriſſima, & caſtigat dolos, & audit dolos, & ſubigit, id eſt, per tormenta cogit fateri illa commiſſa piacula, id eſt, peccata, quæ quis læta- tus inani furto diſtulit in mortem ſeram, putans celare Deos de peccatis com- miſsis. Continuo, id eſt, ſtatim Tiſiphone ultrix ſcelerum commiſſorum inſul- tans, accincta flagello quatit, id eſt, concutit & ferit ſontes, id eſt, nocentes, & intentans, id eſt, minando tenens ſiniſtra angues intortos uocat agmina ſæ- ua ſororum ad pœnas cum illa ſceleratis hominibus infligendas. Tum demum ſacræ, id eſt, execrabiles portæ ſtridentes cardine horriſono, id eſt, horri- dum neſcio quid ſonanti, panduntur, id eſt, aperiuntur. Cernis cuſtodia qua- lis (uerba ſunt Sibyllæ, & de Megæra intelligit) ueſtibulo ſedeat, quaſi cu- ſtos loci illius? & cernis, quæ facies ſeruet limina damnatorum. Hydra imma- nis ſæuior quinquaginta hiatibus atris tenet intus ſedem, & per Hydram Ale- lecto forte intelligit, tum etiam ipſe Tartarus bis tantum patet in præceps. i. in profundum, quantus eſt ſuſpectus noſter ad Olympum æthereum. Hic. i. in Tar- taro pubes Titania. i. iuuētus Titanū, hoc eſt gigantū. appo. genus antiquū terræ

Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
Hic & Aloidas geminos immania vidi
Corpora: qui manibus magnum rescindere cælum
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi,
Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans
Per Graium populos, mediæq; per Elidis vrbem
Ibat ouans, Diuumq; sibi poscebat honorem
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit: non ille faces, nec fumea tedis
Lumina: præcipitemq; immani turbine adegit.
Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: rostroq; immanis vultur obunco

Ex Iphimedia Aloei uxore, & Neptuno.

al. simularet.

al. adunco

¶ *Ecphrasis.*

deiecti fulmine uoluũtur in fũdo imo.i. pfũdo Et ego uidi hic (dicit Sibylla) Aloi-
das geminos.i. Othum et Ephialtẽ, quos Neptunus ex Iphimedia uxore Aloei ge
nuit. appo. immania corpora, q aggreßi sunt rescindere cælũ magnũ manibus, &
detrudere Iouẽ de regnis superis.i. cælestib9, Et uidi (dicit Sibylla) Salmoneũ Aeo
li Regis Elidis filiũ dantẽ crudeles pœnas, & cur det pœnas ostẽdit dicẽs, dũ imi
tatur flãmas.i. fulmina Iouis, & sonitus.i. tonitrus Olympi, & quomodo imita=
retur hoc deinde dicit. Hic Salmoneus inuectus quatuor equis, quassans lampada
quasi fulmẽ, ibat ouãs per populos Graium, p Graiorũ, et per urbẽ mediæ Elidis
regionis Arcadiæ, & ille demẽs poscebat sibi honorẽ Diuũ pro Diuorũ, qui simu
larat nimbos, & fulmẽ non imitabile.i. quod nemo potest imitari, ære.i. super la
minas æreas agitãs cursum, et cursu equorũ cornipedũ.i. habẽtium ungulas ex ma
teria cornea. At pater omnipotens.i. Iuppiter contorsit telum inter densa nubila.
Ille, dico, Iuppiter contorsit fulmen, non faces, neq; lumina fumea tædis, quod fa=
ciebat Salmoneus, & adegit illũ præcipitẽ ad inferos turbine immani. Nec non
erat.i. dabatur cernere Tityon alumnũ.i. filiũ terræ omniparẽtis.i. oĩa generãtis,
cui corp9 porrigitur p tota nouẽ iugera: et vultur immanis tõdẽs rostro obunco

al. tundens Immortale iecur tondens, fœcundaq́ꝫ pœnis
Pascitur in Viscera, rimaturq́ꝫ epulis, habitatq́ꝫ sub alto
quirẽdo. Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq́ꝫ:
Designat Quos super atra silex iamiam lapsura, cadenti
certã uiã Imminet assimilis: lucent genialibus altis
Tyranno Aurea fulcra toris, epulæq́ꝫ ante ora paratæ
rum esse. Regifico luxu. furiarum maxima iuxta
Cõsciẽtia. Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,
al. increpat Exurgitq́ꝫ facem attollens, atq́ꝫ intonat ore.
Hic, quibus inuisi fratres, dum vita manebat,
Pulsatus ve parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est:
Quiq́ꝫ ob adulterium cæsi, quiq́ꝫ arma secuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Inclusi pœnam expectant. ne quære doceri
Quam pœnam, aut quæ forma viros, fortuna ve mersit.

¶ Ecphrasis.

iecur immortale, rimatur epulis. i. ad epularũ usum uiscera fœcũda pœnis, & habitat vultur ille sub pectore alto, nec datur vlla requies fibris renatis. i. iecori renascẽti. Quid memorẽ Lapithas Thessaliæ populos, qui bella cũ Centauris gesserũt, et Ixiona, qui Pirithoũ genuit, super quos atra silex imminet iamiã lapsura, & adsimilis cadẽti. i. ruinã minãti. Aurea fulcra. i. mẽsæ lucẽt toris altis et genialibus, & epulæ paratæ ante ora luxu regifico lucẽt, sed maxima furiarũ. i. fames accubat. i. sedet iuxta mẽsas, et ꝓhibet illos cõtingere mẽsas manibꝰ. Et attollẽs facẽ manibus exurgit, atq́; intonat ore. i. increpat illos. Hic quoq́;. i. in Tartaro erãt illi, qbus fratres inuisi fuerũt, dũ uita manebat, et illi qbꝰ parẽs, siue pater, siue mater fuit pulsatus, et a qbꝰ fraus fuit innexa cliẽti, cuius erãt patroni, aut illi erãt hic, q soli incubuerũt diuitijs repertis, nec posuere. i. dedere partẽ suis. i. amicis & cognatis, quæ. i. cuius generis hominũ est maxima turba. Et illi sunt hic, q cæsi sũt ob adulterium, & illi qui sunt secuti arma impia. i. cõtra patriã, et nõ sunt ueriti fallere dextras. i. fidem dominorũ. Hi omnes inclusi expectãt pœnas, ne quære a me o Aenea, quã pœnam, aut quæ forma, id est, species, aut fortuna mersit uiros,

Saxum ingens voluunt alij, radijsque rotarum
Districti pendent: sedet, æternumque sedebit
Infelix Teseus: Phlegyasque miserrimus omneis
Admonet, & magna testatur voce per vmbras:
Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Imposuit: fixit leges pretio, atque refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, vetitosque hymenæos:
Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.
Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Hæc vbi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos:
Sed iam age carpe viam, & susceptum perfice munus,
Acceleremus, ait: Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, atque aduerso fornice portas:
Hæc vbi nos præcepta iubent deponere dona.
Dixerat, & pariter gressi per opaca viarum

Ex Homeri Iliados. ij.

¶ *Ecphrasis*

Nam alij uoluunt ingens saxum, alij districti. i. ligati pendent radijs rotarum. Hic Theseus infelix sedet, & æternum pro æterne sedebit. Et miserrimus Phlegyas, qui fuit Ixionis pater, admonet, et testatur omnes magna uoce per umbras dicēs. Vos a me moniti discite iustitiam, & non temnere. i. contemnere Diuos. Hic. i. aliquis uendidit patriā auro, & imposuit patriæ dominum potentem, id est, tyrannum, ut Curio Cæsarem. hic, id est, alius inuasit thalamū natæ, et hymenæos. i. nuptias uetitos, hi omnes ausi nefas immane, & potiti auso. i. eo, quod sunt ausi. Si linguæ cētum sint mihi, & ora centum, & uox ferrea sit mihi (dicit Sibylla) ego non possem comprehendere omnes formas scelerum, & percurrere omnia nomina pœnarum. Vbi, id est, posteaquā sacerdos longæua Phœbi, id est, Sibylla dedit hæc dicta, ait Aeneæ. Sed iam age carpe uiam, & perfice munus susceptum, id est, officium incœptum, acceleremus, id est, uiam arripiamus, quia ego conspicio mœnia educta. i. fabricata manibus Cyclopū in caminis Vulcani, & cōspicio portas sub fornice aduerso, ubi p̄cepta iubēt nos deponere hæc dona. i. hunc ramum. Dixerat Sibylla, & egreßi pariter per opaca uiarū, id est, per uias opacas

Corripiunt spatium medium, foribusq; propinquant.
Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti
Spargit aqua, ramumq; aduerso in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere Diuæ,
Deuenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas.
Largior hic campos æhter, & lumine vestit
Purpureo, solemq; suum sua sydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palęstris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Necnon Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocum:
Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hic genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi heroes nati melioribus annis,
Ilusq;, Assaracusq;, & Troiæ Dardanus autor.

Fortunati.

Reuoluto semel orbe cũ sub terra Sol est.

Orphei cithara septẽ tãtũ chordas habuit, duæ postea sũt adiectæ a Terpandro.

¶ *Ecphrasis.*

corripiunt, id est, celeriter rapiunt medium spatium, & propinquant foribus prædictis. Aeneas occupat aditum, id est, introitum, & spargit corpus aqua recenti.i.uiua, & figit ramũ in limine aduerso.i.opposito. Demũ his peractis, id est, post omnia hæc perfecta, & munere Diuæ, id est, Proserpinæ perfecto, deuenere locos lætos, ubi designatur septimus circulus, et uirecta, id est, uiridaria amœna, id est, iucunda nemorum fortunatorum, & ad sedes beatas, id est, beatorum. Aether largior uestit hic campos lumine purpureo, id est, pulchro, sua sydera etiã norunt suum Solem. Pars animarum beatarum exercent membra in palæstris gramineis, id est, herbosis, & pars contendunt ludo, & luctantur in harena fulua, id est, pallida. Pars, id est, alij plaudunt choreas pedibus, id est, plaudentes pedibus ducunt choreas, & dicunt carmina. Necnon sacerdos Threicius, id est, Orpheus cum longa ueste obloquitur numeris septem discrimina, id est, differẽtias uocum, quia omnis consonantia continetur Diapason, quod quinq; tonis & duobus semitonis continetur. Et iã pulsat eadem digitis, & iã pectine eburno.i.ex ebore. Hic erãt Ilus & Assaracus, & Dardanus auctor Troiæ genus antiquũ Teucri, et proles pulcherrima, et magnanimi heroes nati meliorib9 annis, id est, meliori sæculo.

Arma procul, currusq; virum miratur inanes.
Stant terræ defixæ hastæ, passimq; soluti
Per campos pascuntur equi: quæ gratia currum,
Armorumq; fuit viuis, quæ cura nitenteis
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit ecce alios dextra læuaq; per herbam
Vescentes, lætumq; choro pæana canentes
Inter odoratum lauri nemus: vnde superne
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.
Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi: 66.
Quiq; sacerdotes casti, dum vita manebat:
Quiq; pij vates, & Phœbo digna locuti:
Inuentas aut qui vitam excoluere per artes:
Quiq; sui memores alios fecere merendo:
Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.
Quos circumfusos sic est affata Sibylla:
Musæum ante omnes: medium nam plurima turba
Hunc habet, atq; humeris extantem suspicit altis.

¶ *Ecphrasis.*

& mirãtur arma ꝓcul, & currus uirũ pro uirorũ, sed inanes, quia nullo corporũ põdere pressos. Stant hastæ defixæ terræ .i. in terra, et equi soluti passim .i. indifferẽter pascũtur per cãpos: q̃ gratia currum pro currũ, & armorũ fuit uiuis, & quæ cura fuit pascere equos nitentes, eadem .s. gratia, uel cura sequitur repostos .i. illos repositos tellure .i. apud inferos. Et ecce conspicit alios uescentes .i. comedẽtes dextra & læua per herbã, et canẽtes choro lætũ pæana .i. hymnũ siue laudẽ Apollinis, idq; inter odoratum .i. odoriferum nemus lauri. Vnde .i. ex quo loco plurimus amnis Eridani uoluitur superne per syluam. Hic erant manus .i. exercitus passi uulnera pugnando ob patriam .i. ob defensionẽ patriæ, & hic erant qui fuerunt sacerdotes casti, dum uita manebat, & qui fuerũt uates pij, & locuti sunt digna Phœbo, qui diuinatiõis deus est: & erant hic qui excoluerũt uitã per artes inuẽtas .i. cultiorẽ reddiderũt, et qui de alijs bene merẽdo fecere illos sui memores. Omnibus his tempora cinguntur .i. coronantur uitta niuea. Quos circunfusos Sibylla sic est affata, sed ante omnes Musæum, nam plurima turba habet hunc medium, & suspicit, id est, sursum aspicit extantem, id est, eminentem altis humeris.

Dicite felices animæ, tuq; optime vates,
Quæ regio Anchisen? quis habet locus? illius ergo
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes
Atq; huic responsum paucis ita reddidit heros:
Nulli certa domus, lucis habitamus opacis:
Riparumq; toros, & prata recentia riuis
al. ea corda Incolimus: sed vos (si fert ita corde voluntas)
Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.
Dixit: & ante tulit gressum, camposq; nitenteis
Desuper ostentat: dehinc summa cacumina linquunt.
At pater Anchises penitus conualle virenti
Inclusas animas, superumq; ad lumen ituras,
Lustrabat studio recolens: omnemq; suorum
Forte recensebat numerum, charosq; nepotes,
al. genusq; Fataq;, fortunasq; virum, moresq;, manusq;.
Isq;, vbi tendentem aduersum per gramina vidit
Aenean, alacris palmas vtrasq; tetendit,

¶ *Ecphrasis.*

O animæ felices, & tu uates optime dicite, quæ regio, & quis locus habet Anchisen, quia nos uenimus ergo, id est, causa illius uidendi (nam ergo ultima acuta hic pro causa accipitur) & tranauimus, id est, traiecimus magnos amnes Erebi, id est, inferorum, atq; heros, id est, Musæus reddidit responsum huic, id est, Sibyllæ, paucis, id est, breuiter. Nulli est domus certa, sed habitamus lucis opacis, id est, umbrosis, & incolimus toros, id est, lectos & mensas riparum, & prata recentia, id est, uiridia riuis: sed si uoluntas ita fert uos corde, id est, si cupitis, superate, id est, transcendite hoc iugum, id est, montis cacumen, & ego sistam uos tramite facili. Dixit Musæus, & ante tulit gressum, id est, præcessit, & ostentat illis desuper campos nitentes, dehinc descendentes linquunt summa cacumina montis illius. At Anchises pater lustrabat animas inclusas in conualle quadam uirenti, & ituras ad lumen superum, id est, cælestem, recolens illas studio, id est, studiose, & recensebat omnem numerum suorum, id est, posterorũ, & charos nepotes, fata quoq;, & fortunas, & mores, et manus. i. fortia facta uirtum pro uirorum. Et ubi. i. postquam is Anchises uidit Aeneam aduersum, id est, contra se uenientem, & tendentem per gramina, ille alacris tetendit utrasq; palmas.

Effusæq; genis lachrymæ, & vox excidit ore:
Venisti tandem, tuaq; expectata parenti
Vicit iter durum pietas: datur ora tueri
Nate tua, & notas audire, & reddere voces.
Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum
Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.
Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum
Accipio? quantis iactatum nate periclis?
Quam metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent.
Ille autem: tua me genitor, tua tristis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes, da iungere dextram,
Da genitor, teq; amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprensa manus effugit imago

Orditur ex abrupto ꝑpter uehementiã affectus.

alias, tua

al. naues

al. cõpressa

¶ *Ecphrasis*

& lachrymæ effusæ sunt genis, id est, ex sinibus oculorum. Et uox excidit ore illius dicentis. O nate uenisti tandem, id est, post longam expectationem, & tua pietas expectata, id est, examinata mihi parenti tuo uicit iter durum, id est, difficile. O nate datur mihi tueri, id est, uidere tua ora, id est, faciem tuam mihi desideratam, & audire & reddere ueras uoces, quod ante hac nunquam nisi per uisa & insomnia factũ est. Ego quidem sic ducebam animo, & rebar futurum dinumerans tempora, quibus esses ad me uenturus, nec mea cura fefellit me, id est, neq; sum deceptus. O nate per quas terras, & per quanta æquora te uectum accipio? id est, per quanta terræ & maris pericula, quod statim declarat dicens, & quantis iactatũ periclis? Quam metui ne regna Libyæ nocerent tibi, eo tempore, quo apud Elissam desedisti. Ille autem, subaudi, Aeneas respondit, o genitor tua imago tristis occurrens mihi sæpius adegit, id est, impulit me tendere ad hæc limina, id est, domos has. Classes, id est, naues stant sale Tyrrheno, id est, mari Italiæ infero. O genitor da mihi iungere dextram dextræ, nec subtrahas te nostro amplexu, nam Anchises subtrahebat se. Et Aeneas memorans sic rigabat ora largo fletu, & conatus est ibi ter circundare brachia collo, & imago Anchisæ comprensa ter ab Aenea effugit. i. euasit manus illius,

Par leuibus ventis, volucriq; simillima somno.
Interea videt Aeneas in valle reducta
al. syluæ Seclusum nemus, & virgulta sonantia syluis,
al. pernatat Lethæumq;, domos placidas qui prænatat, amnem;
Hunc circum innumeræ gentes, populiq; volabant.
Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt varijs, & candida circum
Lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.
Horrescit visu subito, caussasq; requirit
Inscius Aeneas, quæ sint ea flumina porro:
Qui ve viri tanto complerint agmine ripas.
Tum pater Anchises: Animę, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethei ad fluminis vndam
Securos latices, & longa obliuia potant:
Has equidem memorare tibi, atq; ostendere coram,
alias hac Iam pridem hanc prolem cupio enumerare meorum:
Quo magis Italia tandem lætere reperta.
O pater, an ne aliquas ad cælum hinc ire putandum est

¶ *Ecphrasis.*

par.i. similis uentis leuibus.i. uelocibus, & simillima somno uolucri.i. uelociter fugiēti. Interea Aeneas uidet nemus seclusum.i. separatū in ualle reducta.i. secessu posita, & uidet uirgulta sonātia syluis.i. arboribus, & uidet amnē Lethæū, qui prænatat domos placidas.i. uoluptuosas & iucūdas. Innumeræ gentes & populi uolabant circū hūc fluuiū Lethæū. Ac illæ gētes & populi erāt ueluti ubi.i. cum apes insidūt uarijs floribus in æstate serena, & illæ apes funduntur circū lilia candida, tūc omnis cāpus strepit murmure apum. Tūc Aeneas inscius horrescit uisu subito, & requirit eius, quod uiderat, caussas, hoc est, quæ sint ea flumina, & qui uiri illi, qui compleuerint ripas tanta multitudine. Tūc Anchises inquit. Animæ illæ, quibus altera corpora debentur fato, id est, quæ uoluntate diuina iterum sunt incorporandæ, potant latices securos, id est, securitatem afferentes, & pro id est longa obliuia, quod fluuius Lethes efficit. Ideo o nate ego cupio memorare tibi has animas, & iam pridem cupio ostēdere tibi hanc prolē meorū.s. posterorum, quo pro ut tu magis læteris mecum reperta Italia, quā nūc reperisti. Tunc Aeneas quærit dicens. O pater an ne putandū est.i. nunquid credibile est, aliquas

Sublimes

Sublimeis animas? iterumq; ad tarda reuerti)2.
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
Suscipit Anchises, atq; ordine singula pandit.
Principio cælum ac terras, camposq; liquenteis, Locus ...
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudumq; genus, vitæq; volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.
Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo)3.
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.
Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;: nec auras
Respiciunt clausæ tenebris & carcere cæco.

¶*Ecphrasis.*

animas ire hinc sublimes, id est, ex inferis ad superos, & reuerti hinc ad corpora tarda, id est, quæ sunt animæ agilitati contraria, quæ cupido lucis tam dira est miseris. Tunc Anchises inquit. O nate dicã tibi quod a me petis, neq; tenebo te suspensum, id est, in hac quæstione dubium. Principio, id est, ante omnia. Spiritus diuinus alit. i. sustinet cælum ac terras, & campos liquentes. i. maria, & globum, id est, orbem Lunæ lucentẽ, & astra Titania, id est, quæ a Titane, id est, Sole illustrãtur. Et mẽs diuina infusa per arctus. i. per mundi partes agitat totam molẽ, & miscet se magno corpore pro corpori totius. s. mũdi. Inde ex hac Dei cõmixtione est gen9 hominũ et pecudũ, et uitæ uolantũ. i. aĩæ uolucrũ sup. sunt. & sunt quoq; inde monstra illa, q̃ põtus fert sub æquore marmoreo. i. marino, qui marmor pro mari quoq; accipitur. Vigor igneus & pro id est, cælestis, est ollis pro illis oĩbus animãtibus quæ sunt quasi semina quædã & particulæ Dei, sed in quãtũ corpora noxia i. animæ nocẽtia non tardãt animæ uires, & in quantum artus terreni & membra moritura non tardãt. Hinc. i. a corporis contagione animæ metuunt & cupiũt, & dolent, et gaudent, & sic quatuor animi perturbationes tangit timorem, qui est de malo futuro opinato. Libidinem de bono futuro opinato, dolorem de malo præsenti opinato, uoluptatem de bono præsenti opinato, & animæ clausæ in corpore, tanquam in tenebris & carcere cæco non respiciunt auras.

Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit.
Non tamen omne malum miſeris,nec funditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes:penituſq; neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergo exercentur pœnis:veterumq; malorum
Supplicia expendunt.aliæ panduntur inanes
Suſpenſa ad ventos:alijs ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus,aut exuritur igni.
Quiſq; ſuos patimur manes.exinde per amplum
Mittimur Elyſium:& pauci læta arua tenemus:
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem,purumq; reliquit
Aetherium ſenſum,atq; aurai ſimplicis ignem.
Has omnes,vbi mille rotam voluere per annos,
Letheum ad fluuium Deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores ſupera vt conuexa reuiſant,
Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti.
Dixerat Anchiſes; natumq;,vnaq; Sibyllam

triplex purgatio. Fortaßis alludit ad luſtratiões funebres,quæ fiebãt fumis, item ſpargenda aqua,item cremando.

Mira inuẽtio poëtæ, per quã ad Romanas hiſtorias digreditur

¶ *Ecphraſis.*

Quin etiam cum uita reliquit illas. ſ. animas in ſupremo lumine.nõ tamen omne malum,neq; omnes peſtes corporeæ excedunt funditus, id eſt, penitus ab animis & neceſſe eſt multa concreta,id eſt,coniuncta penitus inoleſcere,id eſt, concreſcere miris modis.Ergo animæ exercentur pœnis,& expendunt,id eſt,luunt pœnas & ſupplicia ueterum malorum, & aliæ animæ ſuſpenſæ panduntur ad uentos inanes.alijs,ſcilicet,animabus ſcelus infectum eluitur,id eſt,purgatur ſub gurgite,aut exuritur,id eſt,purgatur igni Quiſq; patimur ſuos manes,id eſt, ſiue bonum ſiue malum genium ſecundum opera quæ fecimus, & exinde mittimur per amplum Elyſium,& pauci tenemus læta arua,donec lõga dies,id eſt,tempus,exemit labem concretam animæ orbe,id eſt,reuolutiõe temporis perfecta,et reliquit purum ſenſum,id eſt,animum æthereum purum & ignem aurai ſimplicis,quia igneũ putabant eſſe animũ. Et ubi animæ uoluere rotam per mille annos, Deus euocat hãs omnes magno agmine ad flumen Letheum, ſcilicet,ut aqua fluminis epota facti immemores reuiſant ſupera conuexa,id eſt, ſuperiores terræ partes,& incipiant uelle reuerti in corpora. Anchiſes dixerat hæc, & trahit in medios animarum

Conuentus trahit in medios, turbamq́ sonantem:
Et tumulum capit, vnde omnes longo ordine possit
Aduersos legere, & venientum discere vultus.
Nunc age, Dardaniam prolem, quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Illustreis animas, nostrumq́ in nomen ituras,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.
Ille (vides?) pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras
Aetherias Italo commistus sanguine surget
Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles,
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis Regem, Regumq́ parentem:
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis,
Et Capys, & Numitor, & qui tot nomine reddet
Syluius Aeneas, pariter pietate, vel armis
Egregius, si vnquam regnandam acceperit Albam.

Græcos mil tos é mœnibus apud Homerum Helena Priamo sciscitanti indicat, qđ hoc loco imitatur Vergi.

¶ Ecphrasis.

couuentus natū Aeneā, & una. i simul Sibyllā, & in turba sonātem. i. strepitū facietem, & capit tumulū. i. locū editiorē, unde posset legere. i. percurrere oēs aduersos. i. é conspectu positos longo ordine, & unde posset dicere. i. cognoscere vultus uenietium. s. in corpora humana, & ait Aeneæ. Age nūc ego expediam dictis prolē Dardaniā. s. futurā, & quæ gloria deinde sequatur illos, & qui nepotes maneāt de gēte Itala mixta Troianis, app. animas illustres, et ituras in nostrū nomē. i. sanguinē siue familiā, & docebo te tua fata. i. tuæ posteritatis. Vides ne illū, qui iuuenis nititur hasta pura, & tenet loca proxima lucis. i. uitæ, ille cōmixtus sanguine Italo surget primus ad auras, & hic erit Syluius. appo. nomē Albanum. i. Latinū. O Aenea tua proles posthuma, quia hic Syluius ex Lauinia filia Latini procreatus post mortem Aeneæ fuit natus, atq; ideo dictus posthumus, quem Lauinia coniux serū tibi iam longæuo educet i. pariet syluis futurū Regē, & parētē Regū, unde. i. per quē genus nostrū dominabitur in Alba lōga. Ille proximus. i. sequēs est Procas gloria Troianæ gētis, & deinde Capys, et Numitor, & posthūc Aeneas Syluius, qui reddet. i. representabit te nomine, egregius pariter sicut tu pietate uel armis si vnquā acceperit Albam regnandam, id est, in qua regnet.

Nec qui pampineis victor iuga flectit habenis,
Liber agens celso Nisæ de vertice tigres.
Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?
Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?
Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? nosco crines, incanaq; menta
Regis Romani, primus qui legibus vrbem
Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra
Missus in imperium magnum: cui deinde subibit,
Otia qui rumpet patriæ, residesq; mouebit
Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis
Agmina: quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
Nunc quoq; iam nimium gaudens popularibus auris.
Vis & Tarquinios reges, animamq; superbam
Vltores Bruti, fascesq; videre receptos?
Consulis imperium hic primus, sæuasq; secures
Accipiet: natosq; pater noua bella mouentes

¶*Ecphrasis.*

Nec liber obiuit tãtum telluris, qui victor agens tigres de celso uertice Nisæ vrbis Indorum flectit iuga curruum habenis pampineis. Cum igitur tanta nos maneat gloria dubitamus extendere virtutem, id gloriam, quæ virtuti debetur factis s. ingentibus? aut metus prohibet te consistere in terra Ausonia .i. in Italia? Quis autem est ille procul stans insignis ramis oliuæ, quia Numa fuit pacificus ferens sacra, quia instituit religionem, nosco crines canos, & mentũ quoq; valde canũ Regis Romani, id est, Numæ Pompilij, qui missus Curibus paruis, id est, ex vrbe illa Sabinorum, & terra paupere imperiũ magnum, id est, Romam fundabit vrbẽ primã .i. ipse primus legibus fundabit. Cui numen deinde subibit Tullus hostilius, qui rumpet otia patriæ in bello, & mouebit in arma viros resides, id est, inertes, & agmina iam desueta triumphis, quem iuxta Ancus iactantior sequitur, quia hic paulo ambitiosior fuit, gaudens etiam nunc nimium auris popularibus, id est, fauore populi. Vis ó Aenea videre Reges Tarquinos, scilicet Priscũ et Superbũ, & animã superbam Bruti vltoris iniuriæ illatæ Lucretiæ, & vis videre fasces receptos .i. Insignia consulũ. Hic primus .s. Brutus accipiet imperiũ cõsulis, & sæuas secures. Et pater ipse Brutus pro libertate pulchra uocabit

Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infelix,vtcunq; ferent ea fata minores,
Vincet amor patriæ,laudumq; immensa cupido;
Quin Decios,Drusosq; procul, sæuumq; securi
Aspice Torquatum,& referentem signa Camillum.
Illæ autem,paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc,& dum nocte premuntur,
Heu quantum inter se bellum,si lumina vitæ
Attigerint,quantas acies,stragemq; ciebunt:
Aggeribus socer Alpinis,atq; arce Monœci
Descendens,gener aduersis instructus Eois.
Ne pueri,ne tanta animis assuescite bella,
Neu patriæ validas in viscera vertite vires:
Tuq; prior,tu parce genus qui ducis Olympo,
Proijce tela manu sanguis meus.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum cæsis insignis Achiuis:

Exemplū Romanæ fortitudinis. Camill9 urbē ciuibus, et ciues urbi reddidit

¶ *Ecphrasis.*

ad pœnam natos mouentes noua bella,pater,dico,infelix,utcunq; minores ferent ea.i.iudicabunt,amor patriæ uincet,& immēsa cupido laudū. Quin.i.insuper aspice .pcul Decios patrem & filiū,& Drusos & Torquatū sæuum securi,qui filiū iußit percuti securi,quia contra illius imperium pugnauerat, & Camillum referentem signa in patriam á Gallis Senonibus occupatam. Illæ autem animæ concordes,nunc dum premuntur nocte,id est,tenebris quas cernis fulgere in armis,quia armati erant. Heu quantum bellum, & quantas acies & strages ciebunt,id est, concitabunt, si attigerint lumina uitæ. socer, id est, Cæsar, cuius filiam Iuliam Pompeius duxit vxorem descendens aggeribus, id est, munitionibus Alpinis, & ab arce Monœci, qui est portus Liguriæ, cui Cæsar præerat, gener, id est, Pompeius instructus Eois aduersis, id est, populis Orientalibus. O pueri dicit Anchises,ne assuescatis animis,id est,ira tāta bella,quanta sunt ciuilia. neu uertite ualidas uires in uiscera patriæ, quia bellum illud fuit intestinum. Et tu ó Cæsar sanguis meus, qui ducis genus Olympo, tu prior parce & abstine á bello, tu, dico, proijce tela manu. Ille,scilicet,Lucius Mummius uictor insignis Achiuis cæsis ad alta Capitolia aget currum more triumphantiū,Corintho triūphata.i. deuicta.

Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas:
Ipsumq; Aeaciden, genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.
Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat?
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ? paruoq; potentem
Fabricium? vel te sulco Serrane serentem?
Quo fessum rapitis Fabij? tu maximus ille es,
al. restitues Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Excudent alij spirantia mollius æra:
Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus:
Orabunt causas melius: cæliq; meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent:
Tu regere imperio populos Romane memento:
(Hæ tibi erunt artes) pacisq; imponere morem,
al. deuictis Parcere subiectis, & debellare superbos.
Sic pater Anchises; atq; hæc mirantibus addit:

¶ *Ecphrasis.*

Ille.i.alius eruet.i.euertet Argos vrbē Græcam & Mycenas Agamēnonias.i.quibus Agamēnon regnauit, & euertet ipsum Aeaciden genus Achillis armipotentis, ille, dico, vltus auos Troiæ á quibus Romani ducūt originem, & tēpla Mineruæ temerata á Græcis. O magne Cato, censoriū appellat, aut ó Corneli Cosse, quis relinquat te tacitū, & quis relinquat genus Gracchi.id est, Gracchos tacitos, aut geminos Scipiadas, id est. Cn. & P. Scipiones duo fulmina belli Punici, & cladē Libyæ, id est. Aphricæ euersores? & quis relinquat tacitum Fabricium contētū & potentē paruo, uel te ó Serrane serentē Sulco? Attiliū Serranū intelligit. O Fabij quo rapitis me fessum? q.d. ad lachrymas. Tu ó Quinte Fabi es ille maximus, qui cūctādo.i.immorādo impetus Hannibalis restituis nobis rem.s.publicā. Credo equidē alij excudēt mollius.i.artificiosius æra.i.æreas imagines, & ducent uiuos vultus demarmore, & alij orabūt causas melius, & describēt melius radio .i.uirga illa geometrarū meatus.i.cæli cursus, et dicēt melius sydera surgētia.i.ortus signorū. Sed tu ó Romane memēto regere populos imperio, hæ artes erūt tibi.s. imponere morem.i.leges paci.i.populis pacatis, & parcere subiectis, et debellare suprbos. Hæc pater Anchises dicebat, atq; illis mirātibus, addit hæc quæ sequuntur.

Aſpice vt inſignis ſpolijs Marcellus opimis
Ingreditur: victorq; viros ſupereminet omneis.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Siſtet Eques: ſternet Pœnos, Gallumq; rebellem,
Tertiaq; arma patri ſuſpendet capta Quirino.
Atq; hic Aeneas (vna nanq; ire videbat
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu)
Quis pater ille, virum qui ſic comitatur euntem?
Filius, an ne aliquis magna de ſtirpe nepotum?
Quis ſtrepitus circa comitum, quantum inſtar in ipſo eſt?
Sed nox atra caput triſti circumuolat vmbra.
Tum pater Anchiſes lachrymis ingreſſus obortis:
O nate, ingentem luctum ne quære tuorum.
Oſtendent terris hunc tantum fata: neq; vltra
Eſſe ſinent. nimium vobis Romana propago
Viſa potens ſuperi, propria hæc ſi dona fuiſſent.

Marcellus filius Octauiæ ſororis Auguſti quē Auguſtus ſibi adoptauit.

Alludit ad immaturā mortem.

¶ Ecphraſis.

Aſpice ô Aeneas, ut Marcellus inſignis ſpolijs opimis ingreditur. i. incedit, & uictor ſupeminet oēs uiros, hic. ſ. Marcellus Eques ſiſtet. i. firmabit rem publicā Romanā magno tumultu illā turbāte, & idē ſternet. i. ſuperabit Pœnos, & Gallū rebellē. i. Galliā, quæ ſæpe á Romanis rebellauit, & referet patri Quirino. i. Romulo tertia arma. i. tertia ſpolia opima, nā prima retulit Romulus, ſecūda Cornelius Coſſus, & quia Aeneas uidebat iuuenē egregiū forma ire una. i. ſimul cū Marcello, & egregiū armis fulgētibus, cui iuueni frōs erat parū læta. i. triſtis, & cui lumina. i. oculi erāt vultu deiecto, & inquit Aeneas ad Anchiſem. O pater qs eſt ille, qui ſic comitatur uirū. i. Marcellū eūtē, eſt ne filius? an aliqs de magna ſtirpe nepotū. i. poſteritatis noſtræ, & qs eſt ille ſtrepitus comitū circa illū, q̄tum inſtar. i. ſimilitudo eſt in ipſo? ſed nox atra. i. mors circūuolat caput illius umbra triſti. Tum pater Anchiſes ingreſſus eſt. i. incœpit ſic lachrymis obortis. O nate ne quære. i. queras ingentem luctum tuorum, quia oſtendent hunc terris. ſed tantum oſtendēt, quia in ætatis flore peribit, neq; ſinent. i. permittent illum ultra eſſe, id eſt, uiuere. O ſuperi propago, id eſt, nobilitas Romana uiſa eſt uobis nimium potens, quaſi dicat illius potentiæ inuidiſtis, ſi hæc dona fuiſſent propria, id eſt, perpetua.

Quantos ille virum magnam Mauortis ad vrbem
Campus aget gemitus? vel quæ Tyberine videbis
Funera, cum tumulum præter labere recentem?
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos: nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides, inuictaq; bello
Dextera: non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato: seu cum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores, animamq; nepotis
Conclusio. His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere. sic tota passim regione vagantur
Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.

¶ *Ecphrasis.*

Ille campus, scilicet Martius, vbi Marcellus sepeliendus est quantos gemitus aget ad magnam vrbem Mauortis, id est, Romam Martiam. Et ó Tyberine, id est, Numen Tybridis, quæ funera uidebis, cum labere præter, id est, propter, uel prope tumulum recentem, id est, quam celebres tristesq; Marcelli obsequias. Nec quisquam puer de gente Iliaca, id est, Troiana, in tantum tollet spe, id est, sperare bene faciet auos Latinos, quantum Marcellus hic. nec tellus Romula, id est, Romana, tantum iactabit se ullo alumno, id est, ciue quantum Marcello. Heu pietas, heu prisca fides, & dextra inuicta bello, quæ omnia in eo futura erant egregie, si uixisset: quisquam obuius, id est, hostis, non tulisset se illi armato, id est, obtulisset impune, id est, inulto, seu cum iret pedes, id est, pedibus in hostem, id est, contra, seu foderet calcaribus, id est, instigaret armos .i. ilia equi spumantis. Heu ó puer miserande, tu eris Marcellus, si qua, id est, aliquo modo rumpas fata aspera, id est, si uixeris contra fatorum rationem. date lilia manibus plenis, & spargam flores purpureos, ut saltem his donis accumulem animam nepotis, id est, Marcelli, qui futurus est unus ex posteris meis, & fungar munere, id est, officio inani. Et sic Aeneas & Sibylla uagantur paßim tota regione Elisij in campis latis aëris .i. liberioris cæli, & lustrant omnia .i. circueunt.

Quæ poſtquam Anchiſes natum per ſingula duxit,
Incenditq; animum famæ venientis amore,
Exin bella viro memorat quæ deinde gerenda,
Laurenteſq; docet populos, vrbemq; Latini,
Et quo quenq; modo fugiatq;, feratq; laborem.
Sunt geminæ ſomni portæ; quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia manes.
His vbi tum natum Anchiſes, vnaq; Sibyllam
Proſequitur dictis, portaq; emittit eburna,
Ille viam ſecat ad naues, ſocioſq; reuiſit.
Tum ſe ad Caietæ recto fert littore portum:
Anchora de prora iacitur: ſtant littore puppes.

Ex Homeri Odis. li. xix.



¶ *Ecphraſis.*

per quæ ſingula quæ diximus poſtquam Anchiſes duxit natum Aeneam, & incendit animum amore, id eſt, cupiditate famæ uenientis, id eſt, futuræ, exin pro deinde memorat, quæ bella ſint gerenda uiro, id eſt, ab Aenea, & docet illum populos Laurentes, ubi urbem fundaturus erat, & urbem Latini, id eſt, Laurolauinium, ubi Latinus regnabat. Et docet præterea illum quomodo fugiat & euitet quemq; laborem, & ferat, id eſt, patiatur. geminæ, id eſt, duplices portæ ſomni ſunt, quarum altera fertur eſſe cornea, ex materia cornus, qua, id eſt, per quam exitus facilis datur umbris, id eſt, ſomnis ueris. Altera, ſcilicet porta eſt perfecta nitens elephanto candenti, id eſt, ex materia eborea. ſed qua manes, id eſt, inferi mittunt inſomnia falſa ad cælum, id eſt, partem hanc mundi ſuperiorem. Tunc Anchiſes proſequitur his dictis natum, & una, id eſt, ſimul Sibyllam. & emittit illos porta eburna, id eſt, per quam falſa inſomnia ad nos mittuntur, ut ſignificet omnia hæc eſſe ficta. Ille, ſcilicet, Aeneas ſecat uiam, id eſt, arripit iter ad naues, & reuiſit ſocios, quos in littore Cumano reliquerat. Tunc fert ſe littore recto ad portum Caietæ urbis Campaniæ, & illic anchora iacitur de prora nauis, & puppes ſtant in littore,

FINIS LIBRI SEXTI.

¶ *Adilon.*

Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN *Septimum Aeneidos Librum argumentum.*

HIc quoq; Caietam ſepelit:tum deinde profectus
Laurentumq; venit:verbis cognouit Iuli
Fatalem terram:menſis en veſcimur inquit:
Centum oratores pacem veniamq; petentes
Ad Regem mittunt læti tum forte latinum:
Qui cum pace etiam natæ connubia pactus,
Hoc forte allecto Iunonis diſſipat ira.
Concurrunt dicti,q̃uis pia fata repugnent.
Belli cauſa fuit violatus vulnere ceruus.
Tum gentes ſociæ arma parant:fremit arma iuuentus.

SEptimus Aeneam. Argumentum eſt ſeptimi libri, qui breuiter, quid ſeptimo libro contineatur, deſcribitur. Septimus.ſ. liber reddit.i reſtituit Aeneam aruis fatalibus.i.Italiæ .quoq;.i.etiam ſepelit, id eſt, humat hic ubi prius Miſenum ſepeliuerat, Caietam nutricem ſuam. Tum.i.præterea profectus deinde.i.ab eo loco uenit Laurentum.i. ad urbem Regis Latini ſic dictam. Aeneas cognouit terram fatalem, id eſt, fatis conceſſam uerbis, id eſt, propter uerba Iulij Aſcanij, qui inquit en, id eſt, ecce ueſcimur menſis, id eſt, menſas comedimus. Nam Celeno ſuis, ut in tertio uidimus, prædixerat illos fame laboraturos, cum primum ad Italiæ oras claſſem appuliſſent: atque præ nimia inedia menſas ipſas deuoraturos: cuius timore menſas ex quadris panis fecerunt: vnde eas nunc comedunt. Troiani læti mittunt centum oratores ad Latinum tum forte Regem, id eſt, qui tunc forte fortuna erat Rex, oratores dico, petentes veniam & pacem. Qui ſcilicet Rex Latinus pactus eſt.i.paſciſcendo conceßit connubia.i.ſponſalia natæ.i.filiæ Lauiniæ ſimul cũ pace. Allecto furia illa dißipat.i.diſturbat forte.i. caſu quodã hoc.ſ.pactum inter Troianos & Regẽ Latinum factũ, & hoc, ira.i. propter irã Deæ Iunonis. Dicti.ſ.Troiani & Latini concurrũt.i.certãt & pugnãt, q̃uis pia fata repugnẽt.i.uetẽt.ſ.illos pugnare, cũ Aeneas futurus eſſet Latini gener. Ceruus uiolatus.i.ſauciatus vulnere.i.telo vulnus infligẽte fuit cauſa.i.occaſio, & primũ illius belli. Tũc gẽtes ſociæ.i.aſſociatæ parant.i.præparãt arma.i.tela & alia ad bellũ neceſſaria: iuuentus.i.iuuenũ multitudo fremit.i.cũ fremitu petit arma.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS

Liber ſeptimus.



TV quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dediſti:
Et nunc ſeruat honos ſedẽ tuus: oſſaq; nomẽ
Heſperia in magna (qua eſt ea gloria) ſignat.
At pius exequijs Aeneas rite ſolutis
Aggere cõpoſito tumuli, poſtq; alta quierunt
Aequora, tendit iter velis, portũq; relinquit.
Aſpirant auræ in noctem, nec candida curſum
Luna negat: ſplendet tremulo ſub lumine pontus,
Proxima Circææ redduntur littore terræ,
Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu, tectiſq; ſuperbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,

¶ *Ecphraſis.*

TV quoq; o nutrix Aeneia Caieta, id eſt, Aeneæ moriens in eo loco dediſti famam æternam noſtris littoribus, Immortale nomen urbi ex tuo nomine relinquens, & nunc tuus honos ſeruat ſedem, id eſt, retinet ſepulchrum tuum honorem, & tuus honos ſeruat oſſa in Heſperia magna, id eſt, Italia. & per parentheſim interpoſuit, ſi eà gloria eſt aliqua. At Aeneas pius ſolutis prius exequijs rite, id eſt, ex ordine, & compoſito aggere tumuli, id eſt, ſepulchro, poſtquam alta æquora quierunt, id eſt, tranquilliora ſunt facta, tendit, id eſt, dirigit iter uelis, id eſt, uelificatione, & relinquit, portum Caietæ, & auræ ſpirant in noctem, id eſt, per noctem, nec Luna candida negat curſum, quia lumen præſtat, & pontus ſplendet ſub lumine tremulo, quia ad undarum motum Luna tremere uidetur. Littora proxima terræ Circææ, id eſt, ubi Circe regnauit, raduntur, id eſt, tanguntur, ubi filia Solis, id eſt, Circe diues reſonat, id eſt, reſonare facit Lucos inacceſſos, id eſt, inacceßibiles, & hoc cantu aßiduo, & urit cedrum odoratam, id eſt, optimum odorem emittentem, ſed præcipue cum uritur in lumina nocturna tectis ſuperbis, id eſt, in domo nobili, Circe, dico,

Arguto tenues percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus, iræq; leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum:
Setigeriq; sues, aptaq; in præsepibus vrsi
Sæuire, ac forma magnorum vlulare luporum:
Quos hominum ex facie Dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Quæ ne monstra pij paterentur talia Troes
Delati in portus, neu littora dira subirent,
Neptunus ventis impleuit vela secundis,
Atque fugam dedit, & præter vada feruida vexit.
Iamq; rubescebat radijs mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis,
Cum venti posuere, omnisq; repente resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.
Atq; hic Aeneas ingentem ex æquore lucum
Prospicit hunc inter fluuio Tyberinus amœno

Alludit ad fabulam, qua Circe dicta est formis bruto & humanas mutare.

Aeneas Italiam ingreditur.

¶ *Ecphrasis*

percurrens telas tenues pectine arguto, id est, sonoro. Gemitus & iræ leonũ recusantium, id est, detractantium uincula, & rudentum pro mugientium sub nocte sera, exaudiri pro exaudiebantur hinc, id est, á Circæo promontorio. & sues setigeri, id est, qui pro pilis gerunt setas, & ursi sæuire pro sæuiebant in præsepibus, & formæ magnorum luporum ululare pro ululabant. Quos Circe Dea sæua per artem magicam, & herbis potentibus ex facie hominum, id est, ex figura humana induerat in vultus ac terga ferarum, id est, conuertit in figuram ferinam. Quæ monstra, id est, miracula ne Troes pij paterentur, delati sunt in portus optatos, & ne Troes subirent littora Circes dira, Neptunus impleuit uela uentis secundis, id est, in puppim spirantibus. Et iam mare rubescebat radijs, scilicet, solaribus, & aurora lutea, id est, purpurea fulgebat in bigis. i. curru biiugo roseis, id est, purpureis ab alto æthere, cum uenti posuere, id est, recessauere, & omnis flatus repente resedit, quod idem est, & tonsæ, id est, remorum palmulæ, siue palæ luctantur, id est, nituntur in marmore, id est, in mari lento, id est, pigro. Et Aeneas hic, id est, tunc prospicit ex æquore lucum ingentẽ. Tyberinus Tybridis numẽ est, sed hic ꝓ ipso fluuio ponitur, prorũpit in mare

Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
In mare prorumpit: variæ circumq́ꝫ, supraq́ꝫ
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo
Aethera mulcebant cantu, lucoq́ꝫ volabant.
Flectere iter socijs, terræq́ꝫ aduertere proras
Imperat, & lætus fluuio succedit opaco.
Nunc age qui reges, Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
Cum primum Ausonijs exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ:
Tu vatem, tu diua mone, dicam horrida bella:
Dicam acies, actosq́ꝫ animis in funera reges:
Tyrrhenamq́ꝫ manum: totamq́ꝫ sub arma coactam
Hesperiam: maior rerum mihi nascitur ordo,
Maius opus moueo. Rex arua Latinus, & vrbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.

Inuocatio. Nā hic orditur Aeneæ bella, et res ī Italia gestas. In hāc autē narrationē spargit semina, & causas belli.

¶ *Ecphrasis.*

uorticibus rapidis, & fluuio amœno, & flauus multa arena, prorumpit, dico, in mare per hunc, id est, inter hunc lucum per quem medium labitur. Volucres assuetæ ripis & alueo fluminis Tybridis variæ, id est, diuersi colores, aut diuersorum generum, mulcebant æthera cantu, id est, canebant ad auras dulciter, & uolabant in eo luco quem diximus. Et Aeneas imperat socijs flectere iter, id est, cōuertere naues, & aduertere proras nauium terræ. i. littori, uel potius fluminis ripæ, & sic lætus succedit fluuio opaco. i. arboribus umbroso. O Erato quæ una est ex nouem musis, & hic pro Calliope ponitur, age. i. dic nūc, qui reges, & quæ tēpora fuerint Latio antiquo, quia Latiū duplex est, antiquū & nouū, & quis etiā status fuerit Latio antiquo, cū primū exercitus aduena. i. Troianus appulit classem oris Ausonijs. i. finibus Italis. Tu Diua. i. ó musa, tu mone me uatē, quia ego dicā & expediā, & reuocabo. i. repetā exordia primæ pugnæ. i. principiū, quod fuit Cerui interitus, & ego dicā acies, & dicam reges actos. i. impulsos animis. i. ira in funera, & dicam manum Tyrrhenam. i. exercitū Tyrrhenorum, & totam Hesperiam. i. Italiam coactam. i. collectam sub arma. Ordo rerum maior quā sex libris superioribus nascitur mihi, & moueo maius opus quam fuit superius. Latinus Rex iam senior regebat arua, & urbes placidas, id est, quietas in lōga pace.

Hunc Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus. Fauno Picus pater: iſq; parẽtem
Te Saturne refert: tu ſanguinis vltimus autor.
Filius huic fato Diuum, proleſq; virilis
Nulla fuit, primaq; oriens erepta iuuenta eſt.
Sola domum, & tantas ſeruabat filia ſedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno e Latio, totaq; petebant
Auſonia, petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus auis, atauiſq; potens: quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore:
Sed varijs portenta Deum terroribus obſtant.
Laurus erat tecti medio in penetralibus altis
Sacra comam, multoſq; metu ſeruata per annos:
Quam pater inuentam primas cum conderet arces,
Ipſe ferebatur Phœbo ſacraſſe latinus,
Laurentiſq; ab ea nomen poſuiſſe colonis.

¶ *Ecphraſis.*

Nos accepimus hunc Latinũ Regem genitũ ex Fauno & Marica nympha Laurente.i.indigena. ſed Picus fuit Pater Fauno, & is.ſ.Faunus refert.i.repræſentat parentem.te o Saturne, & tu fuiſti ultimus.i. primus autor ſanguinis .i.generis, filius & proles uirilis.i.ſexus maſculini, nulla fuit huic Latino, ſed oriens.i.cũ primum naſceretur erepta eſt in prima iuuenta.i. in ætatis & uitæ initio. Sola filia Lauinia ſeruabat.i.tenebat domum, & tantas ſedes iam matura uiro, id eſt, quæ ducẽda eſſet a marito uxor, & iam nubilis annis plenis, id eſt, ætate integra, quod idem eſt. Multi proci ex Latio magno, & tota Auſonia petebant illam in uxorẽ. Sed Turnus pulcherrimus ante omnes alios, & potens auis atq; atauis, id eſt, maioribus petit Lauiniam in uxorem, quem Turnum coniux Regia.i. amata Regis Latini uxor, amore miro.i.incredibili properabat illum adiũgi ſibi generum. Sed portẽta Deorũ obſtãt uarijs terroribus hoc.ſ.matrimoniũ cũ Turno fieri, et enumerat portẽta illa dicẽs. In medio tecti.i. domus, et in penetralibus altis fuit Laurus arbor ſacra comã.i.habẽs frõdes ſacras, et ſeruata metu.i.religiõe p multos annos: Quã.ſ.Laurũ inuẽtã cũ cõderet primas arces.i.Laurolauiniũ, ipſe Latinus pater ferebatur ſacraſſe Phœbo, et ab ea Lauro impoſuiſſe nomẽ colonis Laurentis.

Huius

Huius apes summum densæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans æquora uectæ
Obsedere apicem: & pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuo vates externum cernimus, inquit,
Aduentare virum, & partes petere agmen easdem
Partibus ex ijsdem, & summa dominarier arce.
Præterea castis adolet dum altaria tedis,
Et iuxta genitorem astat Lauinia virgo,
Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,
Regalesque accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis: tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.
Id vero horrendum ac visu mirabile ferri:
Nanque fore illustrem fama, fatisque canebant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.

Portẽtm

dũ alij cũ

Ignis portentum regiũ: ut in ij. libro de Ascanio.

¶ *Ecphrasis.*

Apes densæ uectæ trans æquora, id est, ab ultramarinis partibus cum stridore ingẽti obsedere summũ apicẽ .i. cacumẽ hui⁹ lauri, et p parẽthesim, dixit, mirabile dictu: & examen illud apum subitum pependit ex ramo frondenti pedibus nexis per mutua, id est, inuicem. Continuo, id est, statim uates inquit, nos cernimus uirum externum, id est, alienum aduentare. sed ex iisdem partibus, id est, marinis agmen uirorum petere easdem partes, id est, Italas, & dominarier pro dominari in summa arce. Præterea dum uirgo Lauinia adolet altaria, id est, incendit tedis castis, id est, religiosis, & astat iuxta genitorem suum Latinum, uisa est a circunstantibus comprendere ignem crinibus longis, atq; uisa est, omnem ornatum capitis teneri flamma crepitante, id est, sonante: & uisa est accensa comas, & accensa coronam, id est, habens comas regales accensas, & coronam accensam. insignem, id est, insignitam gemmis. Tũ .i. præterea uisa est fumida inuolui lumine fuluo, id est, subnigro, & uisa est spargere Vulcanum totis tectis, id est, ignem in tota domo, & idipsum ferri pro ferebatur horrendum uisu, ac mirabile, id est, ut uideatur. Nam uates canebant, id est, prædicabant ipsam Lauiniam fore, id est, futurã esse illustrẽ fama et fatis. sed portẽdere .i. significare populis bellũ magnũ et

At rex ſollicitus monſtris,oracula Fauni
Fatidici genitoris adit:lucoſq; ſub alta
Conſulit Albunea,nemorum quæ maxima ſacro
Fonte ſonant,ſæuamq; exhalat opaca Mephitim.
Hinc Italæ gentes,omniſq; Oenotria tellus
In dubijs reſponſa petunt:huc dona ſacerdos
Contulit,& cæſarum ouium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis,ſomnoſq; petiuit.
Multa modis ſimulachra videt volitantia miris:
Et varias audit voces:fruiturq; Deorum
Colloquio:atq; imis Acheronta affatur Auernis.
Hic & tum pater ipſe petens reſponſa Latinus
Centum lanigeras mactabat rite bidentes,
Atq; harum effultus tergo,ſtratiſq; iacebat
Velleribus:ſubita ex alta vox reddita luco eſt:
Ne pete connubijs natam ſociare Latinis

Mephitis Dea grauißimi odoris eſt.

Cōtulit aly Cum tulit

Reſponſa Fauni.

¶ *Ecphraſis.*

*lachrymoſum. At Latinus rex ſolicitus monſtris.i.miraculis ſuperioribus,adit.i.
consulit oracula genitoris.i.Fauni fatidici, nam Faunus & Fatuus a fando futu
ra dict' eſt,et conſulit lucos ſacros ſub Albunea alta ſylua prope Tibur,quæ ſyl
ua maxima nemorum.i.ſyluarum ſonat fonte ſacro,qui per eam labitur,& illa
ſylua opaca.i.umbroſa arboribus exhalat.i.odorem ſpirat Mephetim. i.ſulphure
um fœtorem. Gentes Italæ,& omnis tellus Oenotria,id eſt,Itala petunt reſpon
ſa hinc.i.ex hac ſylua in dubijs,in quibus eſt opus diuino reſponſo propter ambi
guitatem ſui. Nam cum ſacerdos contulit dona,id eſt,ſacrificia,huc.i. in hanc ſyl
uam,& ſacerdos ille ſub nocte ſilenti incubuit pellibus ſtratis.i.in modũ lecti cō
poſitis ouium cæſarum.i.ſacrificatarum ipſi Deo,& petiuit ſomnos. Tūc ſacer
dos ille uidet in ſomnis multa ſimulachra uolitantia miris modis,id eſt,imagines,
& audit uarias uoces, & fruitur colloquio Deorum.i.cum Dijs uidetur ſibi lo
qui,& affatur Acherōta,id eſt, Deos Manes ab imis Auernis.i.inferis. Et pater
ipſe Latinus petens tunc reſponſa hic.i.in hac ſylua mactabat rite centum biden
tes lanigeras,atq; effultus,id eſt,ſuſtentatus tergo,id eſt,pellibus et ſtratis harum
ouium iacebat uelleribus,cum uox ſubita,eſt reddita ex alto luco. O nate.i.o fili
ne pete.i.noli ſociare natam connubijs Latinis.i.locare filiam alicui ex indigenis.*

O mea progenies, thalamis neu crede paratis:
Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum — *alij ueniēt*
Nomen in astra ferant, quorumq́ꝫ a stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, qua Sol vtrunq́ꝫ recurrens
Aspicit Oceanum, vertiq́ꝫ, regiq́ꝫ videbunt.
Hæc responsa patris Fauni, monitusq́ꝫ silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
Sed circum late volitans iam fama per vrbes
Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere classem.
Aeneas, primiq́ꝫ Duces, & pulcher Iulus
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
Instituuntq́ꝫ dapes: & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat) — *Egestas prædicta per Harpyiã.*
Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic forte alijs, vt vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et uiolare manu, malisq́ꝫ audacibus orbem

¶ Ecphrasis.

O mea progenies.i.o fili neu crede thalamis paratis.i.Turni nuptijs, quia generi externi.i.alienigenæ ueniunt, qui ferant in astra.i.extollant nostrum nomen, & quorum nepotes a stirpe.i.ab origine uidebunt omnia uerti, & regi sub pedibus, ea parte, qua Sol recurrens aspicit utrunq; Oceanum.i. Orientalem & Occidentalē. Ipse Latinus non premit suo ore hæc responsa patris Fauni, & monitus datos nocte silenti, sed & Fama uolitans iam late circum per urbes Ausonias, tulerat illos Deorū monitus, cum pubes Laomedontia.i.iuuentus Troiana religauit classem ab aggere gramineo.i.herbosa ripa. Aeneas & duces primi.i. principes Troianorū, & Iulus pulcher deponunt corpora sub ramis arboris altæ, & instituūt dapes.i.cibos, & subijciunt epulis liba adorea.i.farrea per herbas, quia ipse Iuppiter sic monebat, & augent solum Cereale.i.quadras panis pomis agrestibus. Hic.i. tunc forte alijs cibis consumptis ut penuria edendi.i.ciborū adegit.i. coegit Troianos uertere morsus in Cererem exiguam, id est, in illas quadras, & coegit uiolare manu & malis audacibus, id est, mandibulis orbem fatalis crusti.i. edulij, quod fatale erat, nec parcere.i. obstinere a quadris patulis.i. patentibus.

Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris.
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.
Nec plura alludens, ea vox audita laborum
Prima tulit finem: primamq; loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.
Continuo, Salue fatis mihi debita tellus:
Vosq;, ait, o fidi Troiæ saluete penates:
Hic domus, hæc patria est: genitor mihi talia nanq;
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:
Cum te nate fames ignota ad littora vectum
Accisis coget dapibus consumere mensas,
Tum sperare domos defessus, ibiq; memento
Prima locare manu, moliriq; aggere tecta.
Hæc erat illa fames: hæc nos suprema manebat
Exitijs positura modum.
Quare agite: & primo læti cum lumine Solis
Quæ loca, qui ue habeant homines, vbi mœnia gentis

Religiosũ enim erat mensam edere.

ali. Excisis

¶ *Ecphrasis.*

tunc Iulus inquit, heus etiam mensas consumimus. Nec plura alludens, id est, ad re sponsi fidem uerba componens, ea uox audita de Ascanio prima tulit, id est, denunciauit finem laborum, & pater Aeneas eripuit illam uocem primam ab ore loquentis pueri, & pressit illam uocem stupefactus numine, id est, Heleni oraculo, quod libro tertio posuit. Et continuo, id est, statim ait Aeneas: O tellus debita, id est, promissa mihi fatis, salue, & uos o Dij penates Troiæ saluete, Hic est domus, & hæc est patria, subaudi, quo me fata mittebant. Nam ego nunc repeto, Anchises genitor meus reliquit mihi talia arcana fatorum, quæ, uidelicet, sequuntur. O nate, id est, o fili, cum fames coget te uectum ad littora ignota consumere mensas cum dapibus accisis, id est, consumptis, tunc tu defessus memento sperare domos, & locare, & moliri, id est, ædificare manu prima tecta aggere, id est, non muro sed aggere & fossa. Hæc, id est, præsens fames, erat illa, quam mihi pater prædixit, & hæc fames suprema, id est, ultima manebat nos, id est, expectabat nos, positura modum, id est, finem exitijs. Quare o socij agite, & nos læti cũ primo lumine Solis uestigemus quæ loca sint, et qui homines habeant. l. habitent, et ubi sunt mœnia gentis, quæ hanc incolit terram.

Vestigemus:& a portu diuersa petamus.
Nunc pateras libate Ioui, precibusq; vocate
Anchisen genitorem, & vina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat, & Geniumq; loci, primamq; Deorum
Tellurem, Nymphasq;, & adhuc ignota precatur
Flumina: tum Noctem, Noctisq; orientia signa,
Idæumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrem
Inuocat: & duplices cœloq;, Ereboq; parentes.
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit: radijsq; ardentem lucis, & auro,
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem,
Diditur hic subito Troiana per agmina rumor,
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
Certatim instaurant epulas, atq; omine magno
Crateras læti statuunt, & vina coronant.
Postera cum prima lustrabat lampade terras

Signum lætitiæ.

Genius est cōditio naturæ.

Diditur.i. spargitur, diffūditur ve, hoc verbo sæpius Lucretius utitur.

¶ *Ecphrasis.*

Et petamus diuersa, id est, partes diuersas a Portu. Sed nunc libate pateras, id est, sacrificate Ioui, & uocate precibus Anchisen genitorem meum, & reponite uina mensis. Sic fatus implicat, id est, coronat tempora ramo frondenti, & precatur Genium loci, id est, Apollinem, in cuius tutela erat ille locus, & tellurem primam Deorum, id est, matrem Deorum, & Nymphas & flumina adhuc ignota. Tum, id est, deinde inuocat Noctem & signa Noctis orientia, id est, Stellas, & inuocat Iouem Idæum, id est, qui in Ida sylua colebatur, & parentes duplices cælo & Erebo, scilicet, Venerem in cælo, Anchisen in Erebo. Hic id est, tunc pater omnipotens Iuppiter clarus, id est, manifestus intonuit ter ab alto cælo, & ipse quatiens, id est, uibrans manu ostendit ab alto æthere nubem ardentem radijs lucis & auro, id est, splendore. Hic, id est, tunc murmur deditur, id est, diuulgatur subito per agmina Troiana iam aduenisse diē, in quo condant mœnia, id est, urbem promissam. Itaq; præ nimia lætitia instaurant epulas certatim, id est, cum contentione, atq; omine illo magno ipsi læti statuunt crateras, & coronant uina, id est, pocula & uasa potoria. Cum postera dies, id est, Sol ortus in sequenti die lustrabat terras prima lampade, id est, aurora. Troiani diuersi, id.

qui alij q; Martia qui ob patriam pugnando vulnera paſſi.
Multaq; præterea ſacris in poſtibus arma,
Captiui pendent currus,curuæq; ſecures,
Et criſtæ capitum,& portarum ingentia clauſtra,
Spiculaq;,clypeiq;,ereptaq; roſtra carinis.
Ipſe Quirinali lituo,paruaq; ſedebat
Succinctus trabea,læuaq; ancile gerebat
Picus equum domitor:quem capta cupidine coniux
Aurea percuſſum virga,verſumq; venenis,
Fecit auem Circe,ſparſitq; coloribus alas.
Tali intus templo diuum,patriaq; Latinus
Sede ſedens Teucros ad ſeſe in tecta vocauit,
Atq; hæc ingreſſis placido prior edidit ore:
Dicite Dardanidæ (neq; enim neſcimus & vrbem,
Et genus,auditiq; aduertitis æquore curſum)
Quid petitis?quæ cauſa rates,aut cuius egenteis
Littus ad Auſonium tot per vada cærula vexit?
Siue errore viæ,ſeu tempeſtatibus acti,

Fortaßis alludit ad Capitolium Romanum.

Interrogatio.

¶ *Ecphraſis.*

Reges ab origine aſtabāt ueſtibulo,Rages dico,paßi uulnera Martia.i.bellica pugnādo ob patriā.Præterea multa arma,et curr9 captiui,et ſecures curuæ,et criſtæ capitū.i.galearū,et īgētia clauſtra portarū,et ſpicula.i.tela et clipei,et roſtra nauiū erepta carinis,pendent in ſacris poſtibus.i.templi ianuis.Ipſe quoq; Picus domitor equorum ſuccinctus lituo Quirinali,id eſt,uirga augurū,& ſuccinctus trabea parua gerebat læua manu ancile,id eſt, clypeum rotundum quem coniunx aurea,id eſt,Circe pulchra,quæ uolebat eſſe illi coniux percuſſum uirga & uerſum uenenis fecit auem,ſcilicet,Picum,& ſparſit alas illius coloribus uarijs.Igitur Latinus Rex ſedens intus in tali tēplo,quale deſcripſimus, diuū pro diuorū, & ſedens in ſede patria.i.auita,uocauit Teucros ad ſeſe in tecta, & edidit.i. dixit ore placido.i.ſereno illis ingreßis,hæc quæ ſequuntur.O Dardanidæ.i.Troiani,neq; enim neſcimus genus & urbem.i.bene ſcimus,quia uos auditi.i.nomine noti aduertitis curſum ex æquore huc,i.ad nos,dicite inquam,quid petitis? & dicite quæ cauſa egit rates.i.naues,aut cuius egentes ad littus Auſoniū.i. Tyrrhenum per tot uada.i.maria cærula, id eſt, uiridia, ſiue igitur uos acti errore uiæ

Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto,
Fluminis intraſtis ripas, portuq; ſedetis,
Ne fugite hoſpitium, ne ue ignorate Latinos
Saturni gentem, haud vinclo, nec legibus æquum,
Sponte ſua, veteriſq; Dei ſe more tenentem.
Atq; equidem memini (fama eſt obſcurior annis)
Auruncos ita ferre ſenes, his ortus vt agris
Dardanus, Ideas Phrygiæ penetrauit ad vrbes
Threiciamq; Samum, quæ nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Coriti, Tyrrhena ab ſede profectum,
Aurea nunc ſolio ſtellantis regia cœli
Accipit: & numerum Diuorum altaribus auget.
Dixerat, & dicta Ilioneus ſic voce ſecutus,
Rex genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
Atra ſubegit hyems veſtris ſuccedere terris,
Nec ſydus regione viæ, littus ue fefellit:
Conſilio hanc omnes, animiſq; volentibus vrbem

Ius hoſpitale.

Alludit ad Saturni tēpora aurea quum homines ſine lege ſponte ſua bene uiuebāt Atq; adeo legem naturæ Saturni temporibus deſignant Poëtæ.

¶ *Ecphraſis.*

ſiue acti tempeſtatibus qualia multa pericula nautæ patiuntur in alto mari, intraſtis ripas fluminis, & ſedetis in portu, quocunq; modo ſit, ne fugiatis hoſpicium, neue ignorate, id eſt, cognoſcite Latinos. appoſitiue. gentem Saturniam æquum haud uinculo, id eſt, neceßitate & lege, ſed ſponte ſua; & tenentem ſe more ueteris Dei, id eſt, Saturni, atq; equidem ego memini ſenes aruncos, ab Arunca urbe Italiæ antiquißima, ita ferre .i. narrare, & per parentheſim interpoſuit, fama huius rei quam dicturus ſum, & obſcurior annis, ferre, inquam, ut, id eſt, quemadmodum Dardanus ortus his agris Italis penetrauit ad urbes Ideas Phrygiæ, & ad Samum Threiciam, id eſt, Samothraciam, quæ Inſula eſt e regione Thraciæ, & Regia cæli ſtellantis accipit illum ſolio profectum hinc a ſede Tyrrhena Corythi oppido Italiæ, & auget altaribus numerum Diuorum, id eſt, numeratur inter Deos. Dixerat Latinus, & Ilioneus Princeps Troianæ legationis ſecutus eſt ſic uoce, id eſt, locutus eſt. O Rex genus egregium Fauni, hyems atra, id eſt, tempeſtas non ſubegit nos actos, id eſt, agitatos fluctibus ſuccedere ueſtris tectis, nec ſydus aut litt9 e regione uiæ fefellit nos. Nos pulſi regnis. ſ. Troiæ, quæ Sol ueniēs .i. oriēs ab Olympo extremo aſpiciebat

Commendatio Aeneæ ab opibus & genere.

Afferimur, pulsi regnis, quæ maxima quondam
Extremo veniens Sol aspiciebat Olympo.
Ab Ioue principium generis, Ioue Dardana pubes
Gaudet auo: rex ipse Iouis de gente suprema
Troius Aeneas tua nos ad limina misit.
Quanta per Idæos sæuis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos, quibus actus vterq;
Europæ, atq; Asiæ fatis concurrerit, orbis
Audijt, & si quem tellus extrema refuso
Submouet Oceano, & si quem extenta plagarum
Quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti
Dijs sedem exiguam patrijs, litusq; rogamus
Innocuum, & cunctis vndamq;, auramq; patentem.
Non erimus regni indecores: nec vestra feretur
Fama leuis, tantiq; abolescet gratia facti,
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.

¶Ecphrasis.

maxima, non nunc, sed quondã. i. deferimur in hanc urbem consilio & ânimis uolentibus, id est, a proposito & uoluntate. Principium nostri generis est a Ioue & pubes Dardana, id est, Iuuentus Troiana gaudet Ioue auo, per Dardanum ex Electra Iouis filiũ. Ipse Rex Aeneas Troius de gente suprema, id est, ultima, hoc est, prima misit nos ad tua limina. Si quem tellus extrema submouet, id est, separat Oceano refuso. i. interfuso, & si quem plaga. i. regio extẽsa in medio quatuor plagarum Solis iniqui, id est, zonæ mediæ, quæ dicitur torrida, ille inquam, audijt quanta tempestas belli effusa ex Mycenis sæuis ierit per campos Idæos, in quibus campis uterq; orbis Europæ atq; Asiæ actus, id est, coadunatus concurrerit. i. conflixerit. Nos uecti ex illo diluuio per tot æquora uasta rogamus sedem exiguam, id est, templa Dijs patrijs, id est, Penatibus, & rogamus littus innocuum, id est, ex cuius mendicatione nulli sequatur noxa, & rogamus undam & auram patentem. id est, communem cunctis. Neq; enim nos erimus indecores, immo gloria regno tuo, nec uestra fama feretur leuis, id est, parua ex hoc beneficio, aut gratia tanti facti, id est, beneficij abolescet, id est, obliterabitur, nec pigebit uos unquam Ausonios excepisse gremio Troiam, id est, Troianos. Ego iuro

Fata per Aeneæ iuro, dextramq́ potentem,
Siue fide, seu quis bello est expertus, & armis.
Multi nos populi, multæ (ne temne quod vltro
Præferimus manibus vittas, ac verba precantem)
Et petiere sibi, & voluere adiungere gentes:
Sed nos fata Deum vestras exquirere terras
Imperijs egere suis: hinc Dardanus ortus,
Huc repetit: iussisq́ ingentibus vrget Apollo
Tyrrhenum ad Tybrim, & fontis vada sacra Numici.
Dat tibi præterea fortunæ parua prioris
Munera, relliquias Troia ex ardente receptas. Dona.
Hoc pater Anchises auro libabat ad auras:
Hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis
More daret populis; sceptrumq́, sacerq́ tiaras,
Iliadumq́ labor vestes.
Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus
Obtutu tenet ora, soloq́ immobilis hæret,

¶ *Ecphrasis.*

tibi o Rex per fata Aeneæ, & per dextram illius potentem, siue fide siue quis est expertus bello & armis, quod multi populi & multæ gentes, & petiere nos et voluere adiungere nos sibi. Ideo ne temne, id est, contemnas nos, quod ultro perferimus manibus uittas, & perferimus uerba precantia. Sed fata Deorum egere, id est, compulerunt nos suis imperijs exquirere uestras terras. Dardanus ortus hinc, id est, ex hac terra repetit huc, id est, redit per suam posteritatem, & Apollo urget, id est, impellit nos iussis ingentibus uenire ad Tyberim Tirrhenum & ad uada sacra fontis Numici fluminis Itali. Preterea Aeneas dat tibi munera parua fortunæ prioris, quæ fuit ante Ilij euersionem s. reliquias receptas ex Troia ardente, id est, ereptas cum iam arderet, & offerens Regi crateram, inquit, pater meus Anchises hoc auro, id est, cratere aureo libabat ad auras, & ostendens sceptrū ait: hoc sceptrum erat gestamen insigne Priami. i. regni cū daret iura populis uocatis. i. illos iudicaret, & inquit, hic Tiaras sacer erat illi quoq; gestamen, et hæc uestis est labor Iliadū. i. fœminarū Troianarum acu depicta. Latinus Rex tenet ora defixa in terra obtutu. i. uisu, & ipse immobilis. i. oculos immobiles habens hæret solo, id est, in terra, & hoc talibus dictis Ilionei,

Intentos voluens oculos;nec purpura Regem
Picta mouet,nec ſceptra mouent Priameia tantum,
Quantum in connubio natæ,thalamoq; moratur:
Et alij ac Et veteris Fauni voluit ſub pectore ſortem:
a alij ab Hunc illum fatis externa a ſede profectum
Protendi generum,paribusq; in regna vocari
Auſpicijs:hinc progeniem virtute futuram
Egregiam,& totum quæ viribus occupet orbem.
Alludit ad Tandem lætus ait:Dij noſtra incæpta ſecundent,
ſuam cogi Auguriumq; ſuum: dabitur Troiane quod optas:
tatione ma Munera nec ſperno:non vobis Rege Latino
gis,quã ad Diuitis vber agri,Troiæ ue opulentia deerit.
petitionẽ Ipſe modo Aeneas (noſtri ſi tanta cupido eſt,
Troiano- Si iungi hoſpitio properat,ſocius ue vocari)
rum. Adueniat,vultus ne ue exhorreſcat amicos.
Fides. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.
Vos contra Regi mea nunc mandata referte:

¶ *Ecphraſis.*

uoluens oculos intentos, id eſt, attentos reputans ſecum omnia, nec picta purpura tantum mouet Regem Latinum, nec ſceptra Priameia, id eſt, Priami tantum mouent Regem quantum moratur in connubio & thalamo, id eſt, nuptijs natæ, & uoluit ſub pectore, id eſt, memoria repetit ſortem, id eſt. oraculum Fauni ueteris, ſcilicet, hunc Aeneam eſſe illum profectum a ſede externa id eſt, alienigenam portendi generum fatis, id eſt, Deorum reſponſis, & uocari in regna paribus auſpicijs, ut cum illo regnet ſimul, & hinc, id eſt, ab Aenea futuram progeniem egregiam uirtute, quæ uiribus ſuis occupet totum orbem terræ. Et ipſe Rex Lætus tandem ait: Dij ſecundent, id eſt, fortunent noſtra incœpta, & ſuum augurium. O Troiane quod optas dabitur, nec ſperno, id eſt, accipio munera. Vber, id eſt, fertilitas agri diuitis & opulentia Troiæ non deerit uobis Latino Rege.i.ſub Imperio Latini. Si tanta eſt cupido noſtri, id eſt, noſtræ amicitiæ, & ſi properat iungi hoſpitio noſtro & properat uocari ſocius, ipſe adueniat, & non exhorreſcat uultus amicos, id eſt, meos, qui iam illi ſum amicus. Pars pacis erit mihi tetigiſſe dextram Tyranni, id eſt, Regis Aeneæ. Sed uos o legati referte nunc contra.i. in reſponſum, mea dicta Regi

Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostræ
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt, generos externis affore ab oris,
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant: hunc illum poscere fata
Et reor, & siquid veri mens augurat, opto.
Hæc effatus, equos numero pater eligit omni:
Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis:
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.
Absenti Aeneæ currum, geminosq; iugales
Semine ab æthereo, spiranteis naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos Dædala Circe
Supposita de matre, nothos furata creauit.
Talibus Aeneadæ donis, dictisq; Latini,

siquid a'ij quicquid
Equi, regia dona.

¶ *Ecphrasis.*

quod nata est mihi, quam sortes. i. oracula ex adyto patrio, id est, ex penetralibus Fauni patris, & plurima monstra ex cælo non sinunt iungere uiro nostræ gentis, id est, marito nostræ nationis: & canunt, id est, prædicunt generos adfore, id est, adfuturos esse ab oris externis, qui ferant in astra, id est, extollant nostrum nomen. & canunt hoc restare Latio. i. Italiæ. i. Italiæ esse fatum: & ego reor fata hunc illum poscere. s. Aeneam, & opto si mens aliquid ueri augurat. i. præsagit. Et postea quam pater Latinus hæc effatus est, eligit equos ex omni numero equorum, nam tercentum equi nitidi stabant in præsepibus altis. Et extemplo Latinus iubet alipedes. i. equos ueloces instratos ostro. i. purpura, & tapetis pictis duci ex ordine omnibus Teucris. Quibus monilia aurea pēdēt demissa ex pectoribus, & tecti, id est, ephippiati auro mandunt aurum fuluum, id est, frena sub dentibus. Et iubet Aeneæ absenti currum duci. & equos geminos, id est, pares, & æquales iugales ab semine æthereo, id est, cælesti, & spirantes ignem naribus, id est, spiritus igneos, de gente, id est, de genere illorum equorum, quos Circe Dædala, id est, callida & ingeniosa furata patri, id est Soli, cum aliquando apud illā diuerteretur, creauit nothos, id est, spurios. Aeneadæ, id est, Troiani

Sublimes in equis redeunt: pacemq́ reportant.
Ecce autem Inachijs sese referebat ab Argis
Sæua Iouis coniux, aurasq́ inuecta tenebat,
Et lætum Aeneam, classemq́ ex æthere longe
Dardaniam Siculo prospexit ab vsq́ Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terræ,
Deseruisse rates: stetit acri fixa dolore.
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta.
Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygum. num Sigæis occumbere campis?
Num capti potuere capi? num incensa cremauit
Troia viros? medias acies, mediosq́ per igneis
Inuenere viam, at credo, mea numina tandem
Fessa iacent; odijs haud exaturata quieui.
Quin etiam patria excussos infesta per vndas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto:
Absumptæ in Teucros vires cœliq́, marisq́.

Exclamatio, scilicet frustra sibi perijsse tantum laboris, i. per sequendis Troianis.

¶ Ecphrasis.

redeunt in castra sublimes in equis cum talibus dictis, & donis Regis Latini, & reportant pacem. Ecce autem de re improuisa sæua coniunx Iouis. i. Iuno referebat se ab Argis Inachijs, in qb⁹ regnauit Inach⁹, et inuecta p auras tenebat auras, & prospexit ab usq; Pachyno Siciliæ Promõtorio Aeneã lætũ, et pspexit ex æthere classem Dardaniam, & uidet Aeneam moliri iam tecta, & iam fidere terræ, id est, credere se terræ, & deseruisse rates: tunc stetit fixa dolore acri, id est, uehementi. Tum quassans caput, quod est iratorum, effudit ex pectore hæc dicta. Heu stirpem inuisam, id est, genus mihi odiosum, & heu fata Phrygum contraria meis fatis, id est, uoluntati. Num, id est, nunquid potuere occumbere in campis Sigæis, idest, Troianis a Promontorio Sigæo? aut nunquid illi capti in expugnatione Ilij potuere funditus capi? q. d. non. Et nunquid Troia incensa cremauit uiros? q. d. non. Nam ipsi inuenere uiam per medias acies, & per medios ignes. At credo mea numina fessa tandem iacent? q. d. non, aut ego exaturata odijs quieui? Quin etiam ego infesta. i. nocens? & inimica ausa sum persequi illos excussos patria per undas tẽpestatib⁹, & ausa sum opponere me illis pfugis toto Põto. i. maris tẽpestatib⁹. Itaq; oẽs uires maris et cæli sunt absũptæ. i. exhaustæ in Teucros,

Quid Syrtes, aut Scylla mihi? quid vaſta Charybdis
Profuit? optato conduntur Tybridis alueo
Securi pelagi, atq; mei. Mars perdere gentem
Immanem Lapithum valuit: conceſſit in iras
Ipſe Deum antiquam genitor Calydona Dianæ.
Quod ſcelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?
Aſt ego magna Iouis coniux, nil linquere inauſum
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia verti,
Vincor ab Aenea. quod ſi mea numina non ſunt
Magna ſatis, dubitem haud equidẽ implorare quod vſquã eſt.
Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo.
Non dabitur regnis (eſto) prohibere Latinis,
Atq; immota manet fatis Lauinia coniux:
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos excindere regum.
Hac gener, atq; ſocer coeant mercede ſuorum.

Ira indignitatis cõſultrix.

¶*Ecphraſis.*

Nam quid profuerunt mihi Syrtes? aut Scylla? aut Charybdis uaſta? quaſi diceret nihil, quia iam conduntur in alueo Tibridis optato, ſecuri pelagi, atq;, id eſt, periculorum a pelago & a me impendentium. Exemplo deinde aliorum oſtendit, quid ipſa poßit facere dicens: Mars ualuit perdere gentem immanem Lapithum pro Lapitharum in nuptijs, ſcilicet, Pirithoi, & ipſe genitor .i. Iuppiter cõceßit Dianæ in iras Calidona urbem antiquam, in qua Aeneus regnauit, quod tantum ſcelus, id eſt, ſceleris pœnam Lapithis aut Calidone merente .q. d. nullum tale ſcelus merentibus? Aſt ego magna coniunx Iouis, ironia eſt, uincor ab Aenea, quæ infœlix ego potui? quaſi dicat nihil, cum tamen illi nocere cuperẽ. Quod ſi mea numina non ſunt ſatis magna ad nocendum illi, dubitem implorare in auxiliũ quod eſt uſquam, quaſi diceret non dubitabo. Quod ſi ego nequeo flectere in uoluntatem meam Deos ſuperos, ego mouebo Acheronta, id eſt, Inferos. Eſto pro quamuis non dabitur mihi prohibere Aeneam a regnis Latinis, & quamuis coniunx Lauinia manet illi immota fatis. At licet, id eſt, licitum eſt trahere, id eſt, differre, & addere moras tantis rebus, & licet excindere, id eſt, deſtruere populos amborũ Regum, ſcilicet, Latini & Aeneæ. Gener, id eſt, Aeneas, & ſocer .i. Latinus coeant in amiciciam hac mercede, ideſt, ſtrage ſuorũ populorum.

Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo,
Et bellona manet te pronuba: nec face tantum
Cisseis prægnans igneis enixa iugales,
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestæq; iterum recidiua in Pergama tedæ.
Hæc ubi dicta dedit, terras horrenda petiuit,
Luctificam Alecto Dirarum ab sede sororum,
Infernisq; ciet tenebris: cui tristia bella,
Iræq;, insidiæq;, & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton: odere sorores
Tartareæ monstrum, tot sese vertit in ora.
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium virgo sata Nocte laborem,
Hanc operam, ne noster honos, infracta ue cedat

¶ *Ecphrasis.*

O uirgo tu dotabere, id est, nomine dotis donabere sanguine Troiano. & Rutulo, id est, Rutulorū, quibus fuit Rex Turnus, & o uirgo Bellona Dea & furia belli pronuba, id est, nuptijs tuis præsidens manet te; id est, expectat te. Nec Cisseis. i. Ecuba Cissei filia prægnans face tantum enixa est, id est, peperit ignes iugales, id est, coniugales, nam uisa est sibi in somnis ignem parere, quæ totam urbem incenderet, quia idem fuit suus partus Veneri, id est, similis, & alter Paris id est, similis, & qui eodē modo sit causa belli, quo Paris: & erūt tedæ funestæ iterū in Pergama recidiua, id est, secunda, quemadmodum Helenæ fuerunt in prima. Et ubi, id est, postquam Iuno dedit hæc dicta, ipsa horrenda petiuit terras & ciet, id est, uocat Alecto furiam luctificam, id est, luctus facientem, a sede dirarum sororum, id est, furiarum reliquarum, & a tenebris infernis. Cui Alecto bella tristia & iræ & insidiæ & crimina noxia sunt cordi, id est, placent, et ipse pluton pater inferorum odit illam. q. deterrimam omnium. et reliquæ sorores Tartareæ id est, infernæ oderunt monstrum. id est, illam monstrosam, in tot ora, id est, facies & figuras uertit se, & tot facies sæuæ sunt illi et illa atra tot colubris pullulat id est. redundat. Quā Alecto Iuno acuit. i. instigat his dictis, ac fatur talia. O uirgo sata nocte. i. noctis filia da mihi hunc laborem propriū, & hanc operā, quam a te peto, & hoc, ne honor noster, & fama infracta. i. nunquam antehac fracta

Fama

Fama loco, neu connubijs ambire Latinum
Aeneadæ poßint, Italos ve obsidere fines.
Tu potes vnanimeis armare in prælia fratres,
Atq; odijs versare domos: tu verbera tectis,
Funereasq; inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus,
Disijce compositam pacem, sere crimina belli: alij Discute
Arma velit, poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.
Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis
Principio Latium, & Laurentis tecta tyranni
Celsa petit, tacitumq; obsedit limen Amatæ.
Quam super aduentu Teucrum, Turniq; Hymenæis
Fœmineæ ardentem curæq;, iræq; coquebant.
Huic Dea cæruleis vnum de crinibus anguem
Conijcit inq; sinum præcordia ad intima subdit,
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem. Furia immittit curam.
Ille inter vestes, & leuia pectora lapsus

¶ *Ecphrasis.*

cedat loco.i.uincatur, & ne Aeneadæ.i.Troiani poßint ambire.i.sibi conciliare Latinum cunnubijs filiæ cum Aenea matrimonio, & ne poßint obsidere.i.occupare fines Italos, & quod Alecto poßit id facere ostendit dicens. Tu potes armare in prælia fratres unanimes.i.concordes, & tu potes uersare.i.euertere domos odijs, & tu potes inferre uerbera & faces funereas.i.mortiferas tectis domibus. Tibi sunt mille Numina.i.potestates nocendi, & mille artes nocendi. Igitur concute pectus fœcundum.i.multis artibus plenũ, & disijce.i.dißipa pacem compositam, & sere crimina belli.i.causas & iuuentus utriusq; populi uelit.i.cupiat, & simul poscat & rapiat arma. Exin pro deinde Alecto infecta uenenis Gorgoneis.i.serpentinis, qualia fuerunt in capite Medusæ. Principio petit Latiũ & tecta celsa tyranni Laurentis i.Latini Regis, & obsedit.i.Alecto occupauit limen tacitum, quia per noctem. Amatæ uxoris Latini.quam ardentem super aduentu Teucrorum & Hymenæis Turni curæ & iræ fœmineæ, quæ sunt in illo sexu uehementiores, coquebant.i.solicitabant illam. Dea.i. Alecto conijcit huic.i. in hanc unum anguem de suis crinibus cæruleis.i.nigris, & mittit illum anguem in sinũ ad præcordia intima. Ille anguis uoluitur nullo attactu lapsus inter uestes

Voluitur attactu nullo, fallitq́; furentem
Viperiam inspirans animam: fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ:
Innectitq́; comas, & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues vdo sublapsa veneno
Pertentat sensus, atq́; ossibus implicat ignem,
Necdum animus toto percepit pectore flammam,
Mollius, & solito matrum de more locuta est,
Multa super nata lacrymans, Phrygijsq́; Hymenæis:
Exulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris
O genitor? nec te miseret natæq́;, tuiq́;?
Nec matris miseret, quam primo Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens, abducta virgine prædo?
At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæamq́; Helenam Troianas vexit ad arces?
Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum,
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinus,

At alij An arces alij urbes

¶ *Ecphrasis.*

& pectora leuia, ita ut ab Amata non sentiretur, & sic inspirans animam uiperam, id est, anhelitum fallit illam furentem. fit ingens aurum tortile, id est, conuertit se in torquem aureum. Et fit tænia uittæ longæ, id est, conuertit se in tæniam uelaminis, & innectit, id est, implicat comas, & ille lubricus, id est, labens errat membris. id est, per membra. Ac dū lues prima, id est, pestis illa uenenata sublapsa. i. penetrans ueneno udo. i. humido pertentat sensus et implicat ignē ossibus; & nec dum animus percepit flammas toto pectore Amata lachrymans multa. i. multū super Hymeneis. i. nuptijs natæ, & Phrygijs. i. Aeneæ locuta est mollius. i. nō multū effrenate, et de more solito matrū. d. O genitor Latine ne. i. nūquid Lauinia datur ducēda uxor Teucris? i. Aeneæ, et nō miseret te & natæ & tui & mei, quæ sū illius mater, quā natā ille perfidus prædo petēs alta. i. maria relinquet primo Aqlone, abducta secū uirgine? At nō sic, immo sic pastor Phrygi9. i. Paris penetrat. i. intrat Lacedæmona ubi regnabat Menela9, & uexit secū Helenā Ledæā. i. Ledæ ex Ioue filiā ad urbes Phrygias? Quid tua fides sancta. i. ubi est? & cura antiqua tuorū ubi est? & ubi est dextera. i. fides data Turno consanguineo

Idq; sedet, Fauniq; præmunt te iussa parentis,
Omnem equidem sceptris terram, quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, & sic dicere Diuos:
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus, Acrisiusq; patres, mediæq; Mycenæ.
His vbi nequicquam dictis experta, Latinum
Contra stare videt, penitusq; in viscera lapsum
Serpentis furiale malum, totamq; pererrat.
Tum vero infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per vrbem:
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent. ille actus habena
Curuatis fertur spatijs, stupet inscia turba,
Impubeisq; manus, mirata volubile buxum,
Dant animos plagæ: non cursu segnior illo

Vt eius furoris exprimat, fingit bacchantem. quod simul bacchantium discurfaret

¶ Ecphrasis.

nostro, cui decreueramus filiam locare? Si gener petitur Latinis propter fata quæ illud præcipiunt, de gente externa, id est, alienigena, & id sedet, id est. placet tibi, & iussa, id est, oracula Fauni parentis tui præmunt, id est, cogunt te, ego reor omnẽ terram quæ libera. i. nõ subiecta nostris sceptris. i. dominio dissidet. i. disiũta est, illã, inquã, terrã esse externam, & si prima origo domus. i. familiæ repetatur Turno. Inachus primus Argiuorũ Rex et Acrisius eiusdem urbis princeps sunt illi patres. i. aui, & Mycenæ sunt illæ mediæ. i. cõmunis et patria. Vbi. i. postquã Amata nequicquã. i. frustra experta Latinũ his dictis superioribꝰ, uidet stare contra. i. illius resistere uolũtati, & postquã illud malũ. i. uenenũ furiale serpentis lapsum est penitus in uiscera intima, & postquã illã totam pererrat. i. peruagatur. Tum uero illa infœlix excita. i. cõmota ingentibus monstris & lymphata. i. insana, furit sine more. i. sine ordine per urbem immensam, et ponit comparationem, seu turbo. i. trochus uolitans quondã. i. aliquãdo sub uerbere toruo puerorũ quẽ pueri exercent in magno gyro. i. circuitu, ingenti ludo circũ atra uacua. i. ampla. Ille. s. turbo actus. i. agitatus habenis fertur spacijs curuatis, turba inscia spectatorũ & manus impubes puerorũ mirata uolubile buxũ. i. buxeũ trochũ & uolubilem stupet, id est, miratur, plagæ. i. uerbera dant animos, id est, motum trochis illis.

Per medias vrbeis agitur, populosq́ feroces.
Quin etiam in syluas simulato numine Bacchi
Maius adorta nefas, maioremq́ orsa furorem,
Euolat, & natam frondosis montibus abdit,
Quo thalamum eripiat Teucris, tedasq́ moretur,
Euohe Bacche fremens, solum te virgine dignum
Vociferans; etenim molleis tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.
Fama volat: Furijsq́ accensas pectore matres
Idem omnes simul ardor agit noua quærere tecta:
Deseruere domos, ventis dant colla, comasq́.
Ast aliæ tremulis vlulatibus æthera complent:
Pampineasq́ gerunt incinctæ pellibus hastas.
Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
Sustinet: ac natæ, Turniq́ canit Hymenæos,
Sanguineam torquens aciem, toruumq́ repente
Clamat: Io matres audite vbi quæq́ Latinæ.

Bacchanalia nephas uocat propter Romanorum legem, qua cautum est de Bacchanalibus.

æthera alij aëra

quæq; alij cunq;

¶ *Ecphrasis.*

Sic Amata non segnior illo turbinis cursu agitur. i. agitatur per medias urbes & per populos feroces. Quin etiam eadem Amata adorta. i. aggrediens maius nefas & orsa. i. incipiens maiorem furorem, euolat in syluas nomine Bacchi simulato. i. simulans se bacchari, & abscondit natam montibus frondosis, quo pro ut eripiat thalamum. i. nuptias filiæ Teucris. i. Aeneæ, & ut moretur tædas, Amata dico, uociferans & fremens heu hoe Bacche, uox est Bacchantium, & uociferans, o Bacche te solum esse dignum uirgine, & enim sumere pro sumebat tibi Lauinia Thyrsos molles, & lustrare pro lustrabat te choris aliarum uirginum, & pascere pro nutriebat tibi crinem sacrum. Fama facti huius uolat, & idem ardor qui Amatam agebat, agit omnes alias matres. i. mulieres accensas pectore. i. habentes pectora accensa furijs quærere noua tecta. Itaq; deseruere domos, & dant uentis colla & comas more bacchantium. Ast aliæ mulieres complent æthera. i. uociferātur ululatibus tremulis, & incinctæ pellibus. i. nebridibus gerūt hastas pāpineas. i. ex uitibus Baccho sacris, et ipsa Amata feruida. i. furiosa sustinet pinū flagrantē. i. tædas ardentē inter medias mulieres, et uoluēs aciē oculorū sanguineam canit Hymenæos natæ et Turni. i. nuptiale carmē, et clamat repēte toruū. i. nescio

Siqua pijs animis manet infelicis Amatæ
Gratia, si iuris materni cura remordet,
Soluite crinales vittas, capite orgia mecum.
Talem inter syluas, inter deserta ferarum
Reginam Alecto stimulis agit undiq; Bacchi.
Postquam visa satis primos acuisse furores,
Consiliumq;, omnemq; domum vertisse Latini,
Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur vrbem
Acrisioneis Danaë fundasse colonis
Præcipiti delata Noto: locus Ardea quondam
Dictus auis: & nunc magnum manet Ardea nomen.
Sed fortuna fuit. tectis hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruam faciem, & furialia membra
Exuit, in vultus sese transformat aniles,

Ardea colonia Mycenerũ.
manet alij tenet
Mediam nigra, alias, media nigram.

¶ *Ecphrasis.*

quid terribile. Io matres Latini ubicunq; estis audite, si qua gratia, id est, amor Amatæ inf licis manet. i. durat in animis uestris pijs, & si cura iuris materni remordet uos. i. si tangit uos similis dolor. Soluite uittas crinales. i. capillos expandite et capite mecum orgia. i. sacra Bacchi, proprie dicta ab orge. i. a furore. Talem qualem supra diximus Alecto furia agit. i. insequitur & exagitat Reginã undiq; stimulis Bacchi, & hoc inter syluas & inter deserta ferarum. Postquam Dea, id est, Alecto furia uisa est satis acuisse primos furores. & uisa est uertisse, id est, perturbasse consilium et protinus tollitur. i. tollit se hinc. i. a domo Latini, alis fuscis, id est, nigris ad muros Rutuli audacis. i. Turni. i. ardeam in qua Turnus regnabat, quam urbem Danaë ex qua Iuppiter genuit Perseum delata in Italiam Noto præcipiti per mare. fundasse colonis Acrisioneis, id est, Argiuis, quia Acrisius Danaes pater Rex fuit Argiuorum. Ardea quondam fuit dictus locus. i. urbis nomen; nunc est auis & tenet nomen dignum, quia referente Ouidio urbs illa in auem mutata est, sed illa fuit loci fortuna. Hic, id est, in hac urbe Turnus carpebat mediam quietem, id est, dormiebat, nocte nigra. i. obscura in altis tectis. Tunc Alecto exiuit toruam faciem & membra furialia, & transformat sese in uultus aniles, id est, uetulæ, & arat rugis, id est, corrugat frontem obscœnam,

Et frontem obſcœnam rugis arat:induit albos
Cum vitta crines, tum ramum innectit oliuæ:
Fit Calybe Iunonis anus, templiq́ſacerdos,
Et iuueni ante oculos his ſe cum vocibus offert:
Turne tot incaſſum fuſos patiare labores?
Et tua Dardanijs tranſcribe ſceptra colonis?
Rex tibi coniugium, & quæſitas ſanguine dotes
Abnegat externusq́ in regnum quæritur hæres:
I nunc, ingratis offer te irriſe periclis:
Tyrrhenas i ſterne acies:tege pace Latinos.
Hæc adeo tibi me, placida cum nocte iaceres,
Ipſa palam fari omnipotens Saturnia iuſſit.
Quare age, & armari pubem, portisq́ moueri
Lætus in arma para:& Phrygios, qui flumine pulchro
Conſedere duces, pictasq́ exure carinas.
Cœleſtum vis magna iubet, Rex ipſe Latinus,

¶*Ecphraſis.*

& induit crines albos cum uitta, tum, id eſt, & deinde innectit ramum oliuæ quo ſe coronauit, & fit Calybe, quæ erat anus & ſacerdos templi Iunonis, id eſt, æditua, & offert ſe iuueni Turno ante illius oculos cum his uocibus, id eſt, ſequentibus uerbis. O Turne tu patere tot labores tuos fuſos, in caſſum, id eſt, in uanum, & patiere tua ſceptra, id eſt, regna tranſcribi, id eſt, tradi colonis Dardanijs, id eſt, aduenis Troianis. Latinus Rex abnegat tibi coniugium & dotes quæſitas ſanguine, quia Turnus ſæpe Latino auxilium tulerat ad regnum defendendum, & hæres externus, id eſt, Aeneas quæritur in regnum ſuum, cui filiam tradit. O irriſe, id eſt, deluſe a Latino, i nunc & offert te periculis ingratis, id eſt, quibus gratia non refertur, & i, id eſt, uade ſterne acies Tyrrhenas & tege, id eſt, protege Latinos pace, quod feciſti. Ipſa Saturnia, id eſt, Iuno omnipotens cuius Aeditua ſum & ſacerdos, iußit me fari, id eſt, loqui tibi palam hæc, cum iaceres nocte placida, id eſt, cum dormires. Quare age, & tu lætus iube pubem, id eſt, iuuentutem amari, & moueri portis, id eſt, exire in bellum & in arma, & exure carinas pictas, & Phrygios duces, qui conſiderunt ſe in flumin pulchro.i. Tybri. Magna uis, id eſt, poteſtas cœleſtum, id eſt, Deorum iubet te hoc facere. Ni pro niſi ipſe La-

Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur,
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
Hic iuuenis vatem irridens, sic orsa vicissim
Ore refert: Classes inuectas Tybridis vndam — tandem aliquo diuco
Non, vt rere, meus effugit nuntius aures:
Ne tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te victa situ, veriq; effœta senectus
O mater curis ne quicquam exercet: & arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.
Cura tibi Diuum effigies, & templa tueri:
Bella viri, pacemq; gerant, queis bella gerenda. — alij gerent
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus,
Diriguere oculi, tot Erinnys sibilat hydris.
Tantaq; se facies aperit: tum flammea torquens

¶ Eephrasis.

tinus Rex fatetur se nelle dare tibi coniugium, id est, coniugem, & nisi fatetur se pare, id est, obedire dicto, sentiat Turnum inimicum, experiaturq; illum in armis. Hic, id est, tunc iuuenis Turnus irridens uatem, id est, Alecto in specie sacerdotis refert sic orsa, id est, responsa uicissim, id est, contra, nunctus non effugit mihi quemadmodum tu reris, id est, cogitas, classes inuectas undam Tybridis, ne finge mihi tantos metus, quantos mihi nūc proposuisti, nec Iuno regia, id est, Regina mundi est immemor nostri. Sed o mater senectus uicta situ, id est, squallore, & effœta, id est, exhausta & uacua ueri, id est, ueritatis nequicquam, id est, frustra exercet te curis, id est, solicitat, & ludit, id est, deludit te uatem, id est, uaticinantem formidine falsa immiscendo te inter arma Regū. Igitur cura sit tibi tueri, id est, seruare unde Aeditui dicuntur templa & effigies Diuum pro Diuorum, sed uiri quis pro quibus bella gerenda sunt, gerant bella & pacē. Tunc Alecto furia exarsit in iras talibus dictis Turni. At i. sed tremor subitus occupat artus iuueni oranti. i. preces adhibere conanti, et oculi diriguere, id est, quasi nimio timore congelati sunt, & hoc quia Erinnys. id est, furia, sibilat tot hydris, id est, multis, & tanta facies aperit se, id est, ostentat se ipsam immanē. Tū. i. deinde ipsa furia torquens. i. concutiens lumina flāmea, repulit Turnum:

Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura
Reppulit, & geminos erexit crinibus angueis,
alij edidit Verbaq; insonuit, rapidoq; hæc addidit ore:
En ego victa situ, quam veri effœta senectus
Arma inter Regum falsa formidine ludit:
Respice ad hæc, adsum dirarum ab sede sororum:
Bella manu, letumq; gero.
  Sic effata, facem iuueni coniecit; & atro
Lumine fumantes fixit sub pectore tedas.
Olli somnum ingens rupit pauor: ossaq;, & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit; arma toro, tectisq; requirit:
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli
Ira super: magno veluti cum flamma sonore
aquai alij Virgea suggeritur costis vndantis aheni,
aquæ uis Exultantq; æstu latices, furit intus aquai

¶ *Ecphrasis.*

cunctantem & quærentem. i. uolentem dicere plura, & erexit ex crinibus geminos augues. i. serpentes, & insonuit uerbera. i. uerberibus, & addidit hæc uerba ore rapido. En ego uicta situ, id est, squallore, quam effœta senectus ueri i. d. quia annus ideo ueritatis uacua, ludit falsa formidine inter arma Regum, respice ad hæc quæ tibi sum dictura. Ego furia adsum a sede inferna dirarum sororum. i. Eumenidum, & gero manu bellum & pacem & letum. Et sic effata, id est, locuta coniecit facem iuueni. i. in iuuenẽ Turnum, et fixit sub pectore illius tedas. i. faces fumantes lumine atro, id est, nigro, quod ipsum mortem illi portendebat. Tunc pauor ingens rupit somnum olli pro illi, scilicet, Turno, & sudor preruptus, id est, erũpens ex toto corpore perfundit ossa et artus illius. Tunc Turnus amens. i. attonitus fremit. i. cum fremitu clamat arma. et requirit arma toro & tectis, & amor ferri, id est, belli gerendi sæuit; id est, furit & crescit, & insania belli, & insuper ira sæuit. Deinde subdit comparationem dicens. Veluti cum flamma uirgea, id est, quæ ex uirgeis lignis excitatur, suggeritur, id est, supponitur costis aheni cacabi lateribus, undantis, id est, feruentis cum magno sonore, id est, sonitu bullientis, scilicet, aheni aut ignis crepitantis, & latices aheni, exultant. i. et bulliunt æstu. i. calore et incendio ignis, & uis aquæ furit intus, scilicet, in aheno,

Fumidus, atq; alte spumis exuberat amnis:
Nec iam se capit vnda, volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum
Indicit primis iuuenum. & iubet arma parari, *Indicitur bellum.*
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem,
Se satis ambobus Teucrisq; venire, Latinisq;.
Hæc vbi dicta dedit, diuosq; in vota vocauit,
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet atq; iuuentæ;
Hunc ataui Reges; hunc claris dextera factis. *alij claris hunc.*
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis,
Arte noua speculata locum, quo littore pulcher
Insidijs, cursuq; feras agitabat Iulus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obijcit, & toto nares contingit odore,
Vt ceruum ardentes agerent; quæ prima malorum *malorū al. laborum.*

¶ Ecphrasis.

& amnis.i.aqua fumidus.i.fumum resoluens exuberat alte.i.in altum spumis, nec unda iam capit se.i.in aheno capi potest, & uapor ater i fumus uolat ad auras. Ergo Turnus in.idit.i.denunciat iter primis iuuenum i.primoribus, qui sunt Legati ad Regem Latinum, & referant de pace totius Italia polluta, et iubet Turnus suis populis armari omnes, & parare res bellicas, & tutari Italiam, hoc est, detrudere hostem.i.expellere ex finibus Italiæ. Et dixit Turnus se uenire satis esse ambobus.s.Teucris & Latinis.i.cum utrisq; se decertaturum. Vbi Turnus dedit hæc dicta, uocauit Diuos ĩ uota, Rutuli populi Turno subiecti exhortãtur se se.i.inuicẽ in arma. Decus egregiũ formæ.i.pulchritudinis in Turno mouet hũc i.aliquẽ, & iuuẽta Turni etiã mouet aliquẽ, et hũc.i.aliũ mouẽt Reges ataui, & hũc.i.aliũ mouet dextera clara factis. Dũ Turn9 implet Rutulos animis audacib9, Alecto arte noua cõcitat se in Teucros alis stygiis.i.ifernis speculata locũ.i.in quo littore Iulus pulcher agitabat feras insidiis & cursu. Hic, idest, tũc uirgo Cocytia, id est, Inferna a Cocyto fluuio, obiicit canibus subitam rabiem, & contingit illorum nares odore toto certaui. ut ipsi canes ardentes agerent ceruum, id est, insequerentur, quæ fuit prima causa malorum, id est, bellorum, & de- *toto alij noto*

Occaſio belli. Cauſa fuit, belloq; animos accendit agreſtes.
Ceruus erat forma præſtanti, & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrhusq; pater, cui regia parent
Quō lāex agris Reges uictitabant. Armenta, & late cuſtodia credita campi.
Aſſuetum imperijs ſoror omni Syluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis,
Pectebatq; ferum, puroq; in fonte lauabat:
Ille manum patiens, menſæq; aſſuetus herili,
Errabat ſyluis, rurſusq; ad limina nota,
Ipſe domum ſera quamuis ſe nocte ferebat.
alij rapidæ Hunc procul errantem rabidæ venantis Iuli
Commouere canes, fluuio cum forte ſecundo
Deflueret, ripaq; æſtus viridante leuaret.
etiam alij autem. Ipſe etiam eximiæ laudis ſuccenſus amore
Aſcanius, curuo direxit ſpicula cornu:
Nec dextra erranti Deus abfuit, actaq; multo

¶ *Ecphraſis.*

cendit bello animos agreſtes, id eſt, agricularum, et incipit narrare quomodo res geſta eſt. Ceruus erat ingens forma præſtanti & cornibus, quem ceruum raptū ab ubere matris pueri Tyrrhidæ. i. filij Tyrrhei & Tyrrhus pater cui armenta regia, id eſt, Latini Regis parent, id eſt. obediunt, erat enim magiſter pecoris, & cui cuſtodia lati campi erat credita, quia erat ſaltuarius. Omnes, inquā, hi nutribant illum ceruum. Et Syluia ſoror illorum ornabat omni cura illum ceruum aſſuetum imperijs, id eſt, obedientē intexens illius cornua ſertis mollibus, id eſt. floreis, & pectebat ceruum illum ferum, & lauabat in puro fonte. Ille ceruus patiens manum, & aſſuetus menſæ herili, id eſt, domini errabat in ſyluis, & rurſus ipſe referebat ſe domum ad limina nota idem eſt, nocte quamuis ſera. Canes rabidi Iuli uenantis commouere hunc ceruum errantem, id eſt, paſcentē procul a domo Tyrrhi cum forte ceruus deflueret, id eſt, nataret fluuio ſecundo, id eſt, deorſum fluenti, et cum leuaret æſtus ripa uiridante, ideſt, amœna. Etiam ipſe Aſcanius ſuccenſus amore laudis eximiæ, id eſt, ut ex ea re ſibi gloriam compararet, direxit ſpicula, id eſt, ſagittas curuo cornu, id eſt, arcu, nec Deus abfuit immo fuit. Fortuna dextræ illius erranti, & arundo, id eſt, ſagitta acta, id eſt, transfixa

Pesq; vterum sonitu, perq; ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Successitq; gemens stabulis: questuq; cruentus,
Atq; imploranti similis, tectum omne repleuit.
Syluia prima soror palmis percussa lacertos
Auxilium vocat, & duros conclamat agrestes.
Olli (pestis enim tacitis latet aspera syluis)
Improuisi adsunt: hic torre armatus obusto,
Stipitis hic grauidi nodis; quod cuiq; repertum
Rimanti, telum ira facit, vocat agmina Tyrrhus:
Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis
Scindebat rapta spirans immane securi.
At sæua e speculis tempus Dea nacta nocendi
Ardua tecta petit, stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuq; recuruo
Tartaream intendit vocem: qua protinus omne

Conclamare uerbum est militare.

Furor arma ministrat.

¶ *Ecphrasis.*

per uterum cerui multo sonitu, id est, stridore uenit. id est, infixa est per ilia. At quadrupes, id est, ceruus saucius. i. uulneratus sagitta Iuli, fugit intra tecta nota, id est, domum consuetam, & gemens successit stabulis sibi notis, et ceruus ipse cruentus, & similis imploranti auxilium repleuit omne tectum questu, id est, querelis. Syluia soror puerorum Tyrrhi prima percussa lacertos palmis, id est, habens percussos lacertos palmis, uocat auxilium, & conclamat agrestes duros. i. agricolas. Illi. s. agricolæ improuisi adsunt ad pugnam, & hoc quia pestis aspera. i. Alecto latet abdita, id est, abscondita in syluis tacitis, id est, secretis. Adsunt dico, hic, id est, aliquis armatus torre obusto, id est, sude præusta, & hic, id est, alius armatus nodis stipitis grauis. i. stipite graui & nodoso. Ira facit telum quod est repertum cuiq; rimanti. i. quærenti, et Tyrrhus uocat agmina spirans immane. i. immaniter minabundus rapta securi, ut forte scindebat quercum quadrifidam, id est, in quatuor fasces diuidendam cuneis coactis. i. immissis. At Dea sæua Alecto e speculis unde speculabatur nacta tempus nocendi, petit tecta ardua stabuli, & de summo culmine domus canit signum pastorale, id est, ad quod pastores coire solent, & intendit uocem tartaream, id est, terribilem cornu recuruo, id est, turbinato, qua uoce protinus omne nemus contremuit,

Contremuit nemus, & ſyluæ intonuere profundæ.
Audijt & Triuiæ longe lacus:audijt amnis
Sulphurea Nar albus aqua,fonteſq; Velini:
Et trepidæ matres preſſere ad pectora natos.
Tum vero ad vocem celeres,qua buccina ſignum
alij dabat Dira dedit,raptis concurrunt vndiq; telis
Indomiti agricolæ:nec non & Troia pubes
Aſcanio auxilium caſtris effundit apertis.
Direxere acies:non iam certamine agreſti
Stipitibus duris agitur,ſudibus ue præuſtis,
Sed ferro ancipiti decernunt:atraq; late
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus,æraq; fulgent
Sole laceſſita,& lucem ſub nubila iactant:
Fluctus vti primo cœpit cum albeſcere vento,
Comparatio qua deſcribit quomodo creuerit tumultus. Paulatim ſeſe tollit mare,& altius vndas
Erigit,inde imo conſurgit ad æthera fundo.
Hic iuuenis primam ante aciem ſtridente ſagitta,

¶ *Ecphraſis.*

& ſyluæ profundæ inſonuerũt.Et lacus Triuiæ.i.Dianæ,qui eſt in Italia et Nar amnis qui Narniam abluit albus aqua ſulphurea audiit, & fontes Velini Aue lia urbe dicti audierunt, & matres trepidæ preſſerunt natos ad ubera timentes ſibi & infantibus.Tum uero agricolæ indomiti.i.furibundi raptis telis undiq; concurrũt ad uocem furiæ ea parte,qua buccina dira dedit ſignum.Nec non etiã pubes Troia.i.Troiana effundit.i.mittit auxilium Aſcanio caſtris apertis,& direxere acies in pugnam,et decernunt non iam certamine agreſti.i.tumultuario,nec agitur iam res duris ſtipitibus & ſudibus præuſtis,ſed decernunt ferro ancipiti.i.ſecuri utrinq; noxia.Et ſeges.i.terra atra horreſcit late enſib9 ſtrictis.i.nudis. & æra.i.arma ærea fulgent laceßita.i.repercuſſa a ſole & iactant lucem.i.ſplendorem ſub nubila, & ponit comparationem,uti cum fluctus cœpit albeſcere, id eſt,ſpumis albicare primo uento,mare tollit ſeſe paulatim, id eſt, exaſperantur undæ, & erigit undas altius, & inde mare conſurgit ad æthera, id eſt, in altum ab imo fundo .Hic, id eſt, in hac pugna Almon qui fuerat maximus natorum Tyrrhi ſternitur ante primã aciẽ ſagitta ſtridente.id eſt, ſonanti,ſagitta enĩ,q uuln9 fecerat,hæſit ſub gutture,et incluſit iter.i.meat9 uocis udæ.i.humidæ

Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon
Sternitur: hæsit enim sub gutture vulnus, & vdæ
Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine vitam.
Corpora multa virum circa seniorq; Galesus
Dum paci medium se offert, iustissimus vnus
Qui fuit, Ausonijs olim ditissimus aruis:
Quinq; greges illi ballantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris.
Atq; ea per campos æquum dum Marte geruntur,
Promissi Dea facta potens, vbi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ,
Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras
Iunonem victrix affatur voce superba:
En perfecta tibi bello discordia tristi:
Dic in amicitiam coeant, & fœdera iungant,
Quandoquidem Ausonio respersit sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus vrbes,

alij circū

alij Ausonij

aruis alij agri

¶ *Ecphrasis.*

& uitam tenuem, id est, spiritum sanguine ex uulnere fuso, & circa Almonem multa corpora uirorum sternuntur, & sternitur Galesus senior dum offert se medium paci, qui Galesus fuit olim unus omnium iustissimus & ditissimus aruis Ausonijs, quinq; greges balantum, id est, ouium, & quina armenta, scilicet, boum redibant illi domum, & uertebat terram centum aratris, id est, arabat centum iugis. Atq; dum ea quæ diximus geruntur per campos æquo Marte, id est, nusquam uictoria inclinata, Dea facta potens promissi, id est, Alecto ubi imbuit bellum sanguine, & ubi commisit funera primæ pugnæ deserit Hesperiam, id est, Italiam, & ipsa uictrix, id est, uoti compos affatur Iunonem uoce superba per conuexa cæli, & pro id est per auras. En o Iuno discordia est perfecta tibi bello tristi, & cum ironia subdit, dic nunc ut coeant in amicitiam, quasi dicat, iam non possunt in amiciciam coire, nec iungi fœderibus, quandoquidem pro quia, ego respersi, id est, maculaui Teucros sanguine Ausonio, id est, Italorum. Et si tua uoluntas est mihi certa. id est, si tibi intelligam placere, ego feram in bella urbes finitimas, rumoribus, id est, spargendo rumores,

Accendamq́ animos insani Martis amore,
Vndiq́ vt auxilio veniant:spargam arma per agros.
Tum contra Iuno:terrorum, & fraudis abunde est.
Stant belli causæ:pugnatur comminus armis,
Quæ fors prima dedit,sanguis nouus imbuit arma.
Talia connubia, & tales celebrent hymenæos
Egregium Veneris genus, & Rex ipse Latinus.
Te super æthereas errare licentius auras,
Haud pater ipse velit summi regnator Olympi.
Cede locis,ego siqua super fortuna laborum est,
Ipsa regam.taleis dederat Saturnia voces.
Illa autem attollit stridentes anguibus alas,
Cocytiq́ petit sedem,super ardua linquens.
Est locus Italiæ in medio sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Ansancti valles.densis hunc frondibus atrum

alij coniugia
errare alij regnare
ipse alij ille

¶ *Ecphrasis.*

et accendam animos Italorum amore Martis insani,id est,belli furiosi, ut coeant.i.conueniant undiq; auxilio.i.ad auxilium utriusq; exercitus.Tunc Iuno respondet contra, id est, ad Alectus uerba, abunde,id est,satis est terrorum & fraudis a te immissæ,quia causæ belli stant sup. manifestæ, & pugnatur,id est,omnes pugnant iam cominus,id est,prope armis,quæ arma prima fors,id est, fortuna dedit,id est,quæ se forte obtulerunt.Et sanguis nouus imbuit arma,id est, fœdauit primum. Genus egregium Veneris,id est,Aeneas, per ironiam, & ipse Latinus Rex celebrēt talia coniugia,& tales hymenæos.i.nuptias.q.d.cruentos & infælices. Sed ille pater regnator summi Olympi,scilicet, Iuppiter haud uelit.i.non permittit te errare,id est,uagari licentius.i.spaciosius super auras aethereas,ideo cede de locis,id est, de superiori parte mundi ad inferos descende. quia ego ipsa regam,id est,dirigam siqua fortuna laborum superest. i.siquid restat faciendum. Saturnia Iuno tales uoces dederat,id est,sic est locuta. Illa autem.s.Alecto attollit alas stridentes anguibus, id est.parat se ad uolatum & relinquens supera ardua,id est,partem mundi superiorem.petit sedem Cocyti,id est,fluminis infernalis,id est, Inferos.Locus Italiæ est sub medio Italiæ in altis montibus nobilis,& memoratus fama in multis oris,descriptio est loci in Italia qua est descensus ad In-

Vrget vtrinque latus nemoris, medioque fragosus
Dat sonitum saxis & torto vortice torrens.
Hic specus horrendum, & saeui spiracula Ditis
Monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces: quis condita Erinnys,
Inuisum numen, terras, cœlumque leuabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imponit Regina manum. ruit omnis in vrbem
Pastorum ex acie numerus, cæsosque reportant
Almonem puerum, fœdatique ora Galesi,
Implorantque Deos, obtestanturque Latinum.
Turnus adest, medioque in crimine cædis, & ignis
Terrorem ingeminat: Teucrosque in regna vocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
Tum quorum attonitæ Baccho nemora auia matres
Insultant thiasis (neque enim leue nomen Amatæ)
Vndique collecti coeunt, Martemque fatigant.

Alludit ad historiam. Est eni Ansanctus in Hirpinis locus quem qui intrauere, subito emoriuntur.

leuabat alij leuauit

¶ *Ecphrasis.*

feros & ualles ansancti.i.circum & undiq; sancti sunt ad illum locum, utrunq; latus nemoris atrum.i.umbrosum densis montibus.i.arboribus urget.i.præmit hũc locum & torrens fragosus in medio dat sonitum saxis & toto uertice. Hic.i.in hoc loco specus horrendum & spiracula sæui Ditis.i.Plutonis monstruntur & uorago ingens aperit fauces pestiferas Acheronte rupto.i.facta eruptione Acherontis fluminis Inferni, quis pro quibus faucibus Erynnis Alecto condita. ap.numen inuisum leuabat sua molestia cælum & terram. Nec minus, id est, præterea Regina Saturnia.i. Iuno imponit supremam manum bello.i. perficit quod restat faciendum, & omnis numerus.i. multitudo pastorum ruit ex acie in urbem & reportant cæsos Almonem puerum Tyrrhi filium, & ora Galesi fœdati, id est, Galesum cruentatum, & pastores illi implorant Deos & obtestantur Latinum, id est, adiurant. Turnus adest in urbem.i iam uenit, & in medio crimine cædis & ignis ingeminat terrorem, dicens: Teucros a Latino uocari in regna sibi debita, & stirpem Phrygiam, id est, Alienigenam admisceri, & se pelli ex limine domus Regiæ. Tum, id est, præterea illi undique collecti coeunt in bellum & fatigant, id est, lacessunt Martem, quorum matres attonitæ

Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
Contra fata Deum peruerso numine poscunt,
Certatim Regis circunstant tecta Latini.
Ille velut pelagi rupes immota resistit:
Vt pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ sese, multis circum latrantibus vndis,
Mole tenet, scopuli nequicquam, & spumea circum
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.
Verum vbi nulla datur cæcum exuperare potestas
Consilium, & sæuæ nutu Iunonis eunt res,
Multa Deos, aurasque pater testatus inananes:
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella.
Ipse has sacrilego pendetis sanguine pœnas
O miseri: te Turne nefas, te triste manebit
Supplicium, votisque Deos venerabere seris.

Exemplũ studij pacis in Principe.

Latinus bellum dissuadet.

¶ *Ecphrasis.*

Baccho insultant per nemora auia Thiasis, id est, choreis, & per parenthesim interposuit, neq; enim nomen Amatæ est læuæ, immo maximæ autoritatis. Ilicet, id est, statim cũcti poscunt bellum numine peruerso contra omina, id est, Deorum auspicia, & contra fata Deorum, infandum, interiectio est, & cuncti certatim circunstant tecta Latini Regis obtestantes illum, ut suscipiat belli administrationem, sed ille perstat in proposito uelut moles immota pelagi resistit, id est, stat firmus & uelut rupes pelagi, magno fragore, id est, maris tempestate ueniente, quæ scilicet, rupes tenet se mole, id est, suo pondere, & saxa scopuli spumea fremunt circum nequicquam, id est, frustra & alga illisa lateri illius scopuli refunditur, id est, huc illuc agitatur. Verum ubi nulla potestas, id est, facultas datur Regi Latino exuperare consilium cæcum, id est, uulgi turbulentam sententiam, & res eunt, id est, procedunt nutu sæuæ Iunonis & omnia geruntur illius uoluntate, Pater Latinus testatur multa, id est, multum auras inanes & Deos, idem est, & inquit Latinus. Heu nos frangimur fatis, & ferimur procella, id est, impetu uulgi, sed uos o miseri, pendetis, id est, luetis has pœnas sanguine sacrilego, quia contra Fatorum uoluntatem, & o Turne te præcipue triste nefas manebit, id est, expectabit, & supplicium manebit, & uenerabere Deos uotis seris, id est, sero Deos implorabis. Nam

Nam mihi parta quies, omnisq; in limine portus,
Funere felici spolior. nec plura locutus
Sepsit se tectis, rerumq; reliquit habenas.
Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus vrbes
Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cum prima mouent in prælia Martē,
Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum,
Hyrcanis ve, Arabis ve parant, seu tendere ad Indos,
Auroramq; sequi, Parthosq; reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sæui formidine Martis:
Centum ærei claudunt vectes, æternaq; ferri
Robora: nec custos absistit limine Ianus:
Has, vbi certa sedet patribus sententia pugnæ,
Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino
Insignis, reserat stridentia limina consul,

Indicat q̄ late imperauerit Romani.

Ianus bifrõs et quadrifrons.

¶ *Ecphrasis.*

quies est mihi parta, id est, quæsita, & omnis portus est in limine, id est, iam sum morti proximus, sed tantum spolior funere felici, quia sum forte periturus in vrbis meæ euersione. Nec *locutus plura sepsit se tectis, id est, recepit se in domus penetralia, & reliquit habenas rerum, id est, gubernationem regni. Mos erat in Latio Hesperio, id est, in antiqua Italia, quem morem sacrum urbes Albanæ protinus, id est, deinde coluerunt, & quem Roma maxima rerum omnium colit nūc, cum Romani mouent Martem in prælia prima, siue parant inferre manum, id est, bellum Getis populis Thraciæ, siue parant bellum lachrymabile Hyrcanis populis Asiæ Septentrionalibus, aut Arabis populis Australibus, seu parant tendere ad Indos, & sequi Auroram, quod idem est. & parant reposcere Parthos signa sub Crasso amissa. Geminæ portæ belli sunt sacræ relligione, belli inquam, id est, Iani, quia sic dicunt illas nomine, & sunt sacræ formidine, id est, relligione Martis sæui. Centum uectes ærei, id est, ferreæ seræ claudunt, & pro id est robora ferri æterna. Nec Ianus custos templi absistit. id est, recedit limine. Ipse consul insignis trabea Quirinali, id est, ueste Regali, & cinctu Gabino. i. in Gabinorum morem reserat has portas & limina stridentia, & hoc, ubi certa sententia pugnæ sedet, id est, placet patribus, id est, senatoribus. Et ipse*

Ipſe vocat pugnas, ſequitur tum cætera pubes,
Aereaq; aſſenſu conſpirant cornua rauco. *al. accentu*
Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, triſteiſq; recludere portas.
Abſtinuit tactu pater, auerſuſq; refugit
Fœda miniſteria, & cæcis ſe condidit vmbris.
Tum Regina Deum cælo delapſa, morantes
Impulit ipſa manu portas, & cardine verſo
Belli ferratos rupit Saturnia poſtes.
Ardet inexcita Auſonia, atq; immobilis ante:
Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis
Puluerulentus equis furit: omnes arma requirunt.
Pars leueis clypeos, & ſpicula lucida tergent
Aruina pingui, ſubiguntq; in cote ſecures:
Signaq; ferre iuuat, ſonituſq; audire tubarum.
Quinq; adeo magnæ poſitis incudibus vrbes

Vulgus accendebatur cū uidiſſet portas ſua ſponte aperiri.

¶ *Ecphraſis.*

cōnſul uocat pugnas, id eſt, in pugnam, & tunc cætera pubes, id eſt, iuuentus ſequitur. Et cornua ærea, id eſt, tubæ conſpirant, id eſt, emittunt claſsicum aſſenſu rauco, qui ſonus eſt tubarum. Tunc Latinus iubebatur a populo indicere bellum Aeneadis.i.Troianis, hoc more, & iubebatur recludere portas illas triſtes.i. belli. Sed pater Latinus abſtinuit tactu, & refugit auerſus miniſteria illa fœda, id eſt, turpia, & condidit ſe in umbris cæcis, id eſt, locis obſcuris domus. Tunc ipſa Iuno Regina Deorum delapſa cælo impulit manu portas illas morantes, & eadem Iuno Saturnia uerſo portarum cardine rupit poſtes belli, id eſt, Iani portas, ferratos, id eſt, uectibus clauſos. Auſonia, id eſt, Italia inexcita, id eſt, immobilis ante ardet in bellum, & pars illorum parant ire cāpis, id eſt, in campos, & pars, id eſt, alius arduus & puluerulentus furit in altis equis, & omnes requirunt arma. Pars, id eſt, alij tergent, id eſt, poliunt aruina pingui, id eſt, pinguetudine clypeos læues, id eſt, terſos, & ſpicula lucida, id eſt, ſagittas uel iacula, & ſubigunt, id eſt, acuunt ſecures in cote: & iuuat, id eſt, delectat illos ferre ſigna, id eſt, uexilla, & audire ſonitus tubarum. Quinq; urbes magnæ nouant tela, id eſt, arma incudibus poſitis

Tela nouant, Atina potens, Tyburq; superbum,
Ardea, Crustumeriq;, & turrigeræ Antemnæ.
Tegmina tuta cauant capitum, flectuntq; salignas
Vmbonum crates, alij thoracas ahenos,
Aut leueis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor, recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iamq; sonant, it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit: ille frementeis
Ad iuga cogit equos, clypeumq;, auroq; trilicem
Loricam induitur, fidoq; accingitur ense.
Pandite nunc Helicona Deæ, cantusq; mouete,
Qui bello exciti Reges, quæ quenq; secutæ
Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis:
Et meministis enim Diuæ, & memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura.

Deseruntur agricultura bellorũ.

¶Ecphrasis.

urbes autem sunt Atina potens, & Tybur superbum, & Ardea, & Crustumeri, & Antemnæ turrigeræ, id est, turritæ. Alij cauant tegmina tuta capitum, id est, galeas, & flectunt crates salignas. i. ex salice umbonũ, id est, in umbones et clypeos. Alij ducunt, id est, fabricãt ocreas. i. armamenta crurum læues, id est, tersas ex argẽto lento, & alij fabricant thoracas . i. armamenta pectoris ahenos, id est, ex ære. Honos falcis & uomeris, & omnis amor aratri cessit huc, id est, conuersus est in arma. Et recoquunt fornacibus enses patrios, & classica iam sonant, id est, tubæ. Tessera, id est, signum it bello, id est, in bellum. Hic, id est, alius rapidus rapit galeam tectis. Ille, id est, alius cogit equos trementes, id est, palpitantes ad iuga, & alius induitur clypeum & loricam trilicem auro, id est, triplicem, & accingitur ense fido. O Deæ. i. o musæ pandite nunc Helicona musis consecratum, & mouete cantus, qui bello exciti fuerint, id est, commoti Reges: & quæ acies secutæ quemq; complerint campos, & quibus uiris terra Itala alma uiris iam tum floruerit, & quibus armis arserit, id est, bellis. Enim, id est, quia o Musæ & meministis uos, & potestis memorare alijs, quæ dicta sunt, uos inquam solæ, quia aura famæ tenuis uix peruenit ad nos.

Catalogus ducum, qui Turnũ secuti sunt.

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemptor Diuum Mezentius, agminaq́ armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit excepto Laurentis corpore Turni,
Lausus equum domitor, debellatorq́ ferarum,

Quam ut capertur ĩ hoc bellũ, quo perijt.

Ducit Agillina nequicquam ex vrbe secutos
Mille viros, dignus patrijs qui lætior esset
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum,
Victoresq́ ostentat equos satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus, clypeoq́ insigne paternum
Centum angues, cinctamq́ gerit serpentibus Hydram:
Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit auras
Mista Deo mulier, postquam Laurentia victor
Geryone extincto, Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenoq́ boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu, sæuosq́ gerunt in bella dolones,

¶ *Ecphrasis.*

Mezentius contemptor Diuorum primus & asper init bellum ueniens ab oris Tyrrhenis, & armat in bellũ agmina, id est, exercitum. & Lausus filius erat huic iuxta, id est, prope, quo Lauso nemo alter fuit pulchrior excepto corpore Turni Laurentis, id id est, Ardeatis. Lausus, dico, domitor equorum, & debellator ferarum, id est, uenator ducit mille uiros secutos illum ex urbe Agillina nequicquã, id est, frustra, quia nihilominus est ab Aenea occisus. Lausus iterum dico dignus qui esset lætior imperijs patris sui Mezentij, quã qui in bello periret, & dignus cui Mezentius haud pro nõ esset pater. Post hos .i. Mezentiũ & Lausum Auẽtinus pulcher satus ex Hercule pulchro .i. genit⁹ ostẽtat p gramina .i. p cãpos currũ insignẽ palma .i. uictoria, & ostẽtat equos, et gerit centũ angues, & hydrã cinctã serpẽtibus .ap. insigne paternũ clypei .i. q̃ sunt Herculis patris insignia, quẽ Rhea sacerdos edidit sub auras luminis .i. in lucẽ peperit furtiuũ in sylua collis Auẽtini, Rhea, dico, mulier mixta Deo .i. Herculi, postq̃ Tirynthi⁹ .i. Hercules uictor attigit arua Laurẽtia Gyryone extincto in Hispania, et postq̃ lauit boues Iberas .i. Hispanas in flumine Tyrrheno .i. Tybri, & ferunt pila et sæuos dolones manu in bella,

Et tereti pugnant mucrone, veruq; Sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta, cum dentibus albis
Indutus capiti: sic regia tecta subibat
Horridus, Herculeosq; humeros innexus amictu.
Tum gemni fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillusq;, acerq; Coras, Argiua iuuentus:
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
Ceu duo nubiginæ, cum vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Homolen, Othrynq; niualem — *Montes thessaliæ.*
Linquentes cursu rapido: dat euntibus ingens
Sylua locum, & magno cedunt virgulta fragore.
Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis.
Vulcano genitum, pecora inter agrestia Regem, — *al. tristia.*
Inuentuq; focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus: hunc legio late comitatur agrestas. — *al. regio.*
Quiq; altum Præneste viri, quiq; arua Gabinæ

¶ *Ecphrasis.*

& pugnãt mucrone tereti, & ueru Sabello.i.hastis ferro ꝯfixis rotũdo. Ipse Auẽtinus pedes & torquẽs immane tegmẽ.i.pellẽ Leonis impexũ.i.hirsutũ seta terribili cũ dẽtibus albis ap.indutus.i.armaturã capiti subibat sic Regia tecta.i.latam domũ, sic, inquã, subibat.s.horridus & innexus humeros amictu Herculeo.i.quali Hercules utebatur. Tũ Catillus & Coras acer fratres gemini linquũt mœnia Tyburtia, ap.gẽtem dictam cognomine Tyburti fratris amborum, Catillus & Coras, dico, iuuentus Argiua, qui feruntur ante primam aciem inter tela densa, ceu tanquam duo nubiginæ, id est, Centauri ex Ixione & nube geniti, cum descendunt ab alto uertice montis linquentes cursu rapido Homolen & Othryn niualem montes Thessaliæ, in quibus Centauri erant: ingens arborum sylua dat locum euntibus Centauris, & uirgulta, id est, frutices cedunt cum magno fragore. Nec Cæculus fundator urbis Prænestinæ, id est, Prænestes, quem omnis ætas, id est, antiquitas credidit Regem genitum á Vulcano inter pecora inertia, & inuentum postea focis. Legio agrestis comitatur hunc late.i.lata legio, & uiri comitantur illum, qui colunt altũ Præneste, & qui colunt arua Iunonis Gabinæ,

al. roscida.

Iunonis gelidumq; Anienem & rosida riuis
Hernica saxa colunt: quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei, currus ve sonant: pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit: pars spicula gestat
Bina manu: fuluoq; lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti. vestigia nuda sinistri
Instituere pedis: crudus tegit altera pero.
At Messapus equum domitor Neptunia proles,
Quem neq; fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
Iampridem resides populos, desuetaq; bello
Agmina in arma vocat subito, ferrumq; retractat.
Hi Fescenninas acies, Aequosq; Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua,
Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.
Ibant æquati numero, Regemq; canebant:

Messappus peculiari fato tutus erat á ferro.

Campaniæ urbes.

¶ *Ecphrasis.*

& qui colunt Anienem gelidum, fluuium non longe ab urbe, & qui colunt saxa Hernica roscida riuis. Illi etiam comitantur quos Anagnia diues, id est, urbs fertilis pascit, & illi etiam comitantur quos ó pater Amasene tu pascis. Amasenus fluuius est Italiæ Priuernum abluens, illis omnibus quos enumeraui, non arma neq; clypei, neque currus sonant, sed pars illorum maxima spargit glandes, id est, pilas plumbi liuentis, id est, nigri, & pars illorum gestat spicula bina manu, id est, hastilia, & gestant galeros, id est, capitis tegmina, & instituere uestigia nuda, id est, plantas pedis sinistri, & pero crudus tegit altera .s. uestigia. At Messapus equorum domitor, & proles Neptunia, id est, filius Neptuni, uocat subito in arma animos iam pridem resides, id est, ociosos, & agmina desueta bello. Messapus, dico, quem neque fas est cuiquam sternere igni neq; ferro. Et hic retractat ferrum, id est, arma longo tempore desueta. Hi, id est, alij habent acies Fescenninas á Fescennio oppido Campaniæ, & Aequos Faliscos, populos item Campaniæ, & hi, id est, alij habent arces Soractis montis, & habēt arua flauinia. Flauiniū etiā oppidū est Italiæ, & lucos Capenos, unde & Romæ porta Capena, & habent lacū Cymini cū monte, quia & mō, et lacus eiusdē nominis. Omnes hi quos enumeraui ibant æquati numero, & canebant Regem.

Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni.
Cum sese e pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis & Asia longe
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet: aëriam sed gurgite ab alto
Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.
Ecce Sabinorum prisco de saguine magnum
Vgmen ingens Clausus, magniq; ipse agminis instar:
Claudia nunc a quo diffunditur & tribus, & gens
Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.
Vna ingens Amiterna cohors, prisciq; Quirites,
Ereti manus, omnis oliuiferęq; Mutyscæ:
Qui Nomentum vrbem, qui rosea rura Velini,
Qui Tetricæ horrẽteis rupes, montemq; Seuerum,
Casperiamq; colunt, Forulosq; & flumen Hymellæ:
Qui Tyberim, Fabarimq; bibunt: quos frigida misit

Ritus ouantium.

al. rosida

¶ *Ecphrasis.*

ceu cum cygni niuei quondã.i.aliquãdo referũt sese é pastu inter nubila liquida.s. uolantes, & dant modos canoros per colla longa, atq; ideo modulationi aptiora amnis.i.fluuius, & palus Asia.i. Asiatica ubicunq; sunt cygni sonat longe.i.ualde resonat, neq; ex tanto agmine quisquã putet.i.putare posset acies æratas.i. armatas misceri, sed putet nubem äëriam uolucrum raucarum.i.canentium, urgeri.i.impelli ab alto gurgite.i a mari. Ecce Clausus ueniens de sanguine prisco Sabinorum agens magnum agmen.i.exercitum. & ipse instar magni agminis.i.ita magnus ut exercitus. Clausus, dico, á quo gẽs, et tribus Claudia diffunditur nũc per Latium, quia una tribus Romæ Claudia dicebatur, postq̃ Roma data est in partẽ Sabinis .i.in urbẽ recepti sunt. Vna.i.simul cũ Clauso cohors ingẽs Amiterna.i. Amiterni, & una cũ illo Quirites prisci á Curibus urbe Sabinorum, & omnis manus Ereti, quod est oppidũ Italiæ, & simul Mutyscæ oliuiferæ.i.ubi multæ procreantur oliuæ, & una illi qui colunt urbem Nomentũ, & qui colũt rura rosea Velini oppidi, & qui colunt rupes Tetricæ horrẽtis, & montem Seuerum.i.regionem, & montes Tetricos in Sabinis, & qui colunt Casperiam & Forulos oppida, & flumen Hymellæ, & illi qui bibunt Tyberim & Fabarim flumina, & quos

Vbi Galli Romanos uicerunt. al'.litore

Nursia,& Hortinæ classes,populiq; Latini.
Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.
Quam multi Libyco voluuntur marmore fluctus,
Sæuus vbi Orion hybernis conditur vndis,
Vel cum Sole nouo densæ torrentur aristæ,
Aut Hermi campo,aut Lyciæ flauentibus aruis;
Scuta sonant,pulsuq; pedum tremit excita tellus,
Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Curru iungit Halesus equos: Turnoq; feroces
Mille rapit populos,vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris: & quos de collibus altis
Aurunci misere patres,Sidicinaq; iuxta
Aequora:quiq; Cales linquunt:amnisq; vadosi
Accola Vulturni,pariterq; Saticulus asper
Oscorumq; manus:teretes sunt aclides illis
Tela,sed hæc lento mors est aptare flagello:

Aclides tela q̃ vulneribus factis retrahuntur.

¶ Ecphrasis

Nursia oppidum misit, & classes Hortinæ.i.equites Hortini, & Latini populi, et illi quos Allia fluuius.ap.nomẽ infaustũ.i.infelix, quia iuxta illud populus Romanus á Gallis Senonibus superatus est secans.i.diuidẽs,interluit.i. interfluit. Et deinde ponit cõparationẽ,tã multos uenisse ad hoc bellũ,quã multi fluctus uoluũtur in æquore Libyco,pro quocũq; mari,ubi Orion sæuus cõditur vndis hibernis .i.cũ tẽpestas hiberna cõcitat mare sub ortũ Orionis,uel cũ aristæ densæ torrentur Sole nouo in cãpo Hermi,aut flauẽtibus aruis Lyciæ.Hermus est fluuius. Scuta sonãt,& tellus conterrita pulsu pedũ sonat.i.strepit.Hinc.i.ex alia parte Alesus Agamẽnonius.i.Agamẽnonis filius,& hostis nominis Troiani, quia Grecus origine iungit equos curru pro currui,& rapit mille .i. multos populos feroces Turno,id est,in auxilium Turni. Illi, scilicet,qui uertunt,id est, colunt Massica arua Cãpaniæ felicia.i.fertilia Baccho,& illi quos patres Aurunci.i.ab Aurunca ciuitate misere de collibus altis,& qui sunt iuxta æquora Sidicina,& illi qui linquunt Calles oppidum Campaniæ,& accola Vulturni amnis uadosi .i. qui habet multa uada,& pariter cum illis Saticulus asper populus est Campaniæ, & manus Oscorum,id est,Campuẽses:aclides teretes.i.in longum rotundæ sunt illis tela,sed mos est illis aptare hæc flagello lẽto,ut possint iaculari.& cõtrahere iacta.

Aclis.idis. Hisp.garrocha sacaliña.

Læuas cetra tegit, falcati cominus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale, quem generasse Telon Sebethide Nympha
Fertur: Theleboum Capreas cum regna teneret
Iam senior: patrijs sed non & filijs aruis
Contentus, late iam tum ditione premebat
Sarasteis populos, & quæ rigat æquora Sarnus:
Quiq; Rufas, Batulumq; tenent atq; arua Celennæ:
Et quos maliferæ despectant mœnia Bellæ,
Theutonico ritu soliti torquere cateias,
Tegmina queis capitum raptus de subere cortex,
Aerataeq; micant peltæ, micat æreus ensis.
Et te montosæ misere in prælia Nursæ
Vfens, insignem fama, & felicibus armis,
Horrida præcipue cui gens assuetaq; multo
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis:
Armati terram exercent, semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Cetra scutum Hispanicum.

al. Rufras

al. Abellæ

¶*Ecphrasis.*

cetra tegit læuas, & enses falcati sunt illis, quibus pugnent cominus. Nec *tu ó Oebale abibis indictus, i. est, illaudatus nostris carminibus, quem Oebalum Telon fertur generasse ex Nympha quadam Sebethide, aqua est iuxta Neapolim, cum Telō iam senior teneret Capreas, appositiue regna Theleboum, id est, Teleboorum, populi Caprearum, quæ insula est regione Neapolis. Sed Oebalus huius filius non c ntentus aruis patrijs iam tunc tenebat late potestatis ditione populos Sarrastes. i. quos Sarnus abluit. & illi qui tenent Rufas, & Batulum, & arua Celennæ, oppida sunt, & illi quos mœnia Abellæ maliferæ. i. malorum fertilis despectāt, illi dico soliti intorquere cateias i. iacula sunt ritu Teutonico. i. Germanico, quis pro quibus tegmina capitum est de subere raptus cortex i. capitis armatura erat suberna, & quibus peltæ eratæ. i. armatæ micant, & ensis aureus micat. Et ó Vfens Nursæ montosæ. i. in monte sitæ misere in prœlia te insignem fama, & armis fœlicibus, cui Vfenti gēs Aequicola præcipue horrida & assueta multo uenatu nemorū, & duris glebis, qui armati exercent. i. colūt terrā, & semper iuuat. i. delectat illos cōuectare prædas recentes, & uiuere rapto. i. ex uenatione.*

Quin & Marrhubia uenit de gente ſacerdos,
Fronde ſuper galeam, & felici comptus oliua,
Archippi Regis miſſu fortiſſimus Vmbro,
Vipereo generi, & grauiter ſpirantibus hydris
Spargere qui ſomnos cantuq;, manuq; ſolebat,
Mulcebatq; iras, & morſus arte leuabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Eualuit: neq; eum iuuere in uulnera cantus
Somniferi, & Marſis quæſitæ in montibus herbæ:
Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda,
Te liquidi fleuere lacus.
Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius, inſignem quem mater Aritia miſit
Eductum Aegeriæ lucis, Hymettia circum
Littora, pinguis ubi, & placabilis ara Dianæ.
Nanq; ferunt fama Hyppolytum, poſtquam arte nouercæ
Occiderit, patriaſq; explerit ſanguine pœnas,

al. iuſſu.

Alludit ad hiſtoriam Marſorū, quibus fuit natiua q̄dā uis contra uenena.

al. humentia.

¶Ecphraſis.

Quin & Vmbro ſacerdos uenit de gēte Marrhubia, q ſunt Italiæ populi. i. iuſſu Archippi Regis, qui illū in bellū duxit, Vmbro, dico, fortiſſimus cōptus ſuper galeā frōde & oliua felici. i corona ex frōdibus oliuæ felicis, qui Vmbro ſolebat cātu. i. incātatione, & manu. i. uenenis, ſpargere ſomnos generi uipereo, & hydris grauiter ſpirantibus. i. grauē odorē, & mulcebat iras, & leuabat morſus ſerpētū. i. remediū afferebat, ſed q̄q̄ id poſſet, quod diximus, tamē nō eualuit medicari ictū cuſpidis Dardaniæ, qa a Troianis interfectus in eo bello perijt, neq; incātationes ſomniferæ. i. ſomnū inducētes, neq; herbæ q̄ſitæ in mōtibus Marſis iuuere te. Nemus Angitiæ. i. Medeæ, & Fucinus lacus, & lacus liquidi fleuerūt atq; extinctum luxerunt te. Et pro etiā Virbius proles Hippolyti pulcherrima bello ibat, quem Aritia mater ciuitas in nemore miſit inſignem, & eductum, id eſt, educatū circum littora Hymettia, in lucis Aegeriæ Nymphæ in nemore Aricino, ubi eſt ara Dianæ pinguis & placabilis, quia iam illi ſanguine humano non ſacrificatur. Namque ferunt fama Hippolytum reuocatum herbis Pæonis, & amore Dianæ ab inferis ueniſſe rurſus ad ſydera ætherea, & ſub auras cæli ſuperas, id eſt, ad uitam, & hoc poſtquam occiderit arte Phedræ nouercæ ſuæ, & poſtquam

Turbatis distractus equis, ad sydera rursus
Aetheria, & superas cæli venisse sub auras,
Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.
Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab vmbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse repertorem medicinæ talis, & artis
Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas.
At Triuia Hippolytum secretis alma recondit
Sedibus, & Nymphæ Aegeriæ, nemoriq; relegat;
Solus vbi in syluis Italis, ignobilis æuum
Exigeret: versoq; vbi nomine Virbius esset.
Vnde etiam Triuiæ templo, lucisq; sacratis,
Cornipedes arcentur equi, quod littore currum,
Et iuuenem monstris pauidi effudere marinis.
Filius ardenteis haud secius æquore campi
Exercebat equos, curruq; in bella ruebat.
Ipse inter primos præstanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est;

Hippolyt⁹ restitut⁹ vitæ ab Aesculapio Apollinis filio, cui⁹ operã Diana conduxerat.

al. segnius

¶ *Ecphrasis.*

distractus equis turbatis.i.cõsternatis á monstro marino expleuerit sanguine pœnas patrias.i.quas Theseus pater in illũ á Neptuo impetrauit. Cũ ipse pater oĩpotens Iupiter indignatus aliquẽ mortalẽ.i.hominẽ surgere ab umbris infernis ad lumina uitæ.i.á morte ad uitã, detrusit.i.deiecit ad undas stygias.i. ad inferos Phœbigenã.i. Aesculapiũ repertorẽ talis medicinæ & artis, qua mortuus posset in uitam reduci. Et Triuia alma.i. Diana faustrix recondit Hippolytũ in sedibus secretis, & relegat illũ Aegeriæ Nymphæ, & nemori Aricino, ubi ille ignobilis.i. obscurus solus exigeret æuum.i. uiueret in syluis Italis, & ubi esset Virbius.i. appellaretur nomine uerso.i. mutato, ut sit Virbius, quasi bis uir. Vnde etiam.i. ex qua causa equi cornipedes.i. ungulas habẽtes corneas arcẽtur ex templo Triuiæ, & ex lucis sacratis, quod pro quia, illi equi pauidi effudere.i. cõsternauere currũ & iuuenem.i. Hippolytum monstris marinis.i. Phocis, idq; in littore maris. Filius Hippolyti.s. Virbius haud secius.i. non aliter exercebat equos ardentes in littore.i. in cãpo, & ruebat in bella curru. Ipse Turnus præstanti corpore uertitur.i. incedit inter primos tenens arma, & est supra omnes alios toto uertice, id est, capite.

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Aetnæos efflantem faucibus igneis.
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis;
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
At leuem clypeum sublatis cornibus Io

Affingit Argiua arma Turno, ut significet Argiuū fuisse.

Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus,
Cælataq; amnem fundens pater Inachus vrna.
Insequitur nimbus peditum: clypeataq; totis
Agmina densantur campis, Argiuaq; pubes,
Auruncæq; manus, Rutuli, veteresq; Sicani,
Et Sacranæ acies & picti scuta Labici,
Qui saltus Tyberine tuos, sacrumq; Numici
Littus arant, Rutulosq; exercent vomere colles,
Circæumq; iugum, queis Iuppiter Anxuris aruis

Dea nemoris & mercatorum.

Præsidet, & viridi gaudens Feronia luco.

¶ *Ecphrasis.*

Cui turno galea crinita iuba triplici.i.tribus caudis equinis sustinet Chimæram, insigne galeæ vulgo Chimæra, efflātē ex faucibus ignes Aetnæos.i.similes Aetnæ. Illa, dico, Chimæra tā magis fremēs & effera flāmis tristibus, quā magis pugnæ crudescūt sanguine effuso. At Io Inachi filia à quo Inachus ducebat originē insignibat clypeū leuē i.politū cornibus ex auro sublatis, Io, dico, iā obsita setis, & iā bos.i.bouis faciē habēs, & Argus erat illic custos uirginis Ius, erat etiā Inachus pater illius fundēs amnē.i.aquā urna cælata, q̄ oīs historia erat argumētum ingēs cælaturæ. Nimbus.i, multitudo peditum insequitur turnū, & agmina peditū clypeata dēsantur totis campis, scilicet pubes argiua, quia, vt dixit, Turnus ab Inacho ducebat originem per Danaem & manus Auruncæ, ab Aurunca urbe antiquissima Italiæ. Rutuli.i.Ardeates et Sicani ueteres, qui Latium antiquitus incoluerunt, et Sacranæ acies idem sunt ardeates, & Labici picti scuta, id est, scuta picta habentes. Et illi qui arant tuos saltus ô Tyberine, id est, agros prope Tybrim, & qui arant littus sacrum Numici fluminis, & illi qui exercent uomere, id est, arant colles rutulos, id est, ardeates, & qui arant iugum Circeum, & qui arant illa arua, quis pro quibus Iupiter anxuris, id est, imberbis præsidet, & quibus Feronia gaudens uiridi luco præsidet. Feronia fons & Nympha est.

Qua Saturæ iacet atra palus,gelidusq; per imas
Quærit iter valles,atq; in mare conditur Vfens.
Hos super aduenit Volsca de gente Camilla,
Agmen agens equitum,& florenteis ære cateruas
Bellatrix:non illa colo,calathis ve Mineruæ
Fœmineas assueta manus,sed prælia virgo
Dura pati,cursuq; pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina,nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium,fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter,celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis,agrisq; effusa iuuentus,
Turbaq; miratur matrum,& prospectat euntem
Attonitis inhians animis:vt regius ostro
Velet honos leueis humeros,vt fibula crinem
Auro internectat,Lyciam vt gerat ipsa pharetram,
Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.

Volsci populi sunt Italiæ.

al' gerat.

¶ *Ecphrasis.*

& qui arãt arua,qua est et iacet palus atra Saturæ.i.loci illius regiõis,& ea parte qua Vfens fluuius gelidus q̃rit iter p imas ualles,atq; tandẽ cõditur.i.influit in mare.Super hos populos memoratos Camilla bellatrix aduenit de gẽte Volsca,Camilla,dico,agẽs agmen equitũ,& cateruas florẽtes ære.i.armatas ferro.Illa,dico,Camilla nõ assueta manus fœmineas colo et calathis,sed uirgo erat dura pati.i.ad patiendũ p̃lia,& dura p̃uertere uentos.i.p̃uenire cursu pedũ.Illa uolaret.i.uolare posset p summa gramina segetis intactæ.i.cuius summitatẽ nõ tãgeret,nec læsisset cursu aristas teneras,uel ferret iter per mediũ mare suspẽsa & nõ demersa fluctu tumẽti,nec tingeret.i.madefaceret in æquore plãtas celeres.Omnis iuuẽtus.i.oẽs iuuenes,effusa,tectis & agris ad illã uidẽdã,& oĩs turba matrũ p̱spectat illã euntem,inhians.i.admirãs animis attonitis,ut.i.quẽadmodũ honos Regi9 ostro.i purpurea uelet illius humeros,& ut fibula innectat crinẽ auro.i.ipsa fibula aurea,& ut.i.quẽadmodũ ipsa ferat pharetram Lyciam á regione Asiæ, & quemadmodũ ferat myrtum.i.hastam ex myrto pastoralem.i.more pastorũ cuspide præfixa.i.ex ferro præfixam habentem cuspidem.

 FINIS LIBRI SEPTIMI. 

Addlon.

Præparat octauo bellum quos mittat in hoſteis.


MODESTINI IVRISCONSVLTI IN *Septimum Aeneidos Librum argumentum.*


DAt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce,
Mittitur & magni venulus Diomedis ad vrbem,
Qui petat auxilium,& doceat,quæ cauſſa petendi.
Aeneas Diuum monitis adit Arcada Regem
Euandrum Arcadiæ profugum noua regna petentem.
Accipit auxilium,huic natum & ſocia agmina iungit
Euander:Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamq; habilis bello,& maternus lætus in armis,
Fataq;,fortunaſq; ducum,caſuſq; ſuorum
Sortitus clypeo,diuina intentus in arte eſt.

PRæparat octauo. In hoc primo carmine ſtrictim octaui libri materia prælibatur, deinde ſequẽtibus decẽ carminibus latius idẽ argumẽtũ exprimitur: dicit igitur ſic. Bellũ. i. belli cõſiliũ præparat. i. adornat ac eligit eos milites, quos mittat. i. ducat & dirigat in hoſtes. i. aduerſus inimicos, & hoc, octauo Aeneidos libro. Turnus Rutulorũ Rex dat ſignũ belli. i. præcipit claßicũ canere, ab arce Laurẽti oppidi ſui. Et Venulus orator quidã mittitur. ſ. a Latinis ad urbẽ magni Diomedis illius, q interfuit expugnationi Troianæ, qui. ſ. Venulus petat auxiliũ. i. p̃ſidiũ & ſuccurſum a Rege Diomede, & doceat. i. oſtẽdat, q̃ ſit cauſſa petẽdi auxiliũ ab eo, quia aduerſus Troianos etiã illius inimicos. Aeneas adit. i. petit Euãdrũ Arcada. i. Arcadiæ ortũ, Regẽ. i. qui tũc tẽporis erat Rex, Euãdrũ, dico, Arcadiæ profugũ. i. exulẽ, & petẽtẽ. i. inquirentẽ noua regna. i. imperiũ. Aeneas accipit auxiliũ a prædicto Euãdro, & Euãder Rex iũgit huic. ſ. Aeneæ natũ. i. filiũ Pallãtem, & agmina ſocia. i. exercitus amicabiles: Pallas Euãdri Regis filius ibat comes Aeneæ ſed fatis iniquis. i. infelicibus, quia in bello immatura morte interceptus eſt. Et Aeneas iã habilis. i. præparatus bello. i. ad bellũ, & lætus. i. alacris in armis maternis, q̃ arma Venus eius mater tradiderat illi, & ſortitus. i. cũ per ſortem eſſet adeptus clypeo. i. in ſcuto fata, & fortunas, & caſus ſuorũ Ducum. i. poſterorũ, qui futuri erant Duces & Imperatores, intentus eſt. i. totus ſtabat occupatus in arte diuina, id eſt, in cælatura illius ſcuti, quæ facta nepotum ſuorum continebat, quæ omnia Dei Vulcani arte fabricata fuerant.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS

Liber octauus.



VT belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerũt cornua cantu,
Vtq; acreis cõcussit equos, vtq; ĩpulit arma,
Extemplo turbati animi, simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium, sæuitq; iuuentus
Effera. ductores primi Messapus, & Vfens,
Contemptorq; Deum Mezentius vndiq; cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem,
Qui petat auxilium, & Latio consistere Teucros,
Aduectum Aeneam classi, victosq; penates
Inferre, & fatis Regem se dicere posci
Edoceat; multasq; viro se adiungere gentes

al. crepuerunt.

¶ *Ecphrasis.*

VT, id est, postquam Turnus extulit, id est, erexit signũ belli ab arce Laurenti, id est, ex Laurolauinio, & postquam cornua strepuerunt, id est, tubæ sonuerunt cantu, & postquam concußit equos acres, id est, fortes, & postquam impulit arma, id est, armatos, ex templo animi omnium fuerunt turbati, & omne Latium, id est, Italia tota coniurat in arma tumultu trepido, id est, festino, & iuuentus effera, id est, furiosa sæuit, id est, in furorem belli rapitur. Messapus & Vfens & Mezentius contemptor Deorum cogunt, id est, coadunant undiq; auxila, id est, milites auxiliares, & uastant latos agros cultoribus, id est, agricolis. & Venulus mittitur orator ad urbem magni Diomedis, id est, Argirippam, quam post euersionem Ilij condidit in Apulia, qui Venulus petat auxiliũ nomine Turni & Latinorũ, & edoceat Teucros cõsistere Latio, & edoceat Aeneã aduectũ classi inferre Latio penates Deos Troiæ uictos, & edoceat Aeneã dicere se posci Regem Italiæ fatis, et edoceat multas gẽtes se adiũgere uiro

Dardanio & late Latio increbreſcere nomen.
Quid ſtruat his cœptis: quem, ſi fortuna ſequatur,
Euentum pugnæ cupiat, manifeſtius ipſi,
Quam Turno Regi, aut Regi apparere Latino.
Talia per Latium, quæ Laomedontius heros
Cuncta videns, magno curarum fluctuat æſtu:
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.
In parteſque rapit varias, perque omnia verſat:
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercuſſum, aut radiantis imagine Lunæ
Omnia peruolitat late loca, iamque ſub auras
Erigitur, ſummique ferit laquearia tecti,
Nox erat, & terras animalia feſſa per omneis
Alituum, pecudumque genus ſopor altus habebat,
Cum pater in ripa, gelidique ſub ætheris axe
Aeneas triſti turbatus pectora bello
Procubuit, ſeramque dedit per membra quietem.

¶ *Ecphraſis*

Dardanio, quaſi dicat, etiam ipſius Diomedis hoſti, & doceat nomen Troianorum late, id eſt, ualde increbreſcere, id eſt, celebrari Latio, id eſt, in Italia. Et doceat quid ſtruat, id eſt, moliatur Aeneas his cœptis, id eſt, rebus, quas incœpit, quē euentum pugnæ, ſi fortuna ſequatur, id eſt, faueat, cupiat. i. uelit Aeneas, manifeſtius apparere ipſi Diomedi, quam aut Turno Regi, aut Regi Latino. Quæ omnia heros Laomedontius, id eſt, Troianus uidens per Latium fieri fluctuat magno æſtu, id eſt, perturbatione curarum, atque diuidit animum, id eſt, cogitationem celerem nunc huc nunc illuc, & rapit animum in partes uarias, & uerſat per omnia animum & cogitationem. Et ponit comparationem. Sicut lumen tremulum repercuſſum ſole, id eſt, quod repercutitur in labris aquæ ahenis, id eſt, peluibus, aut repercuſſum imagine Lunæ radiantis, lumen, inquam, repercuſſum uolitat late per omnia loca, & iam, id eſt, aliquando erigitur ſub auras, & ferit laquearia ſummi tecti. Nox erat, & ſopor. i. ſomnus altus. i. profundus habebat animalia feſſa per omnes terras, & habebat genus alituum & pecudum, cum pater Aeneas turbatus pectora bello triſti procubuit in ripa Tyberidis ſub axe ætheris gelidi, id est, ſub dio, & dedit quietē ſeram per membra.

Huic

Huic Deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus:eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines vmbrosa tegebat arundo.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
O sate gente Deum, Troianam ex hostibus vrbem
Qui reuehis nobis, æternaq; Pergama seruas,
Expectate solo Laurenti, aruisq; Latinis,
Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) Penates,
Neu belli terrere minis; timor omnis, & iræ, *timor alij tumor aly Consedere*
Concessere Deum.
Iamq; tibi, ne vana putes hæc fingere somnum,
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit
Alba solo recubans: albi circum vbera nati.
Hic locus vrbis erit, requies ea certa laborum. *Origo Albanæ urbis penes quã fuit imperium: ideo uocat eam requiẽ certam laborum.*
Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis,

¶ *Ecphrasis.*

Ipse Tyberinus Deus loci, id est, fluminis amœni, uisus est huic, id est, Aeneæ attollerere se inter frondes populeas. Carbasus genus lini candidissimi, id est, uestis carbasina & tenuis uelabat eum amictu glauco, id est, uiridi, & arundo umbrosa tegebat illius crines. Tunc Tyberinus uisus est affari, id est, alloqui Aeneam sic, id est, in modum sequentem. O Aenea sate, id est, genite ex gente Deorum, qui reuehis nobis, id est, Latinis urbem Troianam ex hostibus, quasi dicat, qui Troiam nobis reportas, quæ duce Dardano quondam a nobis profecta est, o Aenea, dico, expectate solo Laurenti, q; pro id est aruis Latinis. Hic, id est, in Latio domus est tibi certa, & penates sunt tibi certi, ideo ne absiste, id est, non cedas, neu terrere, id est, non terrearis minis belli, quia omnis tumor & iræ Deorum in Troianos concesserunt, id est, recesserunt, quasi dicat, iam sunt placati, & ne putes somnum fingere tibi hæc uana. Dicam tibi signum certitudinis: quod sus ingens inuenta sub ilicibus littoreis, enixa fœtus triginta capitum, id est, quæ peperit triginta porcellos, iacebit, sus, dico, alba recubans solo, & nati albi circum ubera. Hic, scilicet, ubi suem illam inueneris, erit locus urbis, & ea erit requies certa laborum. Ex quo Ascanius condet Albam urbem,

Aſcanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano: nunc qua ratione, quod inſtat,
Expedias victor, paucis, aduerte, docebo.
Arcades his oris, genus a Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui ſigna ſecuti
Delegere locum, & poſuere in montibus vrbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.
Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina:
Hos caſtris adhibe ſocios, & fœdera iunge.
recto alij Ipſe ego te ripis, & recto flumine ducam,
tecto Aduerſum remis ſuperes ſubuectus ut amnem.
aſtris alij Surge age nate Dea, primiſq; cadentibus aſtris
auſtris Iunoni fer rite preces, iramq́;, minaſq;
uotis alij Supplicibus ſupera votis: mihi victor honorem
donis Perſolues. ego ſum pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem
Cæruleus Tybris, cœlo gratiſſimus amnis:

¶ *Ecphraſis.*

Aſcanius, dico, cognominis clari, & hoc terdenis, id eſt, triginta annis redeuntibus, id eſt. poſt annos triginta. Ego dicit Tyberinus cano haud incerta, id eſt, imo certa. Nunc aduerte quia ego docebo te paucis uerbis, qua ratione expedias quod inſtat, id eſt, periculum quod impendet. Arcades genus profectum a Pallante, id eſt, originem trahens, qui comites ſecuti ſunt Regem Euandrum, & illius arma, delegere locum his oris, & poſuere urbem in montibus nomine Pallanteum dictum de nomine Pallantis proaui. Hi, inquam, Arcades ducunt aſsidue bellum cum gente Latina, id eſt, cum Latinis, adhibe igitur hos Arcades castris ſocios, & iunge cum illis fœdera. Ipſe ego, id eſt, aqua fluminis mei ducam te ripis & flumine tecto, ſubaudi, arboribus, ut tu ſubuectus, id eſt, ſurſum uectus ſuperes remis, id eſt, remigio amnem aduerſum, id eſt, fluuium contra ſuum curſum. Igitur o nate Dea ſurge, & primis auſtris, id eſt, uentis cadentibus, fer rite, id eſt, ex ordine Iunoni preces, & ſupera uotis ſupplicibus iras & minas. Tu uictor perſolues mihi honorem, id eſt, ſacrificium. Ego ſum Tybris cæruleus, quem cernis ſtringentem ripas. i. tangentem fluminis et ſecantem culta pinguia, Tybris, dico, amnis gratiſsimus cælo. i. Dijs cæleſtibus.

Hic mihi magna domus, celsis caput vrbibus exit.
Dixit: deinde lacu fluuius se condidit alto,
Ima petens: nox Aeneam, somnusq; reliquit,
Surgit, & aetherei spectans orientia Solis
Lumina, rite cauis vndam de flumine palmis
Sustulit, ac tales effudit ad aethera voces:
Nymphae Laurentes, Nymphae, genus amnibus vnde est:
Tuq; o Tybri, tu o genitor cum flumine sancto,
Accipite Aeneam: & tandem arcete periclis.
Quo te cunq; lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenet, quocunq; solo pulcherrimus exis,
Semper honore meo, semper celebrabere donis:
Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum,
Adsis o tandem, & propius tua numina firmes. *tand ēali tantum*
Sic memorat: geminasq; legit de classe biremes,
Remigioq; aptat, socios simul instruit armis,
Ecce autem subitum, atq; oculis mirabile monstrum:

¶ *Ecphrasis.*

Hic, id est, in hoc loco magna domus est mihi, & caput exit in celsis urbibus. Dixit Tybris, deinde fluuius condidit se in lacu alto petens ima, id est, fluminis profunda, et nox & somnus reliquit Aeneam, id est, simul cum nocte somnus illum reliquit. Surgit Aeneas, & spectans lumina orientia Phoebi aetherei, id est, Solis sustulit palmis cauis, id est, concauitate palmarum, undam de flumine Tybri, ac effudit tales uoces ad aethera, id est, ad Deos coelestes, dicens. O Nymphae Laurentes, id est, Latinae, Nymphae dico, unde, id est, a quibus genus, id est, origo est amnibus, idest, fluminibus, et tu o Tybri pater cum tuo flumine accipite Aeneam, & tandem arcete me periclis. i. defendite. O fluuius pro fluuie corniger, quia omnia flumina cornuta finguntur, regnator. i. Rex aquarū Hesperidum. i. Italicarum, tu semper celebrabere meo honore. i. sacrificio, & semper celebrabere meis donis, & hoc, quocunq; solo lacus, unde fluis, tenet te miserantem incōmoda nostra, & quocunq; fonte tu pulcherrimus exis. O Tybri, inquā, adsis tandem, & tu propius. i. propitius firmes tua numina. i. tua oracula. Sic memorat Aeneas, & legit, id est, eligit geminas biremes. i. duas naues, & aptat illas remigio, id est, remigibus, & instruit socios armis. Ecce autem subito

Iudiciũ cõ pertum.

Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit, viridiq; in littore conspicitur sus,
Quam pius Aeneas, tibi enim, tibi maxima Iuno
Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.
Tybris ea fluuium, quam longa est, nocte tumentem
Leniit, & tacita refluens ita substitit vnda,
Mitis vt in morem stagni, placidæq; paludis
Sterneret æquor aquis, remo vt luctamen abesset.

rumore, Nebrissen. legit Rumone, ut sit cognomen Tybridis.

Ergo iter inceptum celerant rumore secundo:
Labitur vncta vadis abies: mirantur & vndæ,
Miratur nemus insuetum fulgentia longe
Scuta virum fluio, pictasq; innare carinas,
Olli remigio noctemq;, diemq; fatigant,
Et longos superant flexus, uariisq; teguntur
Arboribus, viridesq; secant placido æquore syluas.
Sol medium cœli conscenderat igneus orbem,

¶*Ecphrasis.*

Sus candida concolor cum fœto albo, id est, eiusdem coloris procubuit, & conspicitur in littore uiridi, sus, dico, mostrum subitum atq; mirabile oculis. Quam suem pius Aeneas ferens sacra mactat, & cum grege porcellorum sistit illam ad aras Iunonis. Tybris Deus leniit, id est, mitigauit fluuium suum tumentem ea nocte, qua Aeneas nauigauit, quam longa est, & Tybris refluens, id est, retrofluens ita substitit unda tacita, ut sterneret æquor aquis, id est, æqualitatem aquarum faceret in modum stagni mitis, id est, tranquilli, & paludis placidæ, & ita ut luctamen, id est, impulsus abesset remo, id est, non esset opus remigio. Ergo Aeneas & socij celerant iter Rumone, id est, Tybri, qui Rumo cognominatur secundo, immo aduerso, sed hic posuit pro facili. Itaq; abies uncta, id est, nauis labitur uadis, id est, per uada fluminis, & undæ mirantur, & nemus insuetum talia uidere miratur scuta uirorum longe, id est, ualde fulgentia, & carinas pictas innare fluuio. Olli pro illi Troiani fatigant diem & noctem, immo ipsi fatigantur remigio, & superant longos flexus, id est, circuitus fluminis, & teguntur uarijs arboribus, quæ in ripa fluminis erant, & secant, id est, transeunt syluas uirides, id est, inter arbores æquore placido, id est, flumine tranquillo. Sol igneus, id est, calidus ab effectu, conscenderat medium

Cum muros, arcemq; procul, & rara domorum
Tecta vident, quæ nunc Romana potentia cœlo
Aequauit: tum res inopes Euandrus habebat,
Ocyus aduertunt proras, vrbiq; propinquant.
Forte diem solemnem illo Rex Arcas honorem
Amphitryoniadæ magno, Diuisq; ferebat
Ante urbem in luco. Pallas huic filius vna,
Vna omnes iuuenum primi, pauperq; senatus
Tura dabant, tepidusq; cruor fumabat ad aras.
Vt celsas videre rates, atq; inter opacum
Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis,
Terrentur visu subito: cunctiq; relictis
Consurgunt mensis: audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat, raptoq; volat telo obuius ipse.
Et procul e tumulo: iuuenes, quæ causa subegit
Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit.
Qui genus? vnde domo? pacem ne huc fertis, an arma?

& alij ac

Sacra Herculis.

alij tacitos

¶ Ecphrasis.

orbem cœli. i. meridies erat, cum Troiani uident muros Euandri, & uident rara tecta domorum, quæ, subaudi loca, Romana potentia nunc æquauit cælo, sed Euandrus tunc habebat res inopes. i. pauperes et Troiani aduertũt ꝓras nauiũ, & propinquant urbi. Rex Arcas, id est, Euander forte illo die ferebat honorem solemnem, id est, sacrificium anniuersarium Amphitrioniadæ magno, id est, Herculi filio Amphitrionis putatiuo, et reliqs Diuis, idq; ante urbẽ in luco. i. sylua quadam sacra. Et Pallas filius Euandri huic. i. cum hoc una, id est, simul, & una omnes primi iuuenum, id est, principes, & Senatus eo tempore pauper dabant thura Herculi, & cruor tepidus fumabat ad aras, in quibus hostiæ sacrificabantur. Et ut. i. posteaquam Arcades uidere rates celsas, atque allabi, id est, adnauigare inter nemus opacum, et Troianos incumbere remis tacitis, putantes esse hostes terrentur uisu subito, & relictis mensis cuncti consurgunt, quos Pallas uetat interrumpere sacra, qui audax rapto telo uolat obuius Troianis, & inquit procul e tumulo. O iuuenes, quæ causa subegit, id est, coegit uos tentare uias ignotas, & quo tenditis? Qui genus? id est, cuius generis estis? unde domo? id est, de qua patria? Pacem nunquid fertis nobis, an arma? id est, bellum.

Tum pater Aeneas puppi ſic fatur ab alta,
Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ:
Troiugenas, ac tela vides inimica Latinis,
Quos illi bello profugos egere ſuperbo.
Euandrum petimus: ferte hæc, & dicite lectos
duces alij viros Dardaniæ veniſſe duces, ſocia arma rogantes.
Obſtupuit tanto percuſſus nomine Pallas.
Egredere o quicunq; es, ait: coramq; parentem
Alloquere, ac noſtris ſuccede penatibus hoſpes.
Accepitq; manu, dextramq; amplexus inhæſit.
Progreſſi ſubeunt luco, fluuiumq; relinquunt.
Occupatio, cur cũ Troianus ſit, ueniat tamen ſupplex ad Græcum.
Tum Regem Aeneas dictis affatur amicis:
Optime Graiugenum, cui me fortuna precari,
Et vitta comptos voluit prætendere ramos.
Non equidem extimui, Danaum quod ductor, & Arcas,
Quodq; a ſtirpe fores geminis coniunctus Atridis:

¶*Ecphraſis.*

Tum pater Aeneas fatur ſic ab alta puppi, & prætendit manu ramum oliuæ paciferæ, id eſt, quæ inſigne pacis eſt. Tu quicunq; es, uides Troiugenas, & tela inimica Latinis, quos nos illi Latini egere, id eſt, expulere bello ſuperbo profugos, id eſt, fugatos. Et petimus Euandrum, id eſt, quærimus, ideo ferte, & dicite, id eſt, denunciate hæc illi, uiros Dardaniæ, id eſt, Troianos ueniſſe rogantes arma ſocia, id eſt, auxiliaria. Tunc Pallas percuſſus tanto nomine, id eſt commotus obſtupuit, & ait: o quicunq; es egredere ex naui, & alloquere parentem meum Euandrum coram, & o hoſpes ſuccede noſtris penatibus, id eſt, domui, & excepit Aeneam, ſcilicet, Pallas manu, & amplexus dextram Aeneæ inhæſit illi. Progreßi urbem uerſus ſubeunt luco, id eſt, ſuccedunt, & relinquunt fluuium. Tunc Aeneas affatur Regem Euandrum dictis amicis, & in amorem & beneuolentiam conciliantibus. O optime Graiugenum pro Graiugenarum, id eſt, Græcorum, cui fortuna uoluit me prætendere, id eſt, præferre tibi ramos oliuæ comptos uitta, id eſt, lemniſcatos. Ego non extimui uenire ad te, quia tu fores ductor, id eſt, Rex Danaorum, & quia fores Arcas, id eſt, Græcus, & quod pro quia tu fores coniunctus geminis Atridis, id eſt, Agamemnoni & Menelao a ſtirpe, id eſt, generis origine. Sed

Sed mea me virtus, & sancta oracula Diuum,
Cognatiq; patres, tua terris dedita fama
Coniunxere tibi, & fatis egere volentem.
Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & autor,
Electra (ut Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros, Electram maximus Atlas
Edidit, æthereos humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllene gelido conceptum uertice fudit.
At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui sydera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab vno.
His fretus, non legatos, neq; prima per artem
Tentamenta tui pepigi: meme ipse, meumq;
Obieci caput, & supplex ad limina veni.
Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello

Alludit ad historium, & conditionem situs Atlantus mõtis.

¶ *Ecphrasis.*

mea uirtus, nimis arroganter hoc de se dicit, & oracula sancta Deorum, & patres cognati, id est, maiores consanguinei, & tua fama dedita terris, coniunxere me tibi, & egere, id est, compulere fatis me non inuictum sed uolentem. Et quod sint propinqui sanguine ostendit dicens. Dardanus primus pater & autor urbis Troiæ, cretus, id est, genitus ex Ioue & Electra Atlantis filia, ut Graij perhibent, aduehitur ad Teucros, id est, ad Troiam. Maximus Atlas edidit, id est, genuit Electram, qui Atlas sustinet humero orbes æthereos, id est, cœlum. Vobis quoq; o Euander Mercurius est pater, quem conceptum in uertice gelido Cyllene montis Arcadiæ Maia candida fudit, id est, peperit. At si nos quicquam credimus, id est, credere debemus auditis, idem Atlas, qui Electram genuit, generat Maiam, qui Atlas tollit, id est, sustinet cælum uertice, id est, capite. Et sic genus amborum, id est, meum & tuum, scindit, id est, diuidit se ab uno sanguine, ego itaq; fretus, id est, confisus his, quæ dixi, non misi Legatos, ne pepigi, id est, pactus sum per artem prima tentamenta, id est, experimenta tui, sed obieci tibi meme, & meum caput, id est, uitam, & ego supplex ueni ad tua limina. Eadem gens Daunia, id est, Rutuli, quæ insequitur te, insequitur nos Troianos bello crudeli, qui Rutuli si pellant nos,

Insequitur:nos si pellant, nihil absore credunt,
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant:
Et mare, quod supra teneant, quodq́; alluit infra.
Accipe, daq́; fidem: sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.
Dixerat Aeneas: ille os, oculosq́; loquentis,
Iandudum & totum lustrabat lumine corpus.
Tunc sic pauca refert: Vt te fortissime Teucrum
Accipio, agnoscoq́; libens: vt uerba parentis,
Et vocem Anchisæ magni, vultumq́; recordor:
Nam memini Hesiones visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum Salamina petentem
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines:
Tum mihi prima genas vestibat flore iuuenta,
Ardor iuuenilis. Mirabarq́; duces Teucros, mirabar & ipsum
Laomedontiaden, sed cunctis altior ibat
Anchises: mihi mens iuuenili ardebat amore

¶Ecphrasis.

nihil credunt absore, id est, deesse, quin mittant penitus sub sua iuga, id est, potestatem omnem Hesperiam, id est, Italiam, & teneant omne, quod mare abluit supra & infra, id est, mare Adriaticum & Tyrrhenum, inter quæ, tota Italia continetur. Igitur accipe fidem meam, & da fidem tuam, & ut bene de hoc fœdere sperare poßimus, pectora fortia bello sunt nobis, & iuuentus spectata, id est, probata rebus est nobis. Aeneas dixerat, id est, orationi finem imposuit, & ille, scilicet, Euander lustrabat, id est, aspiciebat toto lumine, id est, uisus obtutu, iamdudum, id est, paulo ante oculos & corpus Aeneæ loquentis. Tunc refert pauca sic, id est, in modum sequentem. O fortißime Teucrorum, ut libens, id est, quam libenter accipio, & agnosco te, & ut, id est, quomodo recordor te considerans & uerba & uocem & uultum magni Anchisæ parentis tui. Nam ego memini Priamum Laomedontis filium uisentem regna Hesionæ sororis, & petentem Salamina insulam, ubi regnabat Thelamon cum Hesiona, inuisere protinus fines gelidos Arcadiæ, ubi ego regnabam. Prima iuuentus uestibat mihi tunc genas flore .i. barbæ lanugine, et mirabar duces Teucros, et mirabar ipsum Laomedontiadem, id est, Priamũ, sed Anchises pater tuus ibat altior cunctis alijs.

Compellare virum,& dextræ coniungere dexrram.
Accessi,& cupidus Phenei sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram, Lyciasq; sagittas
Discedens, chlamydemq; auro dedit intertextam,
Frænaq; bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas.
Ergo,& quam petitis, iuncta est mihi fœdere dextra:
Et lux cum primum terris se crastina reddet,
Auxilio lætos dimittam, opibusq; iuuabo.
Interea sacra hæc (quando huc venistis amici)
Annua quæ differre nefas, celebrate fauentes
Nobiscum: & iam nunc sociorum assuescite mensis.
Hæc ubi dicta, dapes iubet, & sublata reponi
Pocula, gramineoq; uiros locat ipse sedili.
Præcipuum toro, & uillosi pelle leonis
Accipit Aeneam, solioq; inuitat acerno.
Tum lecti iuuenes certatim, araq; sacerdos — lecti alij leti
Viscera tosta ferunt taurorum, onerantq; canistris

¶ Ecphrasis.

Mens ardebat mihi amore iuuenili compellare uirum, id est, alloqui Anchisen, & coniungere dextram dextræ. Itaq; accessi ad illum, & ego cupidus duxi illū sub mœnia Phenei, qui Rex fuit Arcadiæ. Ille itaq; discedens a me, dedit mihi pharetram insignem, & sagittas Lycias a Lycia Asiæ regione, & dedit mihi chlamydem intertextā auro, & bina frena aurea, quæ Pallas filius meus nunc habet. Ergo dextra .i. fides, quam petitis, est mihi uobiscum iuncta fœdere, & cum primū lux crastina reddet se, id est, restituetur terris, ego dimittam uos lætos auxilio, & iuuabo uos opibus, id est, facultate mea. Sed o amici, quando pro quoniam uenistis huc, fauentes celebrate nobiscum hæc sacra Herculis annua, id est, anniuersaria, quæ differre in aliud tempus est nefas, & assuescite mensis sociorum iam .i. nunc, ex quo fœdus est a uobis initum. Vbi hæc sunt dicta ab Euandro, iubet dapes & pocula iam sublata ex mensa reponi, & locat uiros, id est, sedere facit in sedili gramineo, id est, herboso, & accipit Aeneam præcipuum in toro & in pelle leonis uillosi, in qua ipse Euander discumbebat, & inuitat illum in solio acerno, id est, sede Regia ex acere facta. Tūc iuuenes ministri lecti, atq; sacerdos aræ ferunt tosta uiscera .i. carnes taurorum, & onerant canistris dona Cereris labo-

Dona laboratæ Cereris, Bacchumq́ ministrant,
Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuentus
Lustralia exta. Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
Postquam exempta fames, & amor compressus edendi
Rex Euandrus ait: non hæc solennia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
ue alij q́; Vana superstitio, veterum ue ignara Deorum
Imposuit: sæuis hospes Troiane periclis
Seruati facimus, meritosq́ nouamus honores,
alij Iãpridem Iam primum saxis suspensam hanc aspice rupem,
Disiectæ procul ut moles, desertaq́ montis
alij Deiectæ. Stat Domus, & scopuli ingentem traxere ruinam,
Fabula Caci. Hic spelunca fuit vasto submota recessu,
Semihominis Caci facies quam dira tegebat
tegebat alij tenebat Solis inaccessam radijs: semperq́ recenti
Cæde tepebat humus, foribusq́ affixa superbis
Ora uirum tristi pendebant pallida tabo.

¶ *Ecphrasis.*

ratæ.i.panes laboratos & diligenter subactos, & ministrant Bacchum.i.uinum, Aeneas itaq; & iuuẽtus Troiana uescitur simul tergo bouis perpetui.i.qui anniuersario sacrificio edebatur, & uescitur extis lustralibus.i. quæ in expiationẽ sacrificabantur. Igitur.i.postquam fames exempta.i.euacuata est cibo, & amor.i. libido edendi est compressus, Rex Euandrus ait: Vana superstitio.i. falsa religio & ignara Deorum ueterum non imposuit nobis hæc sacra solemnia, id est, anniuersaria, & has dapes ex more sacras, & hanc aram tanti numinis, quantus fuit Hercules. Sed o Hospes Troiane.i.o Aenea nos seruati facimus, & renouamus honores meritos.i.hæc sacrificia. Iam primum aspice hanc rupem suspensam saxis pendentibus, & ut.i.quemadmodum moles.i.saxa & rupes stant disiectæ & diuulsæ, & aspice ut domus montis stat deserta, & ut scopuli traxere ruinam ingentem, quia erant rupes, quæ ex montis Auentini cacumine ceciderant. Spelunca Caci semihominis & semiferi submota recessu uasto.i.secreto fuit hic.i.in hoc loco, quem tibi monstraui, quam speluncam inaccessam radijs solis dira facies tegebat Humus tepebat cæde.i.sanguine occisorum, & ora pallida.i.capita uirum pro uirorũ affixa foribus superbis pallida tristi tabo.i. cruore nigro pẽdebant.

Huic monſtro Vulcanus erat pater: illius atros
Ore vomens ignes, magna ſe mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumq́ꝫ Dei: nam maximus vltor
Tergemini nece Geryonis, ſpolijsq́ꝫ ſuperbus
Alcides aderat, taurosq́ꝫ hac victor agebat
Ingentes, vallemq́ꝫ boues, amnemq́ꝫ tenebant.
At furijs Caci mens effera, nequid inauſum, *alij furis*
Aut intentatum ſceleris ue, doli ue fuiſſet, *alij intra-*
Quattuor a ſtabulis præſtanti corpore tauros *ctatum*
Auertit, totidem forma ſuperante iuuencas.
Atq́ꝫ hos, nequa forent pedibus veſtigia rectis,
Cauda in ſpeluncam tractos, verſisq́ꝫ viarum
Indicijs raptos, ſaxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant.
Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitryonides armenta, abitumq́ꝫ pararet:

¶ *Ecphraſis.*

Vulcanus erat pater huic monſtro .i. Caco, qui uomens ore ignes illius, ſcilicet, Vulcani, qui Deus & tutela eſt ignis, atros, id eſt, fumoſos ferebat ſe magna mole, id eſt, magnitudine corporis. Sed ætas, id eſt, tempus attulit nobis optantibus aliquando auxilium, & pro id eſt aduentum Dei. Nam Alcides, id eſt, Hercules aderat ultor maximus ſuperbus nece & ſpolijs Geryonis Hiſpaniæ Regis tergemini, id eſt, tricipitis, & ille Hercules uictor agebat hac ex Hiſpanis tauros ingentes, & iam boues tenebant uallem & amnem, id eſt, Tybrim. At mens Caci effera, id eſt, efferata furijs auertit, id eſt, abegit quatuor tauros corpore præſtanti, & totidem iuuencas forma, id eſt, pulchritudine ſuperante, quod fecit, nequid ſceleris aut doli fuiſſet inauſum & intentatum. Atque nequa ueſtigia forent pedibus rectis, Cacus occultabat in antro opaco tauros illos raptos, tractos in ſpeculam cauda, id eſt, a cauda indicijs, id eſt, ueſtigijs uiarum uerſis, & hoc, nequa ueſtigia forent, & ita nulla ſigna .i. ueſtigia ferebāt q̃rentē boues abactos in ſpelūcā. Sed interea, cū Amphitrioniades .i. Hercules iā moueret a ſtabulis armēta ſaturata, et pararet abitū .i. diſceſſū,

Discessu mugire boues, atq; omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit vna boum vocem, uastoq; sub antro
Mugijt, & Caci spem custodita fefellit.
Hic vero Alcidæ Furijs exarserat atro
Felle dolor, rapit arma manu, nodisq; grauatum
Robur, & aerij cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacum videre timentem,
Turbatumq; oculis: fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncamq; petit, pedibus timor addidit alas.
Vt sese inclusit, ruptisq; immane catenis
Deiecit saxum, ferro quod & arte paterna
Pendebat, fultosq; emunijt obice postes,
Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnemq;
Accessum lustrans, huc ora ferebat, & illuc,
Dentibus infrendens; ter totum feruidus ira

Vim iracundiæ tribuunt medici felli.

¶ *Ecphrasis.*

boues mugire, subaudi cœperunt in discessu, & omne nemus cœpit impleri que relis, id est, mugitibus querulis, & colles cœperunt relinqui clamore, id est, mugitu. Tunc una boum, quæ fuerunt in spelunca, reddidit uocem, id est, ad all um mugitum remugijt, quæ custodita sub antro uasto remugiens fefellit spem Caci. Hic uero, id est, tunc dolor exarserat Alcidæ, id est, Herculi furijs & felle atro, id est, ira, & rapit arma manu & robur, id est, clauam, grauatum no dis, id est, nodosam et grauem, et petit cursu, id est, currens, ardua montis aerij, id est, alti, id est, arduum montem. Tunc primum nostri ciues uidere Cacum tre mentem, qui ante illud tempus nihil timebat, et uiderunt illum oculis turbatis, quod ipsum timoris signum est. Ilicet. i. statim Cacus fugit ocyor, id est, uelocior Euro. s. uēto, et petit speluncā, timor addidit alas, idest, uelocitatē pedibus. Vt. i. posteaquam inclusit sese in spelunca, et deiecit saxum immane, id est, maximum, quo pro speluncæ ostio utebatur, quod saxum pendebat ferro, id est, catenis, quas ruperat, et arte paterna, id est, Vulcani, qui Caco machinam illam fe cerat. Et postquam emunijt pro emuniuit obijce, id est, saxo illo postes, idest, ianu as speluncæ, ecce Tirynthius furēs animis. i. Hercules iratus aderat, et lustrās, id est, circumiens omnem accessum, id est, aditum speluncæ, infrendensq; dentibus

Lustrat Auentini montem, ter saxea tentat
Limina nequicquam, ter fessus ualle resedit.
Stabat acuta silex, præcisis vndiq; saxis
Speluncæ dorso insurgens, altissima visu,
Dirarum nidis domus opportuna volucrum: *Vt bubonum strigum.*
Hanc, vt prona iugo læuum incumbebat ad amnem,
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus: inde repente
Impulit: impulsu quo maximus insonat æther: *alij intonat*
Dissultant ripæ, refluitq; exterritus amnis.
At specus, & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & vmbrosæ penitus patuere cauernæ:
Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida Dijs inuisa, superq; immane Barathrum
Cernatur, trepident immisso lumine Manes.

¶Ecphrasis.

ferebat ora huc & illuc, id est, ad omnes partes oculos conuertebat, & Hercules feruidus, id est, iratus lustrat totum montem Auentini, in quo erat Caci spelunca, & tentat ter limina saxea, id est, ostium ex saxo nequicquã, id est, frustra, & ille fessus ter resedit. Silex acuta, id est lapis, stabat, id est, eminebat speluncæ, & altissima uisu, silex iterum dico, domus oportuna nidis uolucrũ dirarũ, ut noctuarũ, bubonum. Tunc Hercules dexter, id est, a dextra parte nitens in aduersum, id est, impellens concußit, id est, labefactauit hanc silicem, ut prona incumbebat ad amnem, id est, Tybrim læuum, id est, qui erat ad sinistram, & soluit ab imis radicibus silicem auulsam. Deinde impulit illam repente. quo impulsu, id est. sonitu maximus æther insonat, & ripæ dissultant. i. in diuersa tenduntur, & amnis Tybris exterritus refluit, id est, retrofluit. At specus, & pro id est ingens Regia Caci detecta apparuit, & cauernæ ante illud tempus umbrosæ patuerunt penitus: Non secus ac si, id est, non aliter quam si terra dehiscens, id est, diffissa penitus qua ui, id est, aliqua uiolentia reseret, id est, aperiat sedes infernas, & recludat regna pallida, id est, nigra, hoc est, Inferos, & Barathrum immane, id est, Inferorum profunditas cernatur desuper, & Manes, id est, animæ trepident lumine immisso, id est, recepto. Ergo Alcides, id est, Hercules premit telis

Ergo inſperata deprenſum in luce repente,
Incluſumq́ cauo ſaxo, atq; inſueta rudentem
Deſuper Alcides telis premit, omniaq́ arma
Aduocat, & ramis, vaſtisq́ molaribus inſtat.
Ille autem (neq; enim fuga iam ſuper vlla pericli eſt)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit, inuoluitq́ domum caligine cæca
Proſpectum eripiens oculis, glomeratq; ſub antro
Fumiferam noctem: commiſtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, ſeq; ipſe per ignem
Præcipiti iecit ſaltu, qua plurimus undam
Fumus agit, nebulaq; ingens ſpecus æſtuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra reuulſis,
Abſtractæq; boues, abiuratæq́ rapinæ

z

¶ *Ecphraſis.*

deſuper Cacum deprenſum repente luce inſperata, & incluſum ſaxo cauo, id eſt, in antro, & rudentem inſueta. i. neſcio quid inſuctum: & Hercules aduocat in illum omnia arma, & inſtat illi ramis. i. ſtipitibus, & molaribus. i. lapidibus. Ille autem, ſcilicet, Cacus euomit e faucibus ingentem fumum, quia iam nulla eſt fuga inſtantis periculi, & eripiens proſpectum oculis omnium inuoluit domum caligine cæca, id eſt, tenebris, & glomerat, id eſt, inuoluit ſub antro noctem fumiferam. i. tenebras ex fumo, ideo ſubdit tenebris cõmixtis igne, & interpoſuit mirabile dictu, id eſt, res mirabilis uideri. Tunc Alcides animis, id eſt, animoſus nõ tulit, & iecit ſe per ignẽ ſaltu præcipiti. i. ueloci, ea parte, qua fumus plurimus agit. i. emittit undã, & ea parte, qua ſpec⁹ ingẽs æſtuat. i. feruet nebula atra. i. fumo. Hic, id eſt, tunc Hercules complexus Cacũ in nodũ corripit illũ uomentem in tenebris uana incendia, & inhærens illi angit, id eſt, premit oculos eliſos, id eſt, fractos, & guttur ſiccum ſanguine. Et foribus reuulſis domus atra, id eſt, obſcura panditur, id eſt, pateſcit extemplo, & boues extractæ, id eſt, furto abſtractæ, & rapinæ abiuratæ, id eſt, denegatæ oſtenduntur cælo, id eſt, luci, &

Cœlo ostenduntur, pedibusq; informe cadauer
Protrahitur: nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, vultum, villosáq; setis
Pectora semiferi, atq; extinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos, lætíq; minores
Seruauere diem: primusq; Potitius autor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri
Hanc aram luco statuit: quæ maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite o iuuenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communemq; vocate Deum, & date vina volentes.
Dixerat: Herculea bicolor cum populus umbra
Velauitq; comas, folijsq; innexa pependit,
Et sacer impleuit dextram scyphus: ocyus omnes
In mensam læti libant, Diuosq; precantur.
Deuexo interea propior fit Vesper Olymbo:

Potitij. & pinarij Herculis sacrificuli.

¶ Ecphrasis.

cadauer informe, id est, turpe protrahitur a pedibus extra speluncam, Corda spectatorum nequeunt expleri tuendo, id est, aspiciendo oculos terribiles, & uultus, & pectora semiferi, id est, Caci uillosa setis, atq; ignes extinctos faucibus. Ex illo tempore siue uictoria honos celebratus est, id est, sacrificium, & minores, id est, posteri læti seruauere hunc diem: & Potitius primus autor, & domus Pinaria custos sacri Herculei, id est, Potitius et Pinarius sacerdotes Herculis statuerunt hanc aram luco, quæ ara dicetur semper a nobis maxima, & quæ semper erit nobis maxima. Quare o iuuenes agite, id est, eia cingite comas fronde, id est, corona ex frondibus, & porgite pro porrigite inuicem pocula in munere tantarum laudum, id est, in hoc Herculis sacrificio. Dixerat Euander, cum populus bicolor, id est, frondes habens bicolores uelauit omnium comas umbra, id est, arbore Herculea, id est, Herculi sacra, & innexa folijs corona. i. ex populo facta pependit. Et scyphus sacer, id est, cuius in Herculis sacris usus erat frequens, impleuit dextram pro sua capacitate, & omnes læti libant ocyus, id est, cito in mensam, & precantur Diuos. Interea Vesper fit propior, id est, propinquior, Olympo, id est, cælo deuexo, id est, inclinato.

Iamq́ ſacerdotes, primusq́ Potitius, ibant
Pellibus in morem cincti, flammasq́ ferebant.
Inſtaurant epulas, & menſæ grata ſecundæ
Dona ferunt, cumulantq́ oneratis lancibus aras.
Tum Salij ad cantus, incenſa altaria circum
Populeis adſunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum chorus, ille ſenum: qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt: vt prima nouercæ
Monſtra manu, geminosq́ premens eliſerit angues:
Vt bello egregias idem diſiecerit vrbeis,
Troiamq́, Oechaliamq́: vt duros mille labores
Rege ſub Euriſtheo fatis Iunonis iniquæ
Pertulerit. tu Nubigenas inuicte bimembres
Hyleumq́, Pholumq́ manu: tu Creſſia mactas
Prodigia, & vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem:
Te Stygij tremuere lacus: te ianitor Orci
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.

Mõſtra domita ab Hercule.

¶ Eephraſis.

& iam ſacerdotes, & primus Potitius, id eſt, princeps ibant incincti pellibus in morem. i. ex ſacrorum conſuetudine, & ferebant flammas, & inſtaurant. i. repo-nunt epulas, & ferunt dona grata ſecundæ menſæ, id eſt, nuces & poma, & quæ uno nomine bellaria dicuntur, & cumulant aras lancibus oneratis. i. cibo plenis. Tũc Salij (ſacerdotes erant Martis) euincti tẽpora, id eſt, coronati ramis popule-is, id eſt, ex populo arbore adſunt ad cantus circum altaria incenſa. Hic erat cho-rus iuuenum, & ille erat chorus ſenum, qui ferunt, id eſt, referunt carmine lau-des Herculeas, & illius facta. Vt. i. quemadmodũ premens eliſerit geminos an-gues manu. appoſitiue. prima monſtra nouercæ, id eſt, a nouerca obiecta illi, & ut diſiecerit bello. i. expugnauit Troiã. i. Ilium, & Oechaliam. appo. urbes egregi-as, & ut pertulerit mille duros labores ſub Rege Euryſtheo, & hoc fatis Iuno-nis iniquæ. i. Herculi priuigno iratæ. O Hercules inuicte tu mactas pro mactaſti Nubigenas bimẽbres. i. cẽtauros ex Nube & Ixione gẽitos, Hyleũ Pholũq́; nomi-na ſũt Cẽtaurorũ, et tu mactaſti manu ꝓdigia Creſſa. i. leonẽ Cretẽſẽ, et mactaſti leonẽ uaſtũ ſub rupe Nemeæ ſyluæ: et lac⁹ ſtygij tremuerũt te, qñ ad inferos de-ſcẽdiſti, et Ianitor Orci Cerber⁹ recubãs ſuꝑ oſſa ſemeſſa ĩ ãtro cruẽto tremuit te.

Nec

Nec te vlla facies,non terruit ipse Typhœus
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circustetit anguis.
Salue vera Iouis proles,decus addite Diuis:
Et nos,& tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant:super omnia Caci
Speluncam adijciunt,spirantemq; ignibus ipsum.
Consonat omne nemus strepitu,collesq; resultant.
Exin se cuncti diuinis rebus ad vrbem
Perfectis referunt:ibat Rex obsitus æuo,
Et comitem Aeneam iuxta,natumq; tenebat
Ingrediens,varioq; viam sermone leuabat.
Miratur,facilesq; oculos fert omnia circum
Aeneas,capiturq; locis,& singula lætus
Exquiritq;,auditq; virum monimenta priorum.
Tum Rex Euandrus,Romanæ conditor arcis:
Hæc nemora indigenæ Fauni,Nymphæq; tenebant,

¶ *Ecphrasis.*

Nec ulla facies terruit te, nec ipse Typhœus arduus tenens arma terruit te. Nec anguis Lernæus, id est, Hydra circunstetit, id est, adortus est te egentem rationis, id est, perturbatum, & hoc turba, id est, multitudine suorum capitum. O uera proles Iouis,& ó decus addite Diuis, id est, Deorum numero salue, & adi, id est, accede pede secundo, id est, felici & ad nos & ad sacra. Et celebrant carminibus talia Herculis facta, & super omnia adijciunt speluncam Caci, quem strauit,ut supra retulit, & adijciunt ipsum Cacum spirantem ignibus. Tunc omne nemus consonat strepitu, & colles resultant, id est, per Echo resonant. Exin pro deinde cuncti referunt se ad urbem rebus diuinis, id est, sacrificio, perfectis. Rex Euander ibat obsitus æuo, id est, ætate inuolutus, & tenebat iuxta se Aeneam comitem & natum Pallanta, & ingrediens leuabat uiam, id est, uiæ laborem uario sermone. Aeneas miratur, & circunfert oculos faciles per omnia, & capitur locis, id est, locorum amœnitate, & ille lætus exquirit singula, & audit ab Euandro monumenta uirorum priorum. Tunc Rex Euãdrus conditor arcis Romanæ, id est, Pallantei, ubi postea fuit urbs Roma condita, inquit. Fauni & Nymphæ indigenæ, id est, inde geniti tenebant hæc nemora.

Mirũ cur Ianũ præterierit, q tamen ante Saturnũ regnauit, & primus Italiã formauit legib⁹, et bonis institutis.

Gensq́ꝫ virum truncis,& duro robore nata;
Queis neqꝫ mos,neqꝫ cultus erat:nec iungere tauros;
Aut componere opes norant,aut parcere parto:
Sed rami,atqꝫ asper victu venatus alebat.
Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens,& regnis exul ademptis.
Is genus indocile,ac dispersum montibus altis
Composuit,legesq́ꝫ dedit,Latiumq́ꝫ vocari
Maluit,his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaq́ꝫ (vt perhibent)illo sub rege fuere
Secula: sic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim,ac decolor ætas,
Et belli rabies,& amor successit habendi.
Tum manus Ausoniæ,& gentes venere Sicanæ:
Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus,
Tum Reges,asperq́ꝫ immani corpore Tybris:
A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus;amisit verum vetus Albula nomen.

¶ Ecphrasis.

& gens uirorũ nata truncis,& duro robore,qa secundũ poetas homines etiã ex arboribus nati esse putãtur,quis pro quibus neq; mos.i.lex,neq; cultus erat,neq; norãt iũgere tauros ad agriculturã,aut cõponere opes,aut parcere parto.i.acquisitis rebus.Sed rami.i.poma,aut uenatus asper uictu alebat illos.Saturnus primus fugiens arma Iouis,& exul regnis adẽptis uenit ab Olympo æthereo in Latium. Is Saturnus cõposuit.i.erudiuit genus Italorũ indocile.i.indoctũ, & dispersum in altis mõtibus,& dedit illis leges,& maluit uocari Latiũ á latẽdo,quoniã latuisset in his horis.i. regionibus tutus á filij Iouis persecutione. Et, ut perhibent poetæ,sæcula aurea fuerũt sub illo Rege.s.Saturno,qui regebat populos sic in pace placida.Donec ætas deterior ac decolor.i.peior,uel minus bona,et rabies.i.cupido belli,& amor habẽdi sceleratus.i.diuitiarum successit ætati aureæ.Tum.i. deinde manus Ausoniæ,& gentes Sicanæ uenerunt in Latium, & tellus Saturnia.i.Latium deposuit nomẽ sæpius.Tũ.i.deinde Reges fuerũt,et Tybris asper.i. fortis fuit corpore immani.i.procero, á quo nos Itali postea diximus fluuium Tybrim cognomine,et Albula,quẽ cognominauim⁹ Tybrim,amisit uetus nomẽ.

Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuere locis, matrisque egere tremenda
Carmentis Nymphæ monita, & Deus autor Apollo.
 Vix ea dicta: dehinc progressus monstrat & aram,
Et carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant Nymphæ priscũ Carmentis honorem
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Licæi:
Necnon & sacri monstrat nemus Argileti,
Testaturque locum, & letum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.

¶ *Ecphrasis.*

Sed & fortuna omnipotẽs, & fatum non eluctabile. i. cui resisti nõ potest, posuere in his locis me pulsum ex patria. s. Arcadia, et sequentẽ extrema pericula pelagi: & monita. i. oracula matris. s. Carmentis tremẽda. i. ueneranda, et Apollo Deus & author egere. i. impulerunt me in hæc loca. Vix ea sunt dicta ab Euandro, & dehinc progressus monstrat aram & portam Carmentalẽ nomine Romano, quia sic est postea á Romanis appellata, quam sic memorãt in honorem Nymphæ Carmentis uatis fatidicæ. i. prophetidis fatorum, quæ prima omnium cecinit. i. prædixit Aeneadas. i. Troianos futuros magnos, & cecinit Pallanteum futurũ nobile, quia in eo loco Roma erat ædificãda. Hinc. i. deinde monstrat lucum ingentem, quem Romulus acer. i. fortis rettulit. i. fecit Asylum. i. locum impunitatis. Et præterea Euander monstrat sub rupe gelida. i. sub spelunca Lupercal dictũ sic de more Parrhasio. i. Arcadico Panos Licæi á Licæo monte Arcadiæ, unde Vergilius vult Lupercal esse ductum. Necnon, id est, præterea monstrat Euander nemus Argileti, qui erat tunc nemus, & postea fuit uicus Romæ, & testatur locum, scilicet se non fuisse conscium, & docet letum, id est, mortẽ letalem Argi hospitis. Hinc. i. deinde Euãder ducit Aeneam ad sedẽ Tarpeiã, & pro id est ad Capitolia nunc. i. nostra tẽpestate aurea, sed olim. i. illo tẽpore horrida dumis sylvestribus.

Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes
Dira loci:iam tum ſyluam,ſaxumq́ꝫ tremebant.
Hoc nemus,hunc,inquit,frondoſo vertice collem
(Quis Deus incertum eſt) habitat Deus: Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Iouem,cum ſæpe nigrantem
Aegida concuteret dextra,nimboſq́ꝫ cieret.
Hæc duo præterea diſiectis oppida muris
Relliquias,veterumq́ꝫ vides monimenta virorum:
al.arcem Hanc Ianus pater,hanc Saturnus condidit vrbem:
Ianiculum Ianiculum huic,illi fuerat Saturnia nomen.
et Saturnia Talibus inter ſe dictis ad tecta ſubibant
Pauperis Euandri,paſſimq́ꝫ armenta videbant
Romanoq́ꝫ foro,& Lautis mugire Carinis.
Vt ventum ad ſedes: Hæc,inquit,limina victor
Alcides ſubijt, hæc illum regia cepit:
Aude hoſpes contemnere opes,& te quoq́ꝫ dignum
Finge Deo,rebuſq́ꝫ veni non aſper egenis.

¶ *Ecphraſis*

Iam tunc, id eſt, temporibus Euandri, religio loci dira, id eſt, capitolij terrebat agricolas pauidos, qui mira quædam illic uidebant, & iam tunc tremebant ſyluam & locum illum. Et inquit Euander. Incertum eſt, quis Deus habitat hoc nemus, & hunc collem uertice frondoſo, ſed certũ eſt, quod aliquis Deus habitat hic. Arcades credunt ſe uidiſſe ipſum Iouem, cum Iupiter ſæpe concuteret Aegida nigrantem, id eſt, pellem Amaltheæ, quam ſiniſtra manu ſuſtinet, & cũ cieret nimbos, id eſt, tempeſtates dextra. Tu Aenea uidendo hæc loca uides reliquias & monumenta uirorum ueterum, quia Ianus pater condidit hanc arcem, et Saturnus condidit hanc, et utranq́; digito monſtrauit. Ianiculum fuerat nomen huic arci, & Saturnia fuerat nomen illi. Talibus uerbis dictis inter ſe ſubibant ad tecta, id eſt, domum Euandri pauperis, & uidebant armenta mugire paßim, & Romano foro, et carinis lautis, id eſt, in illis locis, in quibus poſtea fuit forum, et locus, qui dicitur ad Carinas. Vt uentum eſt ad ſedes Euandri, inquit ille: Alcides uictor ſubijt hæc limina, & hæc regia mea cœpit illum. Ideo ó hoſpes aude contemnere opes, et finge te dignum Deo, i. ſimilem Herculi, & ueni non aſper, immo lætus rebus egenis. i. ad res egenas.

Dixit:& angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aeneam duxit,stratisq́ locauit
Effultum folijs,& pelle Libystidis vrsæ. al.Libysti-
Nox ruit,& fuscis tellurem amplectitur alis. dis
At Venus haud animo nequicquam exterrita mater,
Laurentumq́ minis,& duro mota tumultu, al. diro
Vulcanum alloquitur,thalamoq́ hæc coniugis aureo
Incipit,& dictis diuinum aspirat amorem: al.inspirat
Dum bello Argolici vastabant pergama Reges
Debita,casurasq́ inimicis ignibus arces,
Non vllum auxilium miseris,non arma rogaui
Artis,opisq́ tuæ,nec te charissime coniux
Incassum vt tuos volui exercere labores,
Quamuis & Priami deberem plurima natis,
Et durum Aeneæ fleuissem sæpe laborem.
Nunc Iouis imperijs Rutulorum constitit oris: al.Imperio
Ergo eadem supplex venio,& sanctum mihi numen al.aruis
Arma rogo genitrix nato,te filia Nerei,

¶ Ecphrasis.

*Dixit Euander, & duxit Aeneam subter fastigia tecti angusti , & locauit illum
effultum,id est, sustentatum folijs stratis,& in pelle ursæ Libystidis,id est,Liby-
cæ.Nox deinde ruit,& complectitur tellurem alis fuscis, id est,umbra nigra.At
Venus mater exterrita haud nequicquam,immo maxima ratione & causa,& cō
mota minis Laurentum,id est,Latinorum,& tumultu duro alloquitur Vulcanū
maritum,& incipit hæc,quæ sequuntur,in thalamo aureo coniugis sui, & aspi-
rat dictis suis diuinū amorem,cuius ipse Deus est filius. Dum Reges Argolici,id
est,Græci uastabant bello Pergama debita ignibus inimicis,& arces casuras igni-
bus inimicis, eo,inquam,tēpore non rogaui te ullū auxilium miseris,& nō roga-
ui te arma tuæ artis & opis,quī faber est Vulcanus, & ó cōiux charissime ego
uolui exercere incassum.i. inuanū te, aut tuos labores,quāuis ego deberē plurima
natis Priami,Paridē intelligit,& quāuis ego fleuissem sæpe durū laborē Aeneæ
filij mei , qui nunc constitit in oris Rutulorum imperijs Iouis.Ergo ego supplex
uenio,& ego genitrix rogo te, qui es mihi numē sanctum.i.uenerabile, rogo in-
quam te arma nato,& ab exemplo arguit. Filia Nerei.i.Thetis mater Achillis,*

Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux.
Aspice qui coeant populi, quæ mœnia clausis
Ferrum acuant portis, in me, excidiumq́ meorum.
Dixerat: & niueis hinc atq; hinc Diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet; ille repente
Accepit solitam flammam, notusq́ medullas
al. calefacta. Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit:
Non secus atq; olim tonitru cum rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit læta dolis, & formæ conscia coniux.
ali. deuinctus. Tum pater æterno fatur deuictus amore:
Quid causas petis ex alto? fiducia cessit
Quo tibi Diua mei? similis si cura fuisset:
Tum quoq; fas nobis Teucros armare fuisset:
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant
al. regnare Stare, decemq́ alios Priamum superesse per annos.

¶ *Ecphrasis.*

& coniux Titonia, id est, aurora potuit flectere te lachrymis, ut fabricares arma Achylli & Mēnoni. Sed nunc aspice, qui populi coeant in Aeneæ exitium, & quæ mœnia acuant ferrum portis clausis in me, & in excidium, id est, euersionem meorum, id est, Troianorum. Dixerat Venus, & Diua eadē fouet, id est, amplexatur Vulcanum cunctantem; id est, dubitantem. fouet, inquam, amplexu molli, et lacertis niueis hinc inde. Ille Vulcanus repēte accepit flammā solitā, & calor notus, id est, libido consueta intrauit illius medullas, & cucurrit per ossa labefacta, id est, liquefacta. Et comparat. d. non secus atq; pro quam rima ignea micans, id est, fulgur, rupta olim, id est, aliquando tonitru corusco percurrit nimbos, id est, nubes lumine, id est, fulgore. Coniux, id est, Venus læta dolis & conscia formæ, id est, propriæ pulchritudinis sensit illum cupidine raptum. Tum pater Vulcanus deuinctus æterno amore fatur. i. dicit sic. O Diua, quid petis causas ex alto, id est, a remotioribus incipis, quod diffidentiæ signum est. & o. Diua, fiducia mei quo cessit tibi? quia si cura similis, id est, talis qualis nunc est, fuisset tibi, tunc quoq;, scilicet, tempore belli Troiani fuisset nobis fas armare Teucros. Et hoc, quia pater omnipotens, id est, Iuppiter, nec fata uetabant Troiam stare, & Priamum superesse per alios decem annos, quod potuisset armis meis perfici.

Et nunc si bellare paras, atque hæc tibi mens est,
Quicquid in arte mea possum promittere curæ,
Quod fieri ferro, liquido ve potest electro: al.potestur
Quantum ignes, animæque valent, absiste precando
Viribus indubitare tuis. ea verba locutus
Optatos dedit amplexus, placidumque petiuit,
Coniugis infusus gremio, per membra soporem,
Inde vbi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnum: ceu fœmina primum, al.surgit
Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
Exercet penso, castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos:
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus, Aeoliamque

Vulcania inter Siciliam et Liparen.

¶ *Ecphrasis.*

& si nunc paras bellare, & hæc mens, id est, consilium est tibi, absiste indubitare precando tuis uiribus, id est, potius tibi polliceri debes, quicquid curæ, id est, laboris possum promittere tibi in arte mea, & quod potestetur, id est, potest fieri ex ferro & ex electro liquido, id est, auro, & quantum ignes follibus inspirati, & quantum animæ, id est, spiritus ualent. Et Vulcanus locutus *ea uerba dedit amplexus optatos, & infusus gremio coniugis, id est, cũ ea coiens petiuit somnum placidum per membra, id est, dormiuit.* Inde ubi prima quies expulerat somnum *medio curriculo, id est, cursu noctis iam exactæ, id est, præteritæ, cum, id est, quo tempore fœmina suscitat cinerem ignib⁹ impositum, & ignes sopitos, id est, qui cinere operti quodam modo uidentur dormire, fœmina, dico, addens noctem operi, id est, noctis uigilias, fœmina, dico, cui est cura tolerare uitam colo, & exercet famulas longo penso ad lumina, id est, ad lucernam, quod facit, ut poßit seruare cubile coniugis castum, & educere, id est, educare paruos natos.* Haud secus, *id est, non aliter ignipotens, id est, Vulcanus nec segnior in illo tempore surgit é stratis mollibus, id est, ex lecto ad opera fabrilia. & describit locum, ubi Vulcanus officinam habet. d. Insula ei igitur iuxta latus Sicanium, id est, Siculum,*

Erigitur Liparen,fumantibus ardua ſaxis:
Quam ſubter ſpecus,& Cyclopum exeſa caminis
Antra Aetnæa tonant,validiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum,ſtriduntq; cauernis
Stricturæ chalybum,& fornacibus ignis anhelat:
Vulcani domus,& Vulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cælo deſcendit ab alto:
Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Bronteſq; Steropeſq;,& nudus membra Pyracmon.
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat,toto genitor quæ plurima cælo
Deijcit in terras:pars imperfecta manebat.
Treis hymbris torti radios,treis nubis aquoſæ
Addiderant,Autuli treis ignis,& alitis Auſtri.
Fulgores nunc terrificos,ſonitumq;,metumq;
Miſcebant operi,flammiſq; ſequacibus iras.
Parte alia Marti currumq;,rotaſq; volucres
Inſtabant:quibus ille viros,quibus excitat vrbes:

Hoc uolũt quidã pro huc.codex tamen uetus habebat,Huc. fulgur ab ictu ignis. Fulmĩa omniũ tẽporũ ex humido et calido. terrificos, al'.horrificos

¶ *Ecphraſis.*

& iuxta Liparem Aeoliam.i.unam ex inſulis Aeolijs,inſula,dico,ardua ſaxis fumantibus,ſubter quã Liparem aut Strongilem ſpecus & antra Aetnæa exeſa caminis.i.fornacibus conſumpta ſonãt,& ictus ualidi auditi ex incudibus referũt gemitus.i.ſonitus,& ſtricturæ chalybũ reſonant cauernis.i.ferri maſſæ,& ignis anhelat.i.ſpirat ex fornacibus.appo domus Vulcani,& tellus Vulcania nomine. Ignipotens.i.Vulcanus deſcẽdit ab alto cælo hoc pro illuc. Et Brontes & Steropes & Pyracmõ nudus mẽbra Cyclopes exercebãt ferrũ in antro uaſto.i.in ſpelunca Vulcani. Fulmen informatũ.i.nondũ perfectũ ſed parte iã polita erat his.ſ. Cyclopibus in manibus,quæ.i. qualia plurima genitor deijcit .i.iaculatur in terras,pars fulminis manebat imperfecta. Addiderant Cyclopes illi fulmini tris radios imbris torti,& totidẽ nubis aquoſæ,et totidẽ ignis,et totidẽ Auſtri alitis.i.alati. Nũc etiam miſcebant fulgores terrificos.& ſonitum & metum operi,& miſcebant iras flammis ſequacibus, ex omnibus nanque his conſtant fulmina. In alia parte Cyclopes inſtabant,id eſt,inſtanter fabricabant Marti currum & rotas uolucres, id eſt, ueloces ,quibus rotis ille excitat in bellum uiros & urbes

Aegidaq́; horrificam, turbatæ Palladis arma
Certatim squamis serpentum, auroq́; polibant:
Connexosq́; angueis, ipsamq́; in pectore Diuæ
Gorgona desecto vertentem lumina collo.
Tollite cuncta, inquit, cœptosq́; auferte labores
Aetnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra:
Præcipitate moras, nec plura effatus: at illi
Ocyus incubuere omnes, pariterq́; laborem
Sortiti: fluit æs riuis, auriq́; metallum,
Vulnificusq́; chalybs vasta fornace liquescit.
Ingentem clypeum informant, vnum omnia contra
Tela Latinorum: septenosq́; orbibus orbes
Impediunt: alij ventosis follibus auras
Accipiunt, redduntq́;: alij stridentia tingunt
Aera lacu, gemit impositis incudibus antrum.

al: horrificeram.

Sapientiæ clypeus.

al. est fatus

¶ *Ecphrasis*

& polibant certatim Aegidam horrificam, id est, terrificam Palladis turbatæ, id est, iratæ, horrificam, inquam, squãmis serpentum & auro: & polibant angues connexos, id est, inuicem colligatos, & ipsam Gorgona in pectore Diuæ, id est, Medusæ caput in Aegide, uertentem lumina, id est, oculos collo desecto. Et inquit Vulcanus ad illos. Tollite cuncta alia, et auferte cœptos labores. i. opera incœpta o Cyclopes Aetnæi, & aduertite mentem huc, id est, animaduertite, quia arma sunt facienda uiro acri, id est, forti. Nunc est usus, id est, opus uiribus, & manibus rapidis, et nunc est opus omni arte magistra. Præcipitate moras, id est, tollite, nec effatus est plura. At illi omnes incubuere ocyus, et pariter sortiti sunt laborem: æs fluit riuis, id est, riuatim, et metallum auri, et chalybs vulnificus, id est, ferrum faciendo vulneri aptum liquescit in fornace uasta, id est, magna. Et informant ingentem clypeum unum, scilicet, contra omnia tela Latinorum, et impediunt, id est, multiplicant septem orbes orbibus clypei. Alij accipiunt et reddunt auras, id est, spirant et respirant follibus uentosis. Alij tingunt, id est, temperant lacu, id est, aqua æra stridentia, cum aqua tinguntur. Et antrum gemit, id est, sonat incudibus positis, id est, incudum ictibus.

Illi inter ſeſe multa vi brachia tollunt
In numerum, verſantq; tenaci forcipe maſſam.
Hæc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma,
Et matutini volucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior, tunicaq; inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.
Regiꝰ mos Tum lateri, atq; humeris Tegeæum ſubligat enſem,
Demiſſa ab læua pantheræ terga retorquens.
Necnon & gemini cuſtodes limine ab alto
Procedunt, greſſumq; canes comitantur herilem.
Hoſpitis Aeneæ ſedem, & ſecreta petebat
Sermonum memor, & promiſſi muneris heros.
Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat,
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
Congreſſi iungunt dextras, medijſq; reſidunt
Aedibus: & licito tandem ſermone fruuntur.

¶ *Ecphraſis.*

Illi Cyclopes multa ui.i.uehementia tollunt brachia inter ſe in numerum.i.in ordinem, & uerſant ferrum forcipe tenaci, a tenendo dicta. Dum pater Lemnius.i. Vulcanus, qui in Lemno inſula colitur, properat facere hæc, q̃ dixi, lux alma & cantus uolucrum matutini ſub culmine.i.tecto domus ſuſcitat Euandrum ex tecto humili, & ſenior Euandrus conſurgit, & inducitur pro induitur tunica artus, et circũdat plantis pedũ uincula Tyrrhena.i.Thuſca calciamẽta. Tum.i.deinde ſubligat enſem Tegeæum.i.Arcadicum lateri ſuo & humeris. Ipſe, dico, Euander retorquens ab læua manu terga pantheræ, fera eſt nobis incognita. Necnon gemini canes cuſtodes domus aut Regis præcedunt dominum, & comitantur greſſum herilem ab alto limine domus. Heros, id eſt, Euander memor ſermonum & muneris promiſſi die heſterna petebat ſedem & ſecreta, id eſt, penetralia Aeneæ hoſpitis ſui. Nec minus Aeneas matutinus agebat ſe, id eſt, ueniebat tempore matutino. Pallas filius ibat comes huic, ſcilicet, Euandro, & Achates ibat comes illi, ſcilicet, Aeneæ. Congreſſi, id eſt, conuenientes iungunt dextras, & reſidunt in medijs ædibus, id eſt, domo ſecretiori, & tandem fruuntur ſermone licito, id eſt, læto, quia nullus erat arbiter alienus. Et Euander

Rex prior hæc:
Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam
Res equidem Troiæ victas, aut regna fatebor,
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ vires: hinc Tusco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, & murum circunsonat armis:
Sed tibi ego ingentes populos, opulentaque regnis
Iungere castra paro: quam fors inopina salutem
Ostentat: fatis huc te poscentibus affers.
Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
Vrbis Agillinæ sedes: vbi Lydia quondam
Gens bello præclara iugis insedit Hetruscis.
Hanc multos florentem annos Rex deinde superbo
Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas cædes: quid facta tyranni
Effera: Dij capiti ipsius, generique reseruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora viuis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora,

Exordium quo sibi conciliat Aeneam.

Narratio, seu deliberatio quomodo bellū sit suscipiēdum.

Crudelitas Mezentij.

¶ *Ecphrasis.*

Rex prior dixit hæc. O maxime ductor Teucrorum Aenea, quo sospite ego nunquam fatebor res Troiæ uictas & deperditas, & regna Troiæ, uires exiguæ sunt nobis ad auxilium belli pro tanto nomine, id est, pro tui nominis gloria. Quia nos claudimur amni Tusco, hinc, id est, ab una parte, & hinc, id est, ab alia Rutulus, id est, Turnus premit nos, & sonat circum murum armis. Sed ego paro iungere tibi populos ingentes, & castra opulenta regnis, scilicet Tyrrhenorum, quam salutem fors inopina, id est, impræmeditata nunc ostentat, quia tu affers te huc fatis poscentibus, & quomodo illud fit enarrrat. Sedes urbis Agillinæ fundata saxo uetusto incolitur haud procul hinc; ubi gens Lydia, quæ ex Asia uenit, præclara bello quondam insedit iugis Hetruscis, id est, in Hetruria. Rex Mezentius tenuit hanc gentem florentem per multos annos imperio superbo & armis sæuis. Nam quid ego memorem nunc cædes infandas, & facta effera, id est, crudelia tyranni Mezentij. Dij reseruent, id est, remunerentur paria capiti ipsius & generi. Et componens manus & ora mortuorum manibus & oribus uiuorum iungebat corpora mortua uiuis, apposi.

Tormenti genus,& ſanie,taboq́ fluenteis
Complexu in miſero ,longa ſic morte necabat.
At feſſi tandem ciues infanda furentem
Armati circunſiſtunt,ipſumq́,domumq́:
Obtruncant ſocios,ignem ad faſtigia iactant.
Ille inter cædes Rutulorum elapſus in agros
Confugere,& Turni defendier hoſpitis armis.
Ergo omnis Furijs ſurrexit Hetruria iuſtis:
Regem ad ſupplicium præſenti Marte repoſcunt.
His ego te Aenea ductorem millibus addam:
Toto nanq́ fremunt condenſæ littore puppes,
Signaq́ ferre iubent,retinet longæuus aruſpex
Fata canens:O Mæoniæ delecta iuuentus,
Flos veterum,virtuſq́ virum,quos iuſt us n hoſtem
Fert dolor,& merita accendit Mezentius ira,
Nulli fas Italo tantam ſubiungere gentem:
Externos optate duces,tum Hetruſca reſedit

¶ Ecphraſis.

tormenti genus,ſubaudi,inauditum, & ſic necabat illos lōga morte in complexu miſero ſanie & tabo fluenti. At ciues,quæ talia patiebantur,tandem feſſi armati circunſiſtunt, id eſt,adoriuntur illum furentem infanda pro infande, & circunſiſtunt domum,& obtruncat.i.occidūt ſocios Regis,& iactant ignem ad faſtigia domus. Ille Mezentius elapſus inter cedes ſuorum euffugere pro effugit in agros Rutulorum,quorum eſt Turnus Rex, & defendier pro defenſus eſt armis Turni hoſpitis illius.Ergo omnis Hetruria ſurrexit in arma furijs iuſtis,& repoſcunt Regem Mezentiū ad ſuppliciū Marte præſenti,id eſt,bello.O Aenea ego addam te ductorem his milibus uirorum,nam puppes condenſæ in toto littore fremunt,id eſt,petunt bellum,& iubent,id eſt,uolunt & optant ferre ſigna in hoſtes,ſed aruſpex longæuus canens fata .i. Deorum uoluntatem retinet illos his uerbis.O iuuentus Mæoniæ.i.Lydiæ delecta,& o flos & uirtus ueterū uirorū.i. maiorum ueſtrorū,quos iuſtus dolor fert contra hoſtē, & quos Mezentius accēdit ad bellum ira iuſta,quia iuſte uindictā ab eo expetitis , nulli Italo eſt fas, id eſt,licitum adiungere ſibi tantam gentem,quanta uos eſtis,idcirco optate, id eſt, eligite uobis duces externos.i.alienigenas.Tum his dictis aruſpicis gens Hetruſca

Hoc acies campo, monitis exterrita Diuum.
Ipse oratores ad me, regniq; coronam
Cum sceptro misit, mandatq; insignia Tarchon,
Succedam castris, Tyrrhenaq; regna capessam:
Sed mihi tarda gelu, seclisq; effœta senectus al'.affecta
Inuidet imperium, seræq; ad fortia vires.
Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret. tu, cuius & annis,
Et generi fatum indulget, quem numina poscunt,
Ingredere o Teucrum, atq; Italum fortissime ductor.
Hunc tibi præterea spes, & solatia nostri
Pallanta adiungam: sub te tolerare magistro
Militiam & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.
Arcades huic equites bis centum robora pubis
Lecta dabo, totidemq; suo tibi nomine Pallas. al'.munere
Vix ea fatus erat, defixiq; ora tenebant

¶ *Ecphrasis.*

exterrita monitis Diuorum resedit, id est, constitit in hoc campo. Ipse Tarchon sacerdos et aruspex Thuscorum misit ad me coronam Regis cum sceptro, id est, regni insignia, & mandat insignia, quod idem est. Ego succedam, pro succederem illorum castris, & capeßam pro capesserem regna Tyrrhenorum, sed senectus tarda gelu, id est, frigore, & effœta, id est, sterilis seculis, id est, ætate inuidet mihi imperium, id est, denegat, & uires seræ, id est, seniles, & debiles ad fortia inuident mihi imperium. Ego exhortarer ad id bellum Pallanta gnatum meum, nisi mixtus matre Sabella traheret partem patriæ hinc, id est, ab Italia, & sic non est alienigena, qualem fata uolunt. Tu ó Aenea, cuius fatum indulget & annis, id est ætati, & generi, quia es externus, & quem, id est, qualem numina poscũt, tu, inquam, ó ductor fortißime Teucrorũ atq; Italorũ ingredere. i. abi. Praeterea ego adiungam tibi hũc Pallanta filium meũ. appo. spes & solatia nostri: qui asuescat tollerare militiã sub te magistro, & perferre graue opus Martis. i. belli, & cernere tua facta, & miretur te á primis annis. Ego dabo huic bis centum equites Arcades. apposi robora pubis lecta, id est, uiros robustos & electos, & Pallas dabit tibi totidem ducentos nomine suo. Vix Euander effatus erat ea uerba,

Aeneas Anchisiades, & fidus Achates:
Multaq; dura suo tristi cum corde putabant,
Ni signum cælo Cytherea dedisset aperto.
Fulgur á Venere. Nanq; improuiso vibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repentè,
Tyrrheni primi inuenerunt tubam. Tyrrhenusq; tubæ mugire per æthera clangor.
Suspiciunt: iterum, atq; iterum fragor intonat ingens.
Arma inter nubem, cæli in Regione serena
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.
Obstupuere animis alij: sed Troius heros
Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis.
  Tum memorat: Ne vero hospes, ne quære profecto
Quem casum portenta ferant, ego poscor Olympo.
Hoc signum cecinit missuram Diua creatrix,
Si bellum ingrueret, Vulcaniaq; arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant.

¶ *Ecphrasis.*

& Aeneas Anchisæ filius, & Achates fidus defixi tenebant ora in terrã defixa,
& putabant multa dura .i. difficultates cum suo corde tristi, uidentes auxilij par
uitatem, nisi Cytherea Venus dedisset signum aperto cælo. Nam fulgor uibra
tus uenit ab æthere improuiso cum sonitu, & omnia repente uisa sunt ruere, &
clangor tubæ Tyrrhenus, id est, Tyrrhenæ uisus est mugire per æthera, quod erat
signum Aeneam futurum ducem Tyrrhenorum. Suspiciunt omnes in cælum, &
fragor ingens iterum atq; iterum sonat, & uident arma a Vulcano fabricata ru
tilare per sudum .i. serenum inter nubem in regione cæli serena, & uident illa ar
ma pulsa tonare, id est, crepitum facere. Alij uidentes hoc obstupuere animis, sed
Troius heros agnouit sonitum armorum, & promissa parentis Diuæ, id est, Ve
neris. Et tunc Aeneas memorat, id est, narrat. O Euander hospes ne quære pro
fecto quem casum, id est, quam rem portenta hæc, id est, miracula ferant .i. nun
cient, quia ego sum, qui poscor ab Olympo .i. á matre Dea. & Diua creatrix .i.
Venus mater mea cecinit .i. prædixit mihi se missurã mihi hoc signũ, & se laturã
per auras arma Vulcania in auxiliũ .i. protectionem meã, & hoc si bellũ ab hosti
bus ingrueret. Heu quãtæ clades instant .i. ueniũt & parãtur miseris Laurẽtibus.

Quas pœnas mihi Turne dabis,quam multa ſub vndas
Scuta virum,galeaſq;,& fortia corpora volues
Tybri pater.poſcant acies,& fœdera rumpant.
Hæc vbi dicta dedit,ſolio ſe tollit ab alto,
Et primum Herculeis ſopitas ignibus aras
Excitat,heſternumq; larem,paruoſq; penates, al.ſuſcitat
Lætus adit:mactat lectas de more bidentes,
Euandrus pariter,pariter Troiana iuuentus.
Poſt hinc ad naueis graditur,ſocioſq; reuiſit:
Quorum de numero,qui ſeſe in bella ſequantur,
Præſtantes virtute legit,pars cætera prona
Fertur aqua,ſegniſq; ſecundo defluit amni,
Nuntia ventura Aſcanio rerumq;,patriſq;.
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arua.
Ducunt exortem Aeneæ,quem fulua leonis
Pellis obit totum,præfulgens vnguibus aureis.
Fama volat paruam ſubito vulgata per vrbem
Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora Regis:

¶ *Ecphraſis.*

& ó Turne quas pœnas dabis mihi.i.pſolues,et o Tybri pater quã multa ſcuta uirũ.p uirorũ,et galeas,et fortia corpora quã multa uolues ſub tuas undas.Igitur poſcãt.i.parẽt acies,& rũpant fœdera amicitiæ initæ.Vbi Aeneas dedit hæc dicta.i.dixit hæc tollit ſe ab alto ſolio in quo ſedebat.Et primũ excitat.i. incendit aras ſopitas.i.extinctas ignibus Herculeis,quia Herculis erãt,& lætus adit larẽ heſternũ.i.cui pridie ſacrificauerat,& paruos penates.i.pauperes Euãdri,& mactat.i.ſacrificat lectas bidẽtes de more.i.de cõſuetudine religionis,& pariter cũ Aenea Euãdrus,& iuuẽtus Troiana.Poſt hinc Aeneas graditur ad naues,et reuiſit ſocios.De quorũ ſociorũ numero eligit præſtãtes uirtute, qui ſequãtur ſeſe in bella,& pars cætera ſociorũ fertur aqua prona,et defluit.i.deorſum fertur amni ſecũdo.i.deorſum fluẽti,uentura nũtia.i.q̃ nuntiaret Aſcanio,rerũ & patris.i.geſtarũ a patre.Equi dãtur ab Euãdro Teucris petẽtibus arua Tyrrhena,& ducũt Aeneæ equũ exortem.i.extra ſortem,quẽ equũ pellis leonis fulua præfulgẽs unguibus aureis.i.inauratis obit.i.circũdat totũ.Fama uolat ſubito vulgata per vrbem paruã.i.Pallanteũ.ſ.equites ire ocyus ad littora Regis Tyrrheni.i.Tarcõtis.

Vota metu duplicant matres, propiusq; periclo
It timor, & maior Martis iam apparet imago.
Tum pater Euandrus dextram complexus euntis
Hæret inexpletum lachrymans, ac talia fatur:
O mihi præteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram, cum primam aciem Præneste sub ipsa
Straui, scutorumq; incendi victor aceruos,
Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi:
Nascenti cui treis animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat: terna arma mouenda,
Ter leto sternendus erat: cui tum tamen omneis
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis:
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
Nate tuo, neq; finitimo Mezentius vnquam
Huic capiti insultans, tot ferro sæua dedisset
Funera: tam multis viduasset ciuibus vrbem.
At vos o superi, & Diuum tu maxime rector
Iuppiter, Arcadij quæso miserescite Regis,
Et patrias audite preces: si numina vestra

¶ *Ecphrasis.*

*& matres duplicāt uota metu, et timor it propius .i. propinquius periculo, quia
quod timēt, putāt filijs posse cōtingere, & imago .i. figura et apparētia Martis .i.
belli apparet .i. uidetur iā maior illis matrib9. Tū pater Euādrus cōplexus dextrā
eūtis filij hæret illi lachrymans inexpletū .i. inexplebiliter, et fatur talia. O si Iupi
ter referat, id est, restituat mihi annos præteritos, qualis eram .s. iuuenis, cum ego
straui primam aciem sub ipsa Præneste urbe Italiæ, et ego uictor incēdi aceruos
scutorū, quæ ab hostibus detraxerā, et misi hac dextra mea Herilū Regē sub Tar
tara .i. ad inferos: cui Herilo nascēti Feronia mater dederat tres animas, et per in
teriectionē dicit horrendū dictu, Itaq; terna arma erāt in illū mouēda, et ter erat
sternendus leto, cui tamen .i. à quo hæc dextra abstulit omnes animas, et totidem
armis illum exuit. O nate ego non diuellerer unquam á tuo dulci complexu, neq;
Mezentius insultans huic capiti finitimo dedisset tot sæua funera .i. mortes fer
ro, id est, armis, et non uiduasset urbem, id est, spoliasset tot ciuibus interem
ptis. At uos ó superi, et tu ó Iupiter maxime rector superorū Diuorū, quæso mi
serescite Regis Arcadij, et audite preces patrias .i. meas de filio. Si uestra numina,*

Incolumē

Incolumem Pallanta mihi, si fata reseruant,
Si visurus eum viuo, & venturus in vnum,
Vitam oro: patiar quemuis durare laborem:
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris,
Nunc nunc o liceat crudelem abrumpere uitam,
Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri,
Dum te chare puer, mea sola, & sera voluptas
Complexu teneo, grauior ne nuntius aures
Vulneret. hæc genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant,
Iamque adeo exierat portis equitatus apertis,
Aeneas inter primos, & fidus Achates,
Inde alij Troiæ proceres: ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde, & pictis conspectus in armis,
Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resoluit,

Hæc omnia sunt præsagia futuræ mortis filij.

Lucifer stella Veneris.

Aemulatio Homerica, fingitur enim Hector similis syderi autumnali.

¶ *Ecphrasis.*

& si uestra fata reseruant mihi Pallanta incolumem, & si ego uiuo uisurus eũ, & si uenturus est in unum, id est, in commune, uitam oro, id est, opto, & patiar durare, id est, sustinere quemuis laborem, ut illum uidere possim. Sin pro sed si, o Fortuna, tu minaris aliquem casum infandum, o utinam liceat nunc nunc abrũpere uitam crudelem, quæ ex funere filij crudelis futura est, nunc dico, dum curæ sunt ambiguæ. i. indifferentes, & dum spes futuri est incerta, & dum o puer chare, & o mea sola & sera uoluptas ego teneo te in meo cõplexu, nunc inquã, abrumpam uitam, ne nuntius grauior uulneret aures meas afferẽs de morte filij. Genitor fundebat hæc dicta in supremo digressu. i. cum filius ab eo digrederetur. Et famuli ferebant illum collapsum. i. exanimatum in tecta. i. in domum suã. Iam equitatus exierat portis apertis, & inter primos Aeneas & Achates fidus illius comes exierant, & inde alij proceres Troiæ exierant, & in medio agmine. i. exercitu ipse Pallas conspectus in chlamyde & in armis pictis, & ponit comparationem dicens. Qualis Lucifer perfusus. i. lotus unda Oceani, cũ oritur, ubi extulit os suum sacrum cælo, i. in cælum, & resoluit tenebras noctis, quem dico Luciferum Venus diligit ante alios ignes astrorum, quia illa Veneris est stella.

Stant pauidæ in muris matres, oculisq; sequuntur
Puluercam nubem, & fulgenteis ære cateruas.
Olli per dumos, qua proxim meta viarum,
Armati tendunt; it clamor, & agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.
Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem,
Relligione patrum late sacer: undiq; colles
Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingunt.
Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
Aruorum, pecorisq; Deo, lucumq; diemq;:
Qui primi fines aliquando habuere Latinos.
Haud procul hinc Tarcho, & Tyrreni tuta tenebant
Castra locis: celsoq; omnis de colle uideri
Iam poterat legio: & latis tendebat in aruis.
Huc pater Aeneas, & bello lecta iuuentus
Succedunt, fessiq; & equos, & corpora curant.
At Venus æthereos inter Dea candida nimbos

¶*Ecphrasis.*

Matres, id est, mulieres pauidæ per naturam stant in muris, & sequuntur oculis, id est, aspiciunt nubem puluercam, quæ concitatur ungulis equorum, & sequuntur oculis cateruas fulgentes ære, id est, armatas. Olli pro illi armati tendunt per dumos ea parte, qua meta uiarum est proxima, id est, per itineris compendium. Clamor uirorum it, & agmine facto ungula equorum quatit, id est, resoluit campum putrem sonitu quadrupedante, id est, equorum quadrupedum. Ingens lucus late sacer est prope amnem gelidum Cæretis Minionis, sacer inquam religione patrum, quem lucum colles caui undiq; inclusere, & cingunt nemus abiete nigra. Et fama est Pelasgos ueteres, qui ibi cõuenerãt, sacrasse illud nemus Syluano Deo aruorum & pecoris, & sacrasse præterea lucum & diem, qui inquam Pelasgi ueteres primi aliquando habuerunt fines Latinos. Haud procul hinc Tarcho Aruspex & Tyrreni tenebant castra tuta in illis locis, & iam omnis legio poterat uideri a Troianis de colle celso, & tenebat, id est, tentoria figebat in aruis latis. Pater Aeneas & iuuentus electa bello succedunt huc, id est, in illa castra, & fessi curant equos & corpora sua. At Venus Dea candida ferens dona inter nimbos æthereos, id est, clypeum, & arma, aderat.

Dona ferẽns aderat: natumq; in valle reducta
Vt procul egelido secretum flumine vidit,
Talibus affata est dictis, seq; obtulit vltro:
En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera, ne mox aut Laurenteis, nate, superbos,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.
Dixit: & amplexus nati Cytherea petiuit:
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.
Ille Deæ donis, & tanto lætus honore
Expleri nequit, atq; oculos per singula voluit:
Miraturq;, interq; manus, & brachia uersat
Terribilem cristis galeam, flammasq; vomentem,
Fatiferumq; ensem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam ingentem: qualis cum cærula nubes
Solis inardescit radijs, longeq; refulget.
Tum leueis ocreas electro, auroq; recocto,
Hastamq;, & clypei non enarrabile textum.

alij e gelido.

Venus e spuma maris prodyt inde hæc fictio poetæ.

Clypeus Aeneæ.

¶ *Ecphrasis.*

Et ut uidit natum secretum in flumine egelido, id est, tepido in ualle reducta, id est, in uallis recessu affata est illum talibus dictis, & ultro se illi obtulit. En munera promissa tibi a me perfecta arte coniugis mei, id est, Vulcani. Et o nate ne dubites mox, id est, deinde poscere in prælia Laurentes superbos, aut Turnum acrem. Dixit Cytherea, & petiuit amplexus nati Aeneæ, & posuit arma radiantia sub quercu aduersa. Ille Aeneas lætus donis & tanto honore Deæ matris, nequit expleri, id est, satiari uidendo, atq; uoluit oculos per singula, & miratur, & uersat inter manus & brachia galeam terribilem cristis, et uomentem flammas ex auri splendore, & uersat ensem fatiferum, id est, mortiferum, & uersat loricam rigentem ex ære & sanguineam & ingentem, & ponit comparationem dicens. Lorica dico, qualis cum nubes cærula, id est, nigra, hoc est terrestris inardescit radijs Solis, & refulget longe. Tum, id est, deinde uersat ocreas læues, id est, tibialia ex electro, & auro recocto (idem est electrum & aurum, nisi quod electrum quartam partem habet argenti admixtam) & uersat hastam & textum clypei, id est, contexturam, non enarrabile, quia in eo cælata erant argumenta multarum rerum futurarum.

Descriptio rerum Romanarum.

Illic res Italas, Romanorumq́ triumphos,
Haud vatum ignarus, venturiq́ inscius æui
Fecerat ignipotens: illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnataq́ in ordine bella.
Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos: illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.
Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas
Consessu caueæ, magnis Circensibus actis *alij Cõsensu.*
Addiderat: subitoq́ nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatioq́ seni, Curibusq́ seueris.
Post ijdem inter se posito certamine Reges
Armati Iouis ante aras, paterasq́ tenentes *aras al. aram*
Stabant: & cæsa iungebant fœdera porca. *Ritus fœderum feriendorũ.*
Haud procul inde, citæ Metium in diuersa quadrigæ,

¶ *Ecphrasis.*

Nam ignipotens, id est, Vulcanus fecerat illic res Italas, id est, gesta Italiæ, & triumphos Romanorum, & omne genus stirpis futuræ, ab Ascanio incipiens, & bella pugnata in ordine, quæ omnia Vulcanus potuit facere, quia non erat ignarus & inscius, immo erat conscius æui uenturi. Et fecerat Vulcanus lupam fœtam procubuisse in antro uiridi Mauortis, et fecerat pueros geminos, id est, Romulum & Remum pendentes circum ubera ludere, id est, moueri, & illos impauidos lambere matrem, id est, lac suggere ex matre, & illam reflexam ceruice tereti mulcere pueros alternos, id est, alternatim, & fingere, id est, componere corpora lingua. Nec procul hinc Vulcanus addiderat in cælatura Romam urbem & Sabinas raptas sine more, id est, sine lege, ex consessu caueæ, ubi sedebant spectantes ludos, magnis Circensibus, id est, ludis actis, id est, perfectis, & fecerat Vulcanus nouum bellum subito consurgere Rumulidis, id est, Romanis, & Tatio & Curibus seueris, id est, Sabinis. Post ijdem Reges Romulus & Tatius certamine posito inter se stabant ante aram Iouis armati, & tenentes pateras, id est, sacrificantes, & iungebant fœdera cæsa porca. Haud procul inde quadrigæ citæ distulerant, id est, distraxerant & discerpse-

Distulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus
Per syluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.
Necnon Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
Accipere, ingentiq; vrbem obsidione premebat.
Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem, similemq; minanti
Aspiceres, pontem auderet quod vellere Cocles:
Et fluuium vinclis innaret Cloelia ruptis.
In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat:
Romuleoq; recens horrebat Regia culmo,
Atq; hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.
Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.

¶ *Ecphrasis.*

rant Metiũ Suffetiũ ducẽ Albanorũ, et Tullus Rex Romanorũ raptabat per syluã uiscera uiri mendacis. i. Metij Suffetij, & uepres sparsi sanguine rorabant, sed si quis diceret illud factũ fuisse crudele, respondet Poeta, tu o Albane maneres. i. perseuerares dictis, id est, in promißis. Nec non Porsena Rex Ethruscorum iubebat Romanos accipere Tarquinium eiectum ex urbe propter uiolatam Lucretiam, & premebat urbem ingenti obsidione. Sed Aeneadæ, id est, Romani ruebant in ferrum, id est, bellum pro liberaate. Tu o lector aut spectator aspiceres, id est, aspicere posses illum, scilicet, Porsenam similem indignanti & similem minanti, quia Cocles auderet uellere pontem Sublicium, ne scilicet, Ethrusci pontem transirent, & aspiceres quemadmodum Chœlia innaret fluuium ruptis uinclis, in quibus erat uincta, quia Porsenæ obses data fuerat. Manlius custos arcis Tarpeiæ stabat in summo, id est, arcis summitate pro templo, id est, pro templi defensione, & tenebat Capitolia celsa: et Regia recens, id est, Romuli regnare incipientis horrebat culmo Romuleo. Atq; anser argenteus uolitans hic in porticibus auratis, id est, in auro cælatis canebat Gallos adesse in limine, & Galli defensi tenebris, id est, noctis beneficio umbrosæ aderant per dumos, & tenebant arcẽ.

Aurea cæſaries ollis, atq; aurea ueſtis,
Virgatis lucent ſagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur: duo quiſq; Alpina coruſcat
Geſa manu, ſcutis protecti corpora longis.
Hinc exultantes Salios, nudosq; Lupercos,
Lanigerosq; apices, & lapſa ancilia cœlo
Extuderat: caſtæ ducebant ſacra per vrbem
Pilentis matres in mollibus: hinc procul addit
Tartareas etiam ſedes, alta oſtia Ditis,
Et ſcelerum pœnas, & te Catilina minaci
Pendentem ſcopulo, furiarumq; ora trementem,
Secretosq; pios: his dantem iura Catonem.
Hæc inter tumidi late maris ibat imago
Aurea: ſed fluctu ſpumabant cærula cano,
Et circum argento clari Delphines in orbem
Aequora verrebant caudis, æſtumq; ſecabant.
In medio claſſes æratas, & Actia bella

alij. excuderat.

¶ *Ecphraſis.*

Cæſaries aurea erat ollis pro illis, & ueſtis aurea, & lucent ſagulis uirgatis, id eſt, uirgis quibuſdam diſtinctis. Tum. i. præterea colla lactea innectuntur auro, id eſt, monilibus, et quiſq; illorum coruſcat, id eſt, uibrat manu duo geſſa, id eſt, tela Alpina. i. ab Alpibus, protecti corpora lõgis ſcutis. i. habẽtes corpora ꝓtecta. Hinc. i. ex alia parte Vulcanus excuderat Salios exultãtes, ideſt, ſacerdotes Martis, et Lupercos nudos ſacerdotes Panos, & apices lanigeros, id eſt, floſculos lanæ in capitum ſummitate habentes flamines: & matres caſtæ ducebant ſacra per urbem mediam in pilentis mollibus, id eſt, penſilibus: & procul hinc Vulcanus addit ſedes Tartareas. appoſitiue. alta oſtia Ditis, id eſt, Plutonis, & addit pœnas ſcelerum, ideſt, ſceleratorum, & te o Catilina pendentem in ſcopulo minaci, quaſi præcipitandus, & timentem ora furiarũ. Addit pios ſecretos, id eſt, in cãpis Elyſijs poſitos, & Catonem dantem iura his quaſi iudicem Inferorum. Imago aurea maris tumidi ibat inter hæc, quæ memorauimus, idq; late, ſed cærula, id eſt, maria ſpumabant fluctu cano, id eſt, albicante, & delphines clari, id eſt, candidi argento uerrebant æquora caudis circum in orbẽ, & ſecabant æſtũ. i. maris feruorem. In medio maris ipſius erat cernere claſſes æratas, et bella Actiale

Cernere erat:totumq́ instructo Marte videres
Feruere Leucaten, auroq́ effulgere fluctus.
Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar
Cum patribus, populoq́, Penatibus, & magnis Dijs
Stans celsa in puppi; geminas cui tempora flammas
Læta vomunt, patriumq́ aperitur vertice sydus.
Parte alia ventis, & Dijs Agrippa secundis,
Arduus, agmen agens: cui belli insigne superbum
Tempora naualis fulgent rostrata corona.
Hinc ope Barbarica, varijsq́ Antonius armis,
Victor ab Auroræ populis, & littore Rubro
Aegyptum, viresq́ Orientis, & vltima secum
Bactra vehit, sequiturq́ (nefas.) Aegyptia coniux.
Vna omnes ruere, ac totum spumare reductis
Conuulsum remis, rostris stridentibus æquor. àlijrostris trūdētib⁹.
Alta petunt; pelago credas innare reuulsas

¶Ecphrasis.

quibus apud Actium Epiri promontorium pugnatum est,& uideres totum Leucatem promontorium Epiri feruere Marte instructo,idest,belli apparatu,& uideres fluct⁹ effulgere.i.lucere in auri materia.Hinc .i.ex alia parte August⁹ Cæsar erat cum patribus,id est,Senatoribus,& cum populo Romano, & cum Penatibus,& magnis Dijs,Augustus dico,agens Italos in prælia,& stans in puppi celsa,cui Augusto tempora læta,id est, caput uomunt flammas geminas,& sydus patrium.i.Iulij Cæsaris patris adoptiui aperitur in illi⁹ uertice.In parte alia clypei Agrippa erat agens agmen, id est,exercitum uentis et Dijs secundis, id est, fauentibus, cui Agrippæ tempora rostrata corona nauali,id est, caput corona rostrata coronatum, fulgent. appositiue. insigne superbum belli naualis. Hinc.i. ex alia parte cælaturæ Antonius uictor ope Barbarica et armis uarijs uehit a populis Auroræ, id est, Orientis, & a Rubro littore,id est,ab Arabico sinu, uehit inquam secum Aegyptum, & uires Orientis & ultima Bactra urbem Orientalem, & coniuux Aegyptia,id est,Cleopatra sequitur illum,& per parenthesim interieeit,nefas,idest,rem nefandam.Omnes ab utraq; parte ruere proruebant,& totum æquor cōuulsum remis et rostris stridentibus spumare ꝑ spumabat. Et omnes petunt alta pelagi, tu credas, id est, poßis credere, cycladas

Cycladas, aut montes concurrere montibus alsto
Tanta mole viri turritis puppibus instant.
Stupea flamma manu, telisq; volatile ferrum
Spargitur; arua noua Neptunia cæde rubescunt,
Regina in medijs patrio vocat agmina sistro:
Necdum etiam geminos a tergo respicit angues.
Omnigenumq; Deum monstra, & latrator Anubis
Contra Neptunum, & Venerem, contraq; Mineruam
Tela tenent; sedet medio in certamine Mauors
Cælatus ferro; tristesq; ex æthere Diræ:
Et scissa gaudens vadit Discordia palla,
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper; omnis eo terrore Aegyptus & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi,
Ipsa videbatur ventis Regina vocatis
Vela dare; & laxos iam iamq; immittere funes.

Allusio est nam Cleopatra a serpētibus necata est.

Diræ alij diuæ

Alludit ad arma.

uidebatur alij iubebatur.

¶ *Ecphrasis.*

reuulsas innare, id est, insulas maris Aegei, aut altos montes concurrere mõtibus, ita magnæ erant naues, & tanta mole, id est, magnitudine uiri ibant in puppibus turritis. Flamma stupea & ferrum uolatile spargitur manu, & arua Neptunia, id est, maria rubescunt noua cæde, id est, sanguine, Regina Cleopatra in medijs uocat agmina, id est, exercitum sistro instrumento pulsatorio patrio, id est, more patriæ suæ. Et necdum etiam respicit a tergo geminos angues, id est, uiperas, quarum morsu postea Cleopatra perijt, & monstra Deorum omnigenum, id est, Dij Agyptiorum monstrosi, & latrator Anubis, id est, Mercurius in specie canis, tenent tela contra Neptunum & Venerem & contra Mineruam. Mauors sedet in medio certamine cælatus ferro clypei, & Diræ tristes ex æthere, id est, Deorum iræ, & Discordia gaudens uadit palla scissa, id est, ueste, quam Discordiam Bellona sequitur cum flagello sanguineo. Apollo Actius, id est, qui templum in Actio promontorio habebat, cernens hæc intendebat arcum indignitate rei permotus, & eo terrore, scilicet, quem Apollo iniecit, omnis Aegyptus & Indi, & omnis Arabs, & omnes Sabæi populi Arabiæ uertebant terga. i. fugiebant. Ipsa Regina Cleopatra uidebatur dare uela uentis uocatis. &

Illam inter cædes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens vndis, & Iapyge ferri.
Contra autem magno mœrentem corpore Nilum,
Pandentemq́ꝫ sinus, & tota veste vocantem
Cæruleum in gremium, latebrosaq́ꝫ flumina victos.
At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia, Dijs Italis, votum immortale, sacrabat
Maxima tercentum totam delubra per vrbem.
Lætitia, ludisq́ꝫ viæ plausuq́ꝫ fremebant.
Omnibus in templis matrum chorus: omnibus aris:
Ante aras terram cæsi strauere iuuenci.
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,
Dona recognoscit populorum, aptatq́ꝫ superbis
Postibus: incedunt victæ longo ordine gentes.
Quam variæ linguis, habitu tam vestis, & armis.
Hic Numadum genus, & discinctos Mulciber Afros,
Hic Lelagas, Carasq́ꝫ, sagittiferosq́ꝫ Gelonos

Cæsar triumphauit de Antonio, Dalmatis, & Alexandrinis.

¶ *Ecphrasis.*

nauigando fugere, & uidebatur immittere funes laxos, id est, soluere naues. Ignipotens, id est, Vulcanus fecerat illam Cleopatram pallentem morte futura, id est, proxima ferri undis & Iapyge, id est, nauigatione uento ab Apulia spirante. Contra autem, id est, ediuerso Vulcanus fecerat Nilum magno corpore, id est, magni corporis mœrentem, id est, tristem & pandentem sinus suos, & uocantem uictos Aegyptios tota ueste, id est, toto sinu in gremium suum cæruleum, id est, uiridem & flumina latebrosa, id est, in quo flumine multæ sunt latebræ, in quas se posset Antonius recipere cum Cleopatra. At Augustus uectus in mœnia Romana triplici triumpho, scilicet, de Antonio de Dalmatis & Alexandria, sacrabat tercentum maxima templa per totam urbem: appositiue. uotum immortale, uiæ urbis fremebant lætitia, & ludis, & plausu. Chorus matrum erat in omnibus templis, & in omnibus aris, & iuuenci cæsi ante aras strauere, id est, impleuerunt aras. Ipse Cæsar sedens in limine niueo templi candentis recognoscit dona populorum sibi oblata, & aptat illa postibus superbis, id est, altis, & gentes uictæ ordine longo incedunt, id est, eunt tam uariæ linguis, id est, linguarum diuersitate, quam uestis habitu, & armis, &

alij finxerat — Pinxerat: Euphrates ibat iam mollior vndis:
Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis,
alij Dae — Indomitiq; Daci, & pontem indignatus Araxes.
Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur; rerumq; ignarus imagine gaudet,
Attollens humero famamq;, & fata nepotum.

¶ Ecphrasis.

Mulciber, id est, Vulcanus finxerat hic, id est, in hoc clypeo populos Numidum pro Numidarum, & Aphros discinctos, id est, molles, & Vulcanus finxerat, id est, cælauerat hic Lelegas Thessaliæ populos, & Caras urbem Syriæ, aut Caras populos Cariæ, & Gelonos sagittiferos, id est, Scythiæ populos in sagittandi arte peritos. Euphrates ibat iam mollior undis, id est, uictus, & Morini extremi hominum, qui sunt in finibus Galliæ, & Rhenus bicornis fluuius Germaniæ, & Daci populi Septentrionales indomiti, & Araxes fluuius Armeniæ indignatus pontē, id est, quem Xerxes nixus est ponte coniungere ex ripis, & hæc, inquit, omnia in clypeo cælata erant. Aeneas miratur talia dona parentis .i. Veneris matris suæ per clypeum Vulcani, id est, a Vulcano fabricatum, & ille ignarus omnium illarum rerum gaudet imagine, id est, cælatura attollens humero famam & fata nepotum, id est, clypeum, in quo erat cælata omnis sua posteritas.

EXPLICIT LIBER
OCTAVVS.

Adilon.

Nonus habet pugnas, nec adest Dux ipse tumultu.

 MODESTINI IVRISCONSVLTI IN 
Nonum Aeneidos Librum argumentum.



Tque ea diuersa penitus dum parte gerũtur
Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
Teucrorum naues Rutulis iaculantibus ignẽ
Nympharum in speciem diuino numine uersę.
Euryali & Nisi cœptis fuit exitus impar.
Pugnatur: castra Aeneadæ, vallumq́ꝫ tuentur.
Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus.
Fit via vi, Turnus Bitiam, & Pandarum altum
Deijcit, & totis victor dat funera castris.
Iamq́ꝫ fatigatus recipit se in castra suorum.

¶Ecphrasis.

Nonus habet. In hoc monosticho totius libri noni materia est complexa, cum eadem summa decem uersibus sequentibus uberius explicetur. Ordo est. Nonus, scilicet, liber habet, id est, continet pugnas, nec ipse Dux Aeneas *adest, id est, præsens est in tumultu, id est, in ipsa belli perturbatione. Latioris autem argumenti est ordo. Atq; dum ea, quæ dicta sunt octauo libro, geruntur, id est, fiunt parte penitus diuersa, id est, longius remota, Turnus Rutulorum Rex festinat, id est, properat in hostem, scilicet, in Aeneæ socios. Naues Teucrorum uersæ sunt in speciem, id est, formam & figuram Nympharum, id est, puellarum, quæ mari & fontibus præsunt, & hoc, numine diuino, id est, Deæ Berecyntiæ matris Deorum uoluntate (quæ dixit : Maria ante exurere Turno, quam sacras dabitur pinus : Vos ite solutæ, ite Deæ pelagi, genitrix iubet) Rutulis iaculantibus, id est, inijcientibus ignem, id est, flammas. Exitus, id est, finis Euryali & Nisi fuit impar, id est, non correspondit cœptis, id est, initijs, quia ambo interfecti sunt. Pugnatur ab utraq; parte, Aeneadæ, id est, Troiani, qui Aeneam sequebantur, tuentur castra & uallum, id est, munimenta castrorum. Iulus Ascanius pulcher. i. formosus dat letho. i. interimit Rutulum, scilicet, Numanum audacem, id est, temerarium. Via fit ui, id est, uiolentia, Turnus deijcit, id est, occidit Bitiam & Pandarum altum, ambo erant fratres, qui portis pro earum defensione astabant: & ipse Turnus uictor dat funera totis castris, id est, omnes in castris stantes interficit. Et ipse Turnus iam fatigatus, id est, defessus tanta Troianorum, quam ipse ediderat, strage recipit se in castra suorum, id est, Rutulorum, quorum ipse erat dux.*

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS Liber nonus.

Ordit⁹ ab admiratione, impellitq́;, ne negligat occasionem.



Tque ea diuersa penitus dũ parte gerũtur,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnũ: luco tũ forte parẽtis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.
Ad quẽ sic roseo Thaumãtias ore locuta est:
Turne, quod optãti Diuũ promittere nemo
Auderet, voluenda dies en attulit vltro.
Aeneas vrbe, & socijs, & classe relicta,
Sceptra Palatini, sedemq́; petiuit Euandri.
Nec satis, extremas Coriti penetrauit ad vrbes,
Lydorumq́; manum, collectos armat agrestes.
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus:
Rumpe moras omneis, & turbata arripe castra.

Politianus petit Euãdri ut ner sus sit spõdaicus.

¶ *Ecphrasis.*

ATQVE *dum ea, quæ supra memorauimus, geruntur a parte penitus diuersa, id est, contrarijs partibus, Iuno Saturnia, id est, Saturni ex Ope filia misit de cælo Irim nunciam suam ad Turnum audacem, id est, uirum fortem. Qui Turnus tunc forte fortuna sedebat, ut auspicia captaret, in ualle sacrata Pilumni parentis, id est, qui Pilumnus fuit ex Turni maioribus, & inuenit artem pinsendi frumenti, & pro Deo in Italia cultus est. Ad quem Turnum sic inaugurantem Thaumantias, id est, Iris Thaumantis filia locuta est sic ore. Dies uoluenda, id est, uolubilis, hoc est, tempus en ultro attulit tibi o Turne, quod nemo Diuorum auderet tibi promittere, & quid illud sit dicit. Aeneas petiuit sceptra & sedem Euandri Palatini, urbe, quam incœpit fundare, & socijs & classe relictis. Nec id satis est, scilicet, ad Euandrum uenisse, sed etiam penetrauit ad urbes extremas Coriti, id est, ad Tyrrhenos, ubi est mons Coritus, & armat manũ, id est, exercitũ Lydorum, id est, Tyrrhenorũ, et agrestes collectos. Igitur quid dubitas? quia nunc est tempus poscere equos & currus in bellum. Rumpe moras omnes. i. propera, et arripe castra turbata, id est, sine Duce.*

Dixit, & in cœlum paribus se sustulit alis:
Ingentemq́ꝫ fuga secuit sub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis, duplicesq́ꝫ ad sydera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus:
Iri decus cœli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? vnde hæc tam clara repente
Tempestas? video medium discindere cœlum,
Pallantesq́ꝫ polo stellas: sequar omina tanta *alij sequor*
Quisquis in arma vocas. & sic effatus, ad vndam
Processit, summoq́ꝫ hausit de gurgite lymphas,
Multa Deos orans, onerauitq́ꝫ æthera votis.
Iamq́ꝫ omnis campis exercitus ibat apertis,
Diues equum, diues pictai vestis, & auri.
Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidæ iuuenes: medio dux agmine Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est:
Ceu septem surgens sedatis amnibus altus

¶ Ecphrasis.

Dixit Iris, & sustulit se in cælum alis paribus, & secuit fuga, id est, fugiens ingentem arcum sub nubibus. Iuuenis, id est, Turnus agnouit Irim, & sustulit ad sydera, id est, in cælum palmas duplices, ac secutus est tali uoce, id est, allocutus est sic Irim fugientem. O Iri decus, id est, ornamentum cæli, quis detulit mihi te actam ex nubibus? Et hæc tam clara tempestas, id est, temporis serenitas unde uenit repente? Ego uideo medium cælum discindere se, & uideo stellas palantes, id est, sparsas polo. O tu quisquis es, qui uocas me in arma, ego sequor tanta omina, id est, auspicia, & Turnus sic effatus processit ad undam fluminis, & hausit lymphas de gurgite summo orans Deos multa, & onerat altaria uotis nuncupatis. Et iam omnis Turni exercitus ibat campis apertis, id est, per campos, exercitus dico, diues equorum & uestis pictai pro pictæ, & auri. Mesapus coercet primas acies, id est ducit, & iuuenes Tyrrhidæ coercent postrema acierum. Et Turnus dux in medio agmine uertitur per exercitum tenens arma, & est supra omnes toto uertice eminens. Ceu, id est, tanquam Ganges altus surgens septem amnibus, id est, alueis sedatis, id est, tran-

Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus
Cum refluit campis, & iam se condidit alueo.
Hic subitam nigro glomerari puluere nubem
Prospiciunt Teucri; ac tenebras insurgere campis.
Primus ab aduersa conclamat mole Caicus:
Quis globus o ciues caligine voluitur atra?
Ferte citi ferrum; date tela, scandite muros:
Hostis adest, eia. ingenti clamore per omnes
Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.
Nanque ita discedens præceperat optimus armis
Aeneas, siqua interea fortuna fuisset,
Ne struere auderent acies, neu credere campo:
Castra modo, & tutos seruarent aggere muros.
Ergo, & si conferre manum pudor, iraque monstrat,
Obijciunt portas tamen, & præcepta facessunt.
Armatique cauis expectant turribus hostem.
Turnus, vt ante volans tardum præcesserat agmen,

¶ *Ecphrasis.*

quillis per tacitũ cãpum fluit, aut tanquã Nilus cũ refluit cãpis flumine pingui. i. limo Aegyptũ fœcundante, & cũ iam cõdidit se alueo suo. Hic. i. tunc Teucri prospiciunt a longe nubem subitam nigro puluere, id est, nigri pulueris glomerari, id est, inuolui, & prospiciunt tenebras insurgere campis, & Caicus speculator primus conclamat ab aduersa mole, id est, specula. O ciues quis globus atra caligine, id est, caliginis atræ uoluitur. Vos citi ferte ferrum, id est, arma, date tela, & scandite muros, quia hostis adest, eia hortantis est. Igitur Teucri condunt se per omnes portas castrorum & urbis cum ingenti clamore, & complent mœnia, id est, muros. Nam Aeneas optimus, id est, expertus armis discedens ad Euandrum ita præceperat, si qua fortuna, id est, belli casus fuisset, dum ille abesset, neu pro et non auderent struere aciem, & ne auderent credera se campo, sed solummodo seruarent castra & muros tutos aggere, id est, fossa & uallo. Ergo & si pudor et ira monstrant, id est, suadent conferre manum, id est, pugnare, tamen obijciunt hosti uenienti portas, & facessunt præcepta, et ipsi armati expectant hostem turribus cauis. Turnus, ut ante uolans præcesserat eques agmen tardum, id est, pedites comitatus uiginti equi-


Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, crista tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecum iuuenes, qui primus in hostem?
En, ait: & iaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ, & campo sese arduus infert.
Clamorem excipiunt socij, fremituq; sequuntur
Horrisono: Teucrum mirantur inertia corda,
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere: huc turbidus, atq; huc
Lustrat equo muros, aditumq; per auia quærit:
Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas, ventos perpessus, & imbreis
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent, ille asper, & improbus ira
Sæuit in absenteis, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces:

Decorum in Turno seruatum.

Aptißima comparatio, qua describit impotētes affect9 Turni.

¶ Ecphrasis.

[illegible] tum, id est, [illegible] equitibus lectis adest improuisus, id est, subito urbi: quem Turnum equus Thracius maculis albis insignitus portat, et quem galea aurea tegit crista rubra. Et ait, o iuuenes, ecquis erit mecum, qui primus emittat iaculum in hostem? et intorquens iaculum emittit illud in auras. appositiue. principium pugnæ. Et ille arduus infert sese campo. Socij Turni excipiunt illius clamorem, et sequuntur illum fremitu horrisono, et mirantur corda inertia Teucrorum, non dare se campo equo, id est, exire portis, et mirantur uiros non ferre arma obuia, id est, contraria, sed tantum fouere castra, id est, defendere. Igitur Turnus turbidus, id est, iratus lustrat equo, id est, circuit muros huc atq; illuc, et quærit aditum per auia, id est, introitum in urbem per loca in quibus non est uia, et ponit comparationem. Veluti cum lupus insidiatus ouili pleno, et perpessus uentos et imbres super media nocte, id est, ultra: fremit ad caulas, id est, ouium septa. Agni tuti sub matribus exercent Balatum, sed lupus ille asper et improbus i. ieiunus sæuit ira. i. irascitur in absentes agnos. i. quos tangere non potest, et rabies edēdi. i. fames collecta ex longo tēpore, et fauces siccæ sanguine fatigāt illū.



Haud alitēr Rutulo muros, & castra tuenti
Ignescunt iræ, & durus dolor ossibus ardet,
Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos
Excutiat Teucros vallo, atq; effundat in æquor.
Classem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus septem circum, & fluuialibus vndis
Inuadit, sociosq; incendia poscit ouantes,
Atq; manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum vero incumbunt: vrget præsentia Turni:
Atq; omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuere focos: piceum fert fumida lumen
Teda, & commistam Vulcanus ad astra fauillam.

alij humida

Quis Deus o Musæ tam sæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite: prisca fides facto: sed fama perennis.
Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida
Aeneas classem, & pelagi peterc alta parabat,

¶ *Ecphrasis.*

Haud aliter, id est, similiter Iræ ignescunt, id est, incenduntur rutulo, id est, Turno intuenti muros & castra Troianorum, & dolor durus ardet in illius ossibus, & dubitat, qua ratione tentet aditus in urbem, & qua uia excutiat Teucros clausos in uallo, id est, intra murum, & effundat illos .i. eliciat in æquor, id est, in campos. Et tandem post longam deliberationem inuadit classem septem aggeribus circum et undis fluuialibus, quæ classis latebat adiuncta lateri castrorum, id est, urbis, et poscit incendia socios ouantes. Atq; sic feruidus, id est, ardens implet manum pinu, id est, teda flagranti, id est, ardenti. Tum uero comites Turni incumbunt nauium incendio, quia præsentia Turni urget, id est, instigat illos, atq; omnis pubes, id est, iuuentus quæ illum comitabatur, accingitur .i. instruit se facibus atris, id est, fumosis. Itaq; diripuerunt focos, id est, ignes ex focis, et teda fumida fert lumen piceum, id est, nigrum, et Vulcanus, id est, ignis fert ad astra, id est, in cælum fauillam commixtam subaudi fumo. O Musæ memorate mihi, quis Deus auerterit a ratibus Teucris incendia tam sæua? et dicite, quis depulit tantos ignes? Quo tempore Aeneas primum formabat classem, id est, ædificabat in Ida Phrygia sylua Troiana, et parabat petere alta pelagi .i. profundū

Ipsa

Ipſa Deum fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Iouem: Da nate petenti,
Quod tua chara parens domito te poſcit Olympo.
Pinea ſylua mihi multos dilecta per annos:
Lucus in arce fuit ſumma, quo ſacra ferebant,
Nigranti picea, trabibuſq́ obſcurus acernis:
Has ego Dardanio iuueni, cum claſſis egeret,
Læta dedi, nunc ſollicitam timor anxius vrget: *al. angit*
Solue metus, atq́ hoc precibus ſine poſſe parentem,
Nec curſu quaſſatæ vllo, neu turbine venti
Vincantur: proſit noſtris in montibus ortas.
Filius huic contra, torquet qui ſydera mundi:
O genitrix, quo fata vocas? aut quid petis iſtis?
Mortali ne manu factæ, immortale carinæ
Fas habeant? certuſq́ incerta pericula luſtret
Aeneas? cui tanta Deo permiſſa poteſtas?
Imo vbi defunctæ, finem, portuſq́ tenebunt

¶ *Ecphraſis.*

Ipſa Cybele Berecynthia dicta a Berecyntho Phrygiæ mõte, ubi colitur, genitrix Deorũ fertur affata, id eſt, allocuta magnũ Iouẽ his uocibus. i. ſequẽtibus uerbis. O nate da. quod tua chara parẽs poſcit te Olympo domito: q. d. cæli dominũ poſt gigantum pugnam. Sylua pinea dilecta mihi per multos annos fuit mihi lucus ſacratus in arce ſumma, id eſt, apud Gargara, id eſt, Idæ ſyluæ iuga, quo. i. in quem lucum ferebant ſacra, lucus, dico, obſcurus, id eſt, umbroſus picea arbore, id eſt, ſi ſi ho nigranti, & trabibus, id eſt, arboribus acernis. i. ex acere arbore. Ego læta dedi has arbores iuueni Dardanio. i. Aeneæ, cũ egeret claßis, ſed nunc timor anxius urget me ſolicitam. i. ſolicitat me cura illarũ nauiũ. Ideo ſolue mihi hos metus, & ſine me parentem poſſe impetrare hoc a te precibus, ne illæ quaſſatæ ullo curſu. i. nauigatione, aut turbine uenti uincantur: ſed proſit illis eſſe ortas in noſtris montibus. Filius Iuppiter, qui torquet ſydera mundi, dixit huic, id eſt, Cybelæ matri. O genitrix quo uocas fata, id eſt, ordinem fatorum? aut quid petis iſtis nauibus? Carinæ factæ manu mortali. i. humana habeant fas immortale, id eſt, immortalitatis dotes? & Aeneas certus luſtret pericula incerta? Cui Deo tanta poteſtas eſt permiſſa, ut poßit id facere? Imo ego aliud faciam, quod erit multo maius, quã quod petis, ubi illæ naues defunctæ officio nauigãdi tenebunt olim finẽ & portus

Ausonios, olim quæcunque euaserit vndis;
Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Aequoris esse Deas, qualis Nereia Clotho,
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Dixerat: idque ratum Stygij per flumina fratris,
Per pice torrenteis, atraque voragine ripas
Homericũ Annuit: & totum nutu tremefecit Olympum.
Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ
Debita complerant, cum Turni iniuria matrem
Admonuit sacris ratibus depellere tedas.
Hic primum noua lux oculis effulsit, & ingens
Visus ab aurora cælum transcurrere nimbus,
Idæique chori, tum vox horrenda per auras
Excidit, & Troum, Rutulorumque agmina complet:
Ne trepitate meas Teucri defendere naues,
Ne ve armate manus: maria ante exurere Turno;
Quam sacras dabitur pinus. vos ite solutæ,
Ite Deæ pelagi, genitrix iubet. & sua quæque

¶ *Ecphrasis.*

Ausonios, quæcunque ex illis nauibus euaserit undas, et aduexerit ducem Dardaniũ ad arua Laurentia, ego eripiam illis formam mortalẽ, & iubebo Deas esse æquoris magni, qualis Clotho Nereia. i. Nerei filia, & qualis Galatea secant pectore pontũ spumantẽ. Dixerat: & annuit. i. concessit id fore. i. futurũ esse ratũ. i. firmũ per flumina fratris Stygij, id est, Plutonis, & per ripas torrentes pice atque uoragine, annuit inquam, & eo nutu tremefecit Olympum. Ergo dies a Ioue promissa aderat, & Parcæ. id est, fata compleuerant tempora promissa, cum iniuria Turni, quam inferre uolebat, admonuit matrem Deorum depellere tædas, id est, ignes a ratibus sacris. Hic, id est, tunc primum noua lux effulsit oculis, & ingens nimbus, id est, splendor ab Aurora ueniens uisus est transcurrere cælum. Et tunc uox chori Idæi horrenda excidit per auras, & complet agmina Troum, & Rutulorum, id est, utriusque populi exercitum. Vox autem erat, o Teucri ne trepidate, id est, festinate defendere meas naues, & ne armate manus ad hoc, quia ante dabitur Turno exurere maria, quam pinus sacras. Igitur o naues solutæ ite, ite uos Deæ pelagi, quia Deorum genitrix iubet hoc fieri: Et

Continuo puppes abrumpunt vincula ripis,
Delphinumq; modo demersis æquora rostris
Ima petunt: hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt sese totidem facies, pontoq; feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ. *al. puppes*
Obstupuere animis Rutuli: conterritus ipse
Turbatis Messapus equis: cunctatur & amnis
Rauca sonans, reuocatq; pedem Tyberinus ab alto.
At non audaci cessit fiducia Turno:
Vltro animos tollit dictis, atq; increpat vltro:
Troianos hæc monstra petunt, his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit: non tela, nec ignes
Expectant Rutulos: ergo maria inuia Teucris,
Nec spes vlla fugæ, rerum pars altera adempta est.
Terra autem in manibus nostris: tot millia gentes
Arma ferunt Italæ, nil me fatalia terrent,

¶ *Ecphrasis.*

continuo.i. statim quæq; puppes abrũpunt uincula ex ripis, & rostris demersis petunt ima æquora modo.i.in similitudinẽ Delphinũ. Hinc.i.deinde totidẽ facies uirgineæ, reddunt se, & feruntur ponto, quot proræ æratæ steterant prius ad littora. & per parenthesim interposuit monstrum mirabile. Tunc Rutuli obstupuere animis, & ipse Messapus, quem supra dixit æquorum domitorem, conterritus est equis turbatis, & amnis Tybris sonans rauca, id est, nescio quid raucum cunctatur, id est, miratur, & Tyberinus Deus fluminis reuocat pedem alto, id est, a fundo in undas summas, ut exploraret quid illud esset. Et quamquam alij essent perterriti, fiducia idcirco non cessit Turno audaci, quin potius ultro tollit animos, id est, superbiam, atq; ultro increpat, id est, insonat dicens. Hæc monstra, id est, miracula petunt Troianos, id est, malum aliquod illis portendunt, quia Iuppiter eripuit his auxilium solitum, id est, naues, quibus ante hac confidebant. Itaque naues non expectant tela nostra, neque ignes Rutulos, id est, nostros. Ergo maris iam sunt inuia, id est, innauigabilia Teucris, neque ulla est illis fugæ spes, quia altera pars rerum, id est, elementorum est illis adempta, scilicet, aqua, & terra est in manibus nostris, id est, in potestate nostra. Gentes Italæ, id est, tot millia armatorum ferunt arma.

Si qua Phryges præse iactant responsa Deorum:
Sat fatis Veneriq; datum est, tetigere quod arua
Fertilis Ausoniæ Troes: sunt & mea contra
Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
alias, num Coniuge prærepta: nec solos tangit Atridas
Iste dolor, solisq; licet capere arma Mycenis.
Sed perijsse semel satis est: peccare fuisset
Ante satis: penitus modo non genus omne perosos
Fœmineum, quibus hæc medij fiducia valli,
Fossarumq; moræ, leti discrimina parua
Dant animos. an non viderunt mœnia Troiæ
Neptuni fabricata manu considere in ignes?
Sed vos o lecti, ferro quis scindere vallum
Apparat? & mecum inuadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros. addant se protinus omnes
Hetrusci socios: tenebras, & inertia furta

¶ Ecphrasis.

Si qua responsa Deorum fatalia Teucri Phryges præ se iactant.i.præ se ferunt, illa nihil pro non terrent me. Satis datum.i.permissum est fatis, quod Teucri tetigere arua Ausoniæ.i.Italiæ fertilis. Quia etiã mea fata sunt mihi contra.i.è diuerso.s.me posse excindere ferro gentẽ sceleratã.i.Troianos coniuge rapta.s.mihi. Neq; iste dolor ex coniuge rapta solũ tangit Atridas.i. Menelaum, neq; licet capere arma solis Mycenis.i. Græcis propter Helenam raptam, sed etiam mihi propter Lauiniam. Sed dicet quispiam, satis est illos perisse semel, respõdet, fuisset etiam satis peccare semel ante illos non perosos modo omne genus fœmineũ, quibus hæc est fiducia, scilicet, medij ualli.i.interpositum uallum, & fossarum moræ, id est, fossæ interpositæ paruo discrimine leti, id est, moram morti facientes dãt animos. An non uiderunt mœnia Troiæ considere in ignes, quamuis essent fabricata manu Neptuni? quasi dicat, uiderunt. Sed uos o iuuenes electi appello, quis uestrum apparat scindere uallum? & quis inuadit mecum castra trepidantia? Non est mihi opus armis Vulcani, qualia Achilles habuit, nec est opus mihi mille carinis, quot Græci habuerunt in Teucros, & licet, id est, quãuis omnes Hetrusci addant se protinus socios illis, ne timeant a me tenebras & furta inertia

Palladij,cæsis summæ custodibus arcis
Ne timeant,nec equi cæca condemur in aluo:
Luce,palam certum est igni circundare muros.
Haud sibi cum Danais rem faxo,& pube Pelasga
Esse putent,decimum quos distulit Hector in annum. al.ferant
Nunc adeo,melior quoniam pars acta diei,
Quod superest,læti bene gestis corpora rebus
Procurate viri,& pugnam sperate parati.
Interea vigilum excubijs obsidere portas
Cura datur Messapo,& mœnia cingere flammis.
Bisseptem Rutuli,muros qui milite seruent
Delecti:ast illos centeni quenq; sequuti al.sequuntur.
Purpurei cristis iuuenes,auroq; corusci
Discurrunt,variantq; vices,fusiq; per herbam
Indulgent vino,& vertunt crateras ahenos.
Collucent ignes:noctem custodia ducit
Insomnem ludo.

¶ Ecphrasis.

Palladij custodibus summæ arcis cæsis, quod Troiani in euersione Ilij paßi sunt, nec etiam condemur, id est, latebimus in aluo cæca equi, quod Græci fecerunt. Sed certum est nobis circūdare muros igni palā luce .i. die clara & manifeste. Ego faxo .i. faciam, ut putent non esse rem sibi cum Danais & cum pube .i. iuuentute pelasga, quos Græcos .s. oēs Hector distulit in annū decimū quasi ignauos, sed rē sibi esse cū uiris fortibus. Sed quoniā melior pars .i. maior diei est acta, nūc o uiri quod superest .i. reliquū est uos læti ꝓcurate .i. recreate corpora rebus bene gestis, et sperate pugnā parati in diē crastinū. Interea, dū reliqui recreātur cibo et somno, cura datur Messapo obsidere portas urbis excubijs uigilū .i. uigilijs excubātibus, et cingere mœnia flāmis .i. ignib9 nocturnis. Bis septē .i. quatuordecim Rutuli sunt delecti, q seruēt muros milite .i. militibus. Ast cēteni iuuenes purpurei cristis .i. habētes cristas purpureas galearū, et corusci .i. coruscātes auro sequuntur illos quattuordecim, sed cēteni quēq;: q discurrūt et uariāt uices .i. mutāt. Alij fusi per herbā indulgēt uino .i. dāt operā, et uertūt .i. bibēdo resupināt crateras ahenos. Et ignes collucent, &c. custodia .i. custodes, illi ducit .i. producit noctem insomnem ludo .i. ludēdo.

Hæc super e vallo prospectant Troes,& armis
Alta tenent:necnon trepidi formidine portas
Explorant,pontesq́;,& propugnacula iungunt,
Tela gerunt:instant Mnestheus,acerq́; Serestus,
Quos pater Aeneas,si quando aduersa vocarent,
Rectores iuuenum,& rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat,exercetq́; vices,quod cuiq́; tuendum est.

Histori.de Niso et Euryalo.

Nisus erat portæ custos,acerrimus armis
Hyrtacides,comitem Aeneæ quem miserat Ida
Venatrix,iaculo celerem,leuibusq́; sagittis:
Et iuxta comes Euryalus,quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadum,Troiana nec induit arma,
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor vnus erat,pariterq́; in bella ruebant:
Tunc quoq́; communi portam statione tenebant.
Nisus ait:Dij ne hunc ardorem mentibus addunt

¶ *Ecphrasis.*

Troes prospectant hæc omnia,quæ fiũt ab obsessoribus, desuper ex uallo,et tenẽt alta.i.muros armis.Necnon.i.præterea explorãt portas trepidi.i.festini formidine,& iungunt pontes & propugnacula.i.propugnacula põtibus,& gerũt tela. Cui rei Mnestheus & Serestus acer instant,quos pater Aeneas,cũ discedebat,dedit.i.præcepit esse rectores iuuenũ,& esse magistros.i.duces rerum gerẽdarum, siquãdo aduersa uocarent.i.aduersi quicquã accidisset. Omnis legio Troianorum excubat per muros sortita periclũ.i.loca periculosiora,& exercet uices mutando uigilias,& tuetur,quod est tuendũ cuiq́;.Nisus Hyrtacides .i. Hyrtaci filius acerrimus armis erat custos portæ cuiusdam, quem Nisum Ida uenatrix aut mater aut sylua Troiana miserat comitem Aeneæ celerem.i.expeditum iacalo & sagittis leuibus.Et Euryalus puer erat comes iuxta illũ,quo Euryalo alter Aeneadarum.i.de numero Troianorum non fuit pulchrior , neq́; alter pulchrior induit arma Troiana,Euryalus,dico,puer signans ora intõsa iuuenta.i. barbæ lanugine. Amor unus.i.reciprocus erat his duobus,& pariter ruebãt in bella.& tũc quoq́; tenebãt portã statione.i.uigilia cõmuni.Tum Nisus ait. O Euryale ne.i.nunquid Dij addunt hũc ardorẽ mẽtibus hominũ:s.ut aliquid arduum aggrediantur,quod

Euryale?an sua cuiq; Deus fit Dira cupido?
Aut pugnam,aut aliquid iamdudum inuadere magnum
Mens agitat mihi;nec placida contenta quiete est.
Cernis,quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant,somno vinoq; soluti al. sepulti
Procubuere,silent late loca;percipe porro
Quid dubitem,& quæ nunc animo sententia surgat. al. aut
Aeneam acciri omnes populusq;,patresq;
Exposcunt,mittiq;,qui certa reportent:
Si tibi,quæ posco,promittunt (nam mihi facti
Fama sat est) tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros,& mœnia Pallantea.
Obstupuit magno laudum perculsus amore
Euryalus, simul his ardentem affatur amicum:
Me ne igitur socium summis adiũgere rebus Affectus
Nise fugis?solum te in tanta pericula mittam? animi generosi.

¶ Ecphrasis.

ego nunc cupio facere,an sua dira cupido sit Deus cuiq;?id est,habet in se geniũ
a quo impellitur. Hoc dico, quia mens agitat mihi iamdudum inuadere aut pu-
gnam,aut aliquid magnum,nec mens mea est contenta quiete placida,id est, non
potest quiescere. Tu o Euryale cernis,quæ fiducia rerum habeat Rutulos.i.quam
sint securi,quia lumina rara,id est,ignes micant rari & languidi,quod est signũ,
q Rutuli sepulti somno & uino procubuerunt,id est,dormiunt,& q loca silent
late,id est, silentium est in castris. Accipe o Euryale quid porro,id est,deinde du-
bitem,id est, cogitem, & quæ sententia nunc surgat animo meo. Omnes & po-
pulus Troianus & patres, id est, senatores exposcunt Aeneam acciri, id est, uo-
cari, & exposcunt mitti uiros , qui reportent certa, id est , illum faciant cer-
tiorem. Quod si patres & populus promittunt mihi, quæ posco tibi, nam mihi
satis est fama facti,ego uideor mihi posse reperire uiã ad muros & mœnia Pal-
lantea,ubi est Euãder Rex,& Aeneas illius hospes,sub illo tumulo,quẽ digito illi
ostendit. Tunc Euryalus perculsus, id est , commotus magno amore laudum,id
est , honoris assequendi affatur,id est, alloquitur his uerbis amicum ardentem .i.
Nisum, dicens. O Nise,ne .i. nunquid tu fugis adiungere me socium summis re-
bus? & ego dimittam te solum in tanta pericula? quanta nunc aggredi conaris.

Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter Troiæq; labores
Sublatum erudijt, nec tecum talia gessi
Magnanimum Aenean, & fata extrema secutus.
alias, En Est hic, est animus lucis contemptor, & istum
Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.
Nisus ad hæc: Equidem de te nil tale verebar,
Nec fas: non, ita me referat tibi magnus ouantem
Iuppiter, aut quicunq; oculis hæc aspicit æquis.
Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)
Siquis in aduersum rapiat casus ve, Deus ve,
Te superesse velim, tua vita dignior ætas.
Sit qui me raptum pugna, pretio ve redemptum
Mandet humo solita: aut si qua id fortuna vetabit,
Absenti ferat inferias, decoretq; sepulchro:
Neu matri miseræ tanti sim causa doloris,
Quæ te sola, puer, multis e matribus ausa
Prosequitur, magni nec mœnia curat Acestæ.

¶ *Ecphrasis.*

Opheltes genitor meus assuetus bellis non ita erudijt pro educauit me sublatum, id est, genitum inter terrorem, id est, bellum Argolicum. i. Græcorum, & inter labores Troiæ, & ego secutus magnanimum Aeneam, & fata extrema Troiæ nõ gessi tecũ talia, qualia nunc mihi suades. Hic animus. i. meus est contẽptor lucis. i. uitæ, & est, qui credat istum honorẽ, quo tendis, bene emi. i. acquiri uita. i. morte. Nisus respõdit ad hæc. Ego quidẽ nihil tale uerebar de te, neq; fas esse putabã id uereri, non uerebar inquam, ita magnus Iuppiter referat me tibi ouãtem. i. uictorem, aut quicunq; Deus aspicit hæc. i. res humanas oculis æquis. Sed si quis casus aut Deus rapiat me in aduersum, quæ. i. qualia multa uides in tali discrimine, ego uelim te superesse, quia tua ætas est dignior uita, & ut sit superstes aliquis, qui mandet humo solita me. i. humet me raptum pugna, aut redemptum precio ab hostibus: aut si qua fortuna id uetabit. s. redimere me, saltem sit qui ferat inferias mihi absenti, & decoret me sepulchro, scilicet, inani. Et ne ego sim causa tãti doloris matri miseræ, quæ sola ex matribus, id est, mulieribus Troianis prosequitur o puer te, & nõ curat mœnia Acastæ magni, ubi reliquæ fœminæ restiterũt.

Ille autem. Cauſas ne quicquam nectis inanes,
Nec mea iam mutata loco ſententia cedit:
Acceleremus, ait: vigiles ſimul excitat; illi
Succedunt, ſeruantq; vices: ſtatione relicta
Ipſe comes Niſo graditur, Regemq; requirunt.
Cætera per terras omneis animalia ſomno
Laxabant curas, & corda oblita laborum. In nocte conſiliũ.
Ductores Teucrum primi, & delecta iuuentus
Conſilium ſummis regni de rebus habebant:
Quid facerent, quis ve Aeneæ iam nuntius eſſet. al. iret
Stant longis adnixi haſtis, & ſcuta tenentes
Caſtrorum, & campi in medio: tum Niſus, & vna
Euryalus confeſtim alacres admittier orant:
Rem magnam, pretiumq; moræ fore. primus Iulus
Accepit trepidos, ac Niſum dicere iuſſit.
Tunc ſic Hyrtacides: Audite o mentibus æquis

¶ *Ecphraſis:*

Ille autem ſubaudi Euryalus dixit. Tu nectis; id eſt, quæris cauſſas inanes nequicquam. i. fruſtra, nec mea ſententia, quam tibi dixi, mutata loco iam ceſsit, imo in eadem perſeuero, & ideo acceleremus: & ſimul excitat uigiles, qui illis erant ſucceſſuri, illi ſuccedunt, & ſeruant uices ſuas ſtatione relicta, id eſt, uigilia a Niſo & Euryalo. Et ipſe Euryalus graditur comes Niſo, & requirunt Regem, id eſt, Aſcanium Regis Aeneæ filium. Cætera animalia, id eſt, reliqui omnes præter Troianos laxabant curas & corda oblita laborum ſomno, id eſt, dum dormirent, idq; per omnes terras. Ductores primi, id eſt, principes Teucrorum, & iuuentus delecta, id eſt, iuuenes ad hoc delecti habebant conſilium de rebus ſummis regni, ſcilicet, quid facerent, aut quis nuncius eſſet Aeneæ, ut illum faceret certiorem de obſidione urbis ſuæ. Itaque adnixi longis haſtis, & tenentes ſcuta ſtant pedibus inſiſtentes in medio caſtrorum & campi. Tum Niſus & Euryalus una, id eſt, ſimul alacres orant, ſe confeſtim, id eſt, ſtatim admittier, id eſt, intromitti, & dicunt ſe afferre rem magnam, & præcium more, id eſt, rem dignã, in qua immorẽtur, fore, id eſt, futurã eſſe. Et Iulus primus accepit illos trepidos. i. feſtinos, ac iuſsit Niſum priorem dicere. Tunc Hyrtacides, id eſt, Niſus inquit ſic. O Aeneadæ. i. Troiani audite mentibus æquis, id eſt, patienter,

Aeneadæ, ne ve hæc noſtris ſpectentur ab annis,
Quæ ferimus: Rutuli ſomno, vinoq; ſepulti
Conticuere, locum inſidijs conſpeximus ipſi, — al. Procubuere
Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto:
Interrupti ignes, aterq; ad ſydera fumus
Erigitur: ſi fortuna permittitis vti,
Quæſitum Aeneam ad mœnia Pallantea,
Mox hic cum ſpolijs, ingenti cæde peracta
Affore cernetis: nec nos via fallit eunteis.
Vidimus obſcuris primam ſub vallibus vrbem
Venatu aſſiduo, & totum cognouimus amnem.
Hic annis grauis, atq; animi maturus Alethes:
Dij patrij, quorum ſemper ſub numine Troia eſt,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Cum taleis animos iuuenum, & tam certa tuliſtis
Pectora. ſic memorans humeros, dextraſq; tenebat:
Amborum, & vultum lachrymis, atq; ora rigabat.
Quæ vobis, quæ digna viri pro talibus auſis — al. tam

¶ *Ecphraſis.*

& hæc, quæ ferimus in conſultationem, non expectentur a noſtra ætate propter Euryalum dicit, quia Niſus iam grandior erat. Rutuli ſepulti ſomno & uino cõticuerunt, nos ipſi conſpeximus locum, qui patet, id eſt, aptus eſt inſidijs in biuio portæ, id eſt, ubi uia ſcindit ſe in duas partes prope portam, quæ eſt proxima põto. i. mari. Ignes ſunt interrupti, & fumus ater erigitur ad ſydera, quod eſt indicium hoſtes dormire. Quod ſi permittitis nos uti fortuna, ut eamus q̄ſitũ Aeneã ad mœnia Pallantea, ubi nunc eſt, uos cernetis nos affore hic mox, id eſt, paulo poſt cum ſpolijs, & ingenti hoſtium cæde peracta: nec uia, qua eſt eundũ, fallit nos euntes. i. illã optime nouimus. Quia nos uidimus primam urbem. i. urbis partẽ ſub uallibus obſcuris, et cognouimus totũ amnem. i. Tybrim, & hoc uenatu aſſiduo. i. cũ iremus uenatũ. Hic. i. tũc Alethes grauis annis et maturus animi inquit. O Dij patrij, ſub quorũ numine Troia eſt, nõ paratis, id eſt, nõ vultis omnino delere Teucros, cum tuliſtis tales animos iuuenum, & pectora tam certa, id eſt, animos firmos: Et memorans, id eſt, dicens ſic tenebat humeros, & dextras amborũ Niſi & Euryali, & rigabat lachrymis vultum ſuum & ora. i. faciem, dixitq;. O uiri, quæ

Præmia posse rear solui? pulcherrima primum
Dij moresq; dabunt vestri: tum cætera reddet
Actutum pius Aeneas, atq; integer æui
Ascanius meriti tanti non immemor vnquam.
Imo ego vos, cui sola salus genitore reducto
Excipit Ascanius, per magnos Nise penates,
Assaraciq; Larem, & canæ penetralia Vestæ
Obtestor, quęcunq; mihi fortuna, fidesq; est
In vestris pono gremijs, reuocate parentem,
Reddite conspectum, nihil illo triste recepto:
Bina dabo argento perfecto, atq; aspera signis
Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba:
Et tripodas geminos: auri duo magna talenta
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si vero capere Italiam, sceptrisq; potiri
Contigerit victori, & prædę ducere sortem,
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis

Promissa præmiorum.

Interrũpit sermonem senis.

¶ *Ecphrasis.*

premia digna ego rear posse solui uobis pro ausis talibus, id est, pro eo quod audetis, sed Dij dabunt uobis præmia pulcherrima primum, deinde mores uestri, id est, conscientia recte factorũ, tũ. i. deinde Aeneas pius, & Ascanius integer æui nõ immemor unquã. i. semper memor tãti meriti reddẽt uobis præmia actutum. i. cito. Tunc Ascanius excipit, id est, subsequitur Alethem dicens. O Nise immo ego, cui sola salus est genitore reducto, obtestor uos, id est, iuro per magnos penates, quos ex Troia aduehimus, et per Larẽ Assaraci, et per penetralia Vestæ canæ. i. antiquæ. Ego pono in uestris gremijs. i. in uestra potestate fortunam & fidem, quæcunq; fortuna & fides est mihi. Reuocate igitur mihi parentem, & reddite mihi conspectum illius, quia illo recepto nihil potest mihi esse triste. Ego dabo uobis bina pocula perfecta ex argento atq; aspera signis, id est, cælata imaginibus, quæ genitor cæpit deuicta Arisba urbe, & dabo etiam geminos tripodas, & duo magna talenta auri, & cratera antiquum, quem Dido Sidonia dat pro dedit mihi. Preterea si contigerit mihi uel potius patri capere Italiam, & potiri sceptris. i. regni insignibus, & si contigerit ducere sortem prædæ. i. sortiri, et distribuere spolia, o Nise uidisti equum, quo equo, & in quibus armis Turnus ibat

al. comantes.

Aureus: ipsum illum clypeum, cristasque rubenteis
Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise.
Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora captiuosque dabit, suaque omnibus arma.
Insuper id campi, quod Rex habet ipse Latinus.
Te vero, mea quem spatijs propioribus ætas
Insequitur, venerande puer iam pectore toto
Accipio, & comitem casus complector in omneis.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,
Seu pacem, seu bella geram: tibi maxima rerum
Verborumque fides. contra quem talia fatur
Euryalus: Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit, tantum fortuna secunda,
Aut aduersa cadat; sed te super omnia dona
Vnum oro, genitrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia Regis Acestæ:

Pietas Euryali.

¶ *Ecphrasis.*

aureus: ego excipiam sorti illum ipsum clypeum, & cristas rubentes .i. galeam cũ cristis; iam nũc, id est, ab hoc tempore tua præmia o Nise. Præterea genitor meus Aeneas dabit tibi bis sex, id est, duodecim corpora lætissima matrum .i. ancillarũ, & dabit captiuos, & omnibus illis sua arma. Et insuper his dabit illud campi, id est, campum, quem Latinus Rex habet nunc. Et puer venerande, id est, o Euryale quem ætas mea insequitur spacijs propioribus, id est, qui proximus sum tibi ætate, ego accipio te, & complector comitem in omnes casus prosperos siue aduersos. Et seu ego geram pacem seu bella, in meis rebus nulla quæretur gloria sine te, id est, omnis gloriæ participem te faciam. Maxima fides rerum & uerborum erit tibi a me, id est, tibi maxime credam & res meas & uerba. Cõtra quæ Ascanij uerba Euryalus fatur talia, id est, respondet. Nulla dies arguerit me dissimilem tam fortibus ausis, id est, semper ero similis huic facto, quod nunc aggredior, siue fortuna sit prospera siue aduersa: sed super omnia dona, q̃ pollicitus est nobis, unũ oro, et quid sit illud, subiũgit dicẽs. Genitrix est mihi de gente, id est, de familia uetusta Priami, quam miseram tellus Ilia, id est, Troia nõ tenuit excedentẽ meũ .i. cũ ego huc discederẽ. Et mœnia Regis Acestæ nõ tenuerũt illã in Sicilia

Hanc ego nunc ignaram huius, quodcunq; pericli est,
Inq; salutatam linquo (nox, & tua testis
Dextera) quod nequeam lachrymas perferre parentis:
At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ:
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omneis. perculsa mente dederunt
Dardanidæ lachrymas, ante omnes pulcher Iulus:
Atq; animum patriæ strinxit pietatis imago.
Tum sic effatur.
Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis:
Namque erit ista mihi genitrix, nomenq; Creusæ
Solum defuerit: nec partum gratia talem
Parua manet, casus factum quicunq; sequetur.
Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat,
Quæ tibi polliceor reduci, rebusque secundis,
Hæc eadem matriq; tuæ, generiq; manebunt.
Sit ait illachrymans, humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon

¶ *Ecphrasis.*

& ego nūc relinquo hāc ignarā huius periculi, qudocunq; est. i. immineret, & relinquo illā insalutatā, quod p quia nequeā perferre lachrymas parētis, cuius rei nox & tua dextera & fides est testis. O Ascani, ego oro te, tu solare hāc inopē, & succurre illi relictæ. i. a me desertæ, & sine. i. permitte me ferre hāc spem tui. i. de te, quia sic ego ibo audētior in oēs casus, quęūq; accidēt. Tūc Dardanidæ uidētes Euryali indolē dederūt lachrymas mēte pculsa. i. cōmota. sed ante oēs Iulus pulcher dedit lachrymas, atq; imago pietatis patriæ. i. ipsius in patrē pstrīnxit animū. et tūc effatur sic. O Euriale, ego spōdeo oīa digna tuis cœptis ingētibus. Nāq; ista mater tua erit mihi genitrix, & solū uomen Creusæ defuerit, quo noīe fuit mater mea, neq; parua gratia imo magna decet talē partū. i. illā, quæ talē peperit. Et hoc, quicūq; casus siue prosper, siue aduersus seq̄tur factū. i. incœptū. Ego iuro per hoc caput. s. meū, per qd' pater. s. meus solebat iurare ante, quod hæc oīa manebūt matri tuę & generi tuo deinceps, quæcunq; polliceor tibi reduci, id est, a periculo liberato, & rebus secundis. i. bene succedentibus. Sic ait Ascanius illachrymans, & simul exuit humero ensem auratum, quē Lycaon faber egregius fecerat mira arte.

Gnosius,atq; habilem vagina aptarat eburna.
Dat Nisus Mnestheus pellem,horrentisq; leonis
Exuuias,galeam fidus permutat Alethes.
Protinus armati incedunt:quos omnis euntes
Primorum manus ad portas,iuuenumq;,senumq;
Prosequitur votis:necnon & pulcher Iulus
Ante annos animumq; gerens curamq; virilem,
Multa patri portanda dabat mandata:sed auræ
Omnia discerpunt,& nubibus irrita donant.
Egressi superant fossas,noctisq; per vmbram
Castra inimica petunt,multis tamen ante futuri
Exitio:passim vino somnoq; per herbam
Corpora fusa vident,arrectos littore currus,
Inter lora,rotasq; viros,simul arma iacere,
Vina simul.prior Hyrtacides sic ore locutus:
Euryale audendum dextra,nunc ipsa vocat res:
Hac iter est:tu nequa manus se attollere nobis

¶ *Ecphrasis.*

& aptarat ensem illũ habilem in uagina eburna. Mnestheus dat Niso pellem & exuuias leonis horrentis, id est, hirsuti, & Alethes fidus permutat cum illo galeam. Protinus.i.deinde illi armati incedunt,quos euntes omnis manus iuuenumq; & senum primorũ,id est, principum prosequitur uotis usq; ad portas. Necnon.i. præterea Iulus pulcher gerens animum, & curam uirilem ante annos,id est,ante tempus ætatis dabat multa mandata portanda patri. Sed omnia illa mandata irrita, id est,uana auræ,id est,uenti discerpunt,id est,dissipant, & donant nubibus, non autem Aeneæ,cui mittebantur. Tunc illi egressi portis urbis superãt fossas cum uallo, & petunt castra inimica per umbram noctis, tamen futuri multis exitio, quia priusquam ipsi perirent, multos occisuri erant, & uident passim,id est,ubique per herbam multa corpora hostium fusa, id est, iacentia somno & uino,& uident currus arrectos in littore,id est,habentes,ut fit,temones arrectos,& uident inter lora,& inter rotas curruum simul iacere uiros, & simul arma,& simul uina. Et Hyrtacides,id est,Nisus Hyrtaci filius prior locutus est sic ore. O Euryale ipsa res,id est,opportunitas nunc uocat,audendũ.i. aggrediendum audacter. Hac iter est.s.ad audaciã,sed nequa manus possit attollere se nobis

A tergo possit, custodi, & consule longe, *al. p͞sstice*
Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, vocemq́ʒ premit, simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur: qui forte tapetibus altis *al. sorte*
Extructus, toto proflabat pectore somnum:
Rex idem, & Regi Turno gratissimus augur,
Sed non augurio potuit depellere pestem.
Treis iuxta famulos temere inter tela iacentes
Armigerumq́ʒ Rhemi premit, aurigamq́ʒ sub ipsis
Nactus equis, ferroq́ʒ secat pendentia colla.
Tum caput ipsi aufert domino, truncumq́ʒ relinquit *Natura cadaueris.*
Sanguine singultantem. atro tepefacta cruore
Terra, toriq́ʒ madent: necnon Tamirumq́ʒ, Lamumq́ʒ.
Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte
Luserat insignis facie: multoq́ʒ iacebat
Membra Deo victus, felix si protinus illum
Aequasset nocti ludum, in lucemq́ʒ tulisset.

¶ *Ecphrasis.*

A tergo, dum ego in hostes grassor custodi tergum meum, & consule, id est, prouide longe, quia ego uastabo hæc aduersa, & ducam te limite lato, id est, tuto. Sic memorat Nisus, & premit. i. comprimit uocem, & simul aggreditur ense Rhamnetem superbum, id est, nobilem, qui forte extructus, id, est, iacens in tapetibus altis, id est, lecto molli proflabat somnum toto pectore, id est, stertebat. Idem Rex & augur gratißimus Turno Regi, sed non potuit depellere pestem, id est, mortē augurio, id est, augurandi arte, & premit, id est, occidit tres famulos Rhamnetis iacentes temere inter tela, & premit etiam armigerum Rhemi, & aurigam eiusdem nactus eundem sub ipsis equis, & secat ferro, id est, ense colla pendentia illius, tum, id est, deinde aufert caput ipsi domino, id est, Rhemo, & relinquit truncum illius singultantem sanguine. i. sanguinem emittentem. Terra & tori. i. lecti madent tepefacti cruore atro, id est, tabo, necnon. i. prætera Nisus occidit Tamirum, & Lamum, & Serranum iuuenem, qui insignis facie luserat plurima, id est, plurimum illa nocte. Et iacebat uictus membra, id est, habens membra uicta multo Deo. i. uino, Serranus, dico, felix si protinus. i. continuo æquasset illum ludum nocti. i. si per totam noctē lusisset, & tulisset ludū in lucem. i. diem.

al. turbam Impastus ceu plena leo per ouilia turbans
(Suadet enim vesana fames) manditq;, trahitq;
Molle pecus, mutumq; metu: fremit ore cruento.
Nec minor Euryali cædes: incensus & ipse
Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumq;, Hebesumq; subit, Rhetumq;, Abarimq;
Ignaros: Rhetum vigilantem, & cuncta videntem,
Sed magnum metuens se post cratera tegebat:
Pectore in aduerso totum cui comminus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit:
Purpuream vomit ille animam, & cum sanguine mista
Vina refert moriens. Hic furto feruidus instat,
Iamq; ad Messapi socios tendebat, vbi ignem
Deficere extremum, & religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breuiter cum talia Nisus
(Sensit enim nimia cæde, atq; cupidine ferri)
Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.

¶ *Ecphrasis*

Et ponit deinde comparationem dicens. Ceu leo impastus, id est, famelicus turbãs mãdit & trahit molle pecus & mutũ metu per ouilia plena, & per parenthesim interposuit, quia fames uesana .i. furiosa suadet .i. inducit illũ, & leo ille fremit ore cruẽto. Nec cedes Euryali .i. ab Euryalo illata fuit minor, quia & ipse incẽsus perfurit, ac subit .i. adoritur multam plebem in medio sine nomine .i. ignobilem, & subit Fadum, & Hebesum, & Rhetum, & Abarim omnes ignaros .i. nihil tale timentes, Rhetum tamen uigilantem & uidentem cuncta, quæ fiebant, sed metuens tegebat se post cratera magnũ. Cui Rheto Euryalus assurgẽti .i. surgere tẽtanti cõdidit .i. immisit totũ ensem in pectore aduerso cominus .i. prope, & recepit ensem multa morte. Ille igitur uomit animã purpureã .i. sanguinẽ, & moriens refert .i. reuomit uina mixta cum sanguine. Hic .i. Euryalus feruidus furto, i. id est, cædi furtiuæ instat. Et iam Euryalus tendebat ad socios Messapi, ubi uidebat extremum ignem deficere, id est, extingui, & uidebat equos religatos rite .i. ex ordine carpere gramẽ .i. pasci per cãpos, cum Nisus ait breuiter: absistamus, id est, discedamus; & per parenthesim interposuit, quia sensit illum Euryalũ ferri nimia cæde atq; cupidine .i. cædis cupiditate, absistamus inquã, nã lux inimica nobis ꝓpinquat.

Pœnarum exhauſtum ſatis eſt: via facta per hoſtes.
Multa uirum ſolido argento perfecta relinquunt
Armaq́;, craterasq́; ſimul, pulchrosq́; tapetas. *pulchros alij pictos*
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tyburti Remulo ditiſſimus olim
Quæ mittit dona, hoſpitio cum iungeret abſens
Cædicus: ille ſuo moriens dat habere nepoti:
Poſt mortem bello Rutuli, prædaq́; potiti.
Hæc rapit, atq; humeris nequicquam fortibus aptat,
Tum galeam Meſſapi habilem, criſtisq; decoram
Induit: excedunt caſtris, & tuta capeſſunt.
Interea præmiſſi equites ex vrbe latina,
Cætera dum legio campis inſtructa moratur,
Ibant, & Turno regi reſponſa ferebant: *Alluſio ad arma Romanorū*
Ter centum, ſcutati omnes, Volſcente magiſtro.
Iamq́; propinquabant caſtris, muroq́; ſubibant, *alij Volcē-*
Cum procul hos læuo flectentes limite cernunt, *te.*

¶ Ecphraſis.

quia ſatis pœnarum eſt exhauſtum, id eſt, acceptum ab hoſtibus, & uia eſt facta per hoſtes, quos interfecimus, & relinquunt multa arma uirum pro uirorū perfecta ex argento ſolido, id eſt, non tantum argentata, & relinquunt crateras & tapetas pulchros, ſed Euryalus rapit phaleras .i. ornamenta equi, & cingula aurea bullis, id eſt, baltheum bullas aureas habentem, quæ dona Cædicus olim ditiſsimus mittit pro miſsit Remulo Tyburti, id eſt, ex urbe Tybure, cum ille abſens iungeret, id eſt, iungere uellet ſibi hoſpitio, id eſt, hoſpitem, & ille Remulus donat habere ſuo nepoti moriens, id eſt, cum moreretur. Et poſt illius Remuli mortem Rutuli potiti ſunt illis in bello & pugna. Tum Euryalus induit galeam habilem Meſapi, & decoram criſtis, excedunt igitur caſtris, & capeſſunt tuta loca, ſcilicet, extra caſtra. Interea dum hæc in caſtris fierent, equites præmiſsi ex urbe Latina ibant & ferebant reſponſa Turno Regi, dum cætera legio, id eſt, exercitus grauis armaturæ inſtructa, id eſt, armata moratur campis, equites, dico, omnes ſcutati Volcente magiſtro, id eſt, illorum duce, & iam equites illi propinquabant caſtris, & ſubibant muro Rutulorum, cum cernunt hos, id eſt, Nyſum & Euryalum flectentes curſum limite læuo, & galea pro-

Et galea Euryalum sub lustri noctis in vmbra
Prodidit immemorem, radijsq; aduersa refulsit.
Haud temere est visum: conclamat ab agmine Volscens:
State viri: quæ causa uiæ? quiue estis in armis?
Quo ue tenetis iter? nihil illi tendere contra,
Sed celerare fugam in syluas, & fidere nocti,
Obijciunt equites sese ad diuortia nota,
Hinc atq; hinc: omnemq; aditum custode coronant.
Descriptio syluæ. Sylua fuit late dumis, atq; ilice nigra
Horrida, quam densi complerant vndiq; sentes:
alij colles. Rara per occultos ducebat semita calles.
Euryalum tenebræ ramorum, onerosaq; præda
Impediunt: fallitq; timor regione uiarum.
Nisus abit: iamq; imprudens euaserat hostes,
alij lacus. Atq; locos, qui post Albæ de nomine dicti
Albani, tum Rex stabula alta Latinus habebat.
Vt stetit, & frustra absentem respexit amicum;

¶ *Ecphrasis.*

didit Euryalum immemorem, id est, oblitum tegere illam in umbra noctis sublustri, quia illa galea aduersa refulsit radijs, & id uisum est haud temere, id est, non sine causa, et Volscens dux Latinorũ conclamat ab agmine, id est, cohorte, quã ducebat. O uiri quicunq; estis state, quæ causa est uobis uiæ? id est, quo tenditis, aut qui estis in armis, id est, armatis & quo tenetis iter? id est, iti. Illi, scilicet, Nisus & Euryalus nihil tendere contra, pro respondebant, sed celerare pro celerabant fugã in syluas, et fidere pro fidebãt nocti opacæ .i. noctis obscuritati. Tũc equites obijciunt sese hinc atq; hinc, id est, ab omni parte ad diuortia nota, id est, ad semitas, & coronant, id est, obsident custode omnem aditum, id est, loca unde abire possent. Sylua fuit late horrida dumis & ilice nigra, quam sentes densi, id est, spinæ undiq; complerant: per quam semita rara ducebat per calles occultos. Sed tenebræ ramorum & præda onerosa impediunt Euryalum, & timor fallit illum ignota regione uiarum. Nisus abit, id est, discedit, & iam ille imprudens, id est, inscius Euryali euaserat hostes atq; locos, qui postea dicti sunt Albani de nomine Albæ ciuitatis, quos aut ubi Rex Latinus tunc habebat alta stabula. Sed ut Nisus stetit, & respexit amicum absentem sed frustra,

Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Qua ue sequar? rursus perplexum iter omne reuoluens,
Fallacis syluæ, simul & uestigia retro
Obseruata legit, dumisq; silentibus errat.
Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum.
Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures
Peruenit, ac uidet Euryalum, quem iam manus omnis,
Fraude loci, & noctis subito turbante tumultu
Oppressum rapit, & conantem plurima frustra.
Quid faciat? qua ui iuuenem, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in hostes
Inferat? & pulchram properet per uulnera mortem?
Ocyus adducto torquens hastile lacerto,
Suspiciens altam Lunam, sic uoce precatur:
Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori,
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos,
Siqua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris

¶Ecphrasis.

quia illum non uidit, inquit. O Euryale infœlix in qua regione ego reliqui te? Et ille reuoluens omne iter perplexum syluæ fallacis, id est, in qua sylua iter erat adeo anfractibus dubium, ut quemuis posset fallere, & simul retro legit, id est, recurrit uestigia obseruata, & errat dumis silentibus. Tunc audit equos, & audit strepitus & signa, id est, symbolum sequentium Latinorum. Nec longum tempus fuit in medio, cum clamor peruenit ad aures Nisi, ac uidit Euryalum, quem omnis manus iam rapit, id est, occidit oppressum fraude loci, & subito tumultu noctis turbante illum, & conantem plurima in suam defensionem sed frustra. Quid faciat? id est, facere possit Nisus, & qua ui audeat eripere iuuenem, id est, Euryalum? & quibus armis? & dubitabat, an ille moriturus inferat sese in medios hostes, & properet mortem pulchram, id est, honestam per uulnera. Tunc torquens hastile adducto ocyus lacerto, morem iaculantis ostendit, & suspiciens altam Lunam precatur sic uoce. O Latonia, id est, Diana Decus astrorum, & custos nemorum, tu Dea præsens succurre. i. da auxilium nostro labori. i. necessitati præsenti sis propitia, succurre, si unquam, si pater meus Hyrtacus tulit unquam pro me aliqua dona tuis aris,

Dona tulit, ſiqua ipſe meis uenatibus auxi,
Suſpendi ue tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi,
Hunc ſine me turbare globum, & rege tela per auras.
Dixerat: & toto connixus corpore ferrum
Coniicit: haſta volans noctis diuerberat vmbras,
Et venit aduerſi in tergum Sulmonis, ibiq;
Frangitur, ac fixo tranſit præcordia ligno.
Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus: & longis ſingultibus ilia pulſat.
Diuerſi circumſpiciunt. hoc acrior idem
Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure,
Dum trepidant: it haſta Tago per tempus vtrunq;
Stridens, traiectoq; hæſit tepefacta cerebro.
Sæuit atrox Volſcens, nec teli conſpicit vſquam
Autorem: nec quo ſe ardens immittere poſſit.
Tu tamen interea calido mihi ſanguine pœnas

¶ Ecphraſis.

& ſi ego meis uenatibus, id eſt, de mea uenatione auxi tibi aliqua dona, & ſuſpendi tholo, id eſt, templi ſummitate, aut fixi ad faſtigia ſacra idem eſt, quod ſuſpendi tholo: ſi itaq; inquam eſt, o Diana ſine, id eſt, permitte me turbare hunc globum equitũ. i. Latinorũ cohortem, & rege tela per auras. Dixerat Niſus hæc nimis fretus audacia, quia uenator, & Dianæ familiaritate. Et connixus toto corpore conijcit, id eſt, iaculatur ferrum, id eſt, haſtam ferro præfixam, & haſta illa uolans diuerberat umbras noctis, & uenit in tergum Sulmonis aduerſi, id eſt, qui erat ex oppoſito, & ibi frangitur, & tranſit, id eſt, traijcit præcordia ligno fixo, id eſt, haſta. Et Sulmo frigidus, quia moriens, uoluitur, id eſt, cadit uomẽs flumẽ ſanguinis calidũ de pectore, et pulſat ilia ſingultibus longis. Latini circumſpiciunt diuerſi, id eſt, per diuerſas partes. Et idem Niſus acrior hoc, ſcilicet, quod Sulmonem occidit, librabat aliud telum ab aure ſumma, id eſt, a parte auris altæ, & dum Latini trepidant, haſta it Tago, ideſt, in Tagum ſtridens per utrumq; tempus capitis, & haſta illa tepefacta hæſit in cerebro traiecto, id eſt, transfixo. Tunc Volcens atrox uidens ſuorum cædem ſæuit, nec conſpicit uſquam authorem teli, id eſt, iaculatorem, nec uidet, quo ille ardens, id eſt, iratus poßit immittere ſe, & inquit Euryalo. Tu perſolues mihi interea ſan

Persolues amborum, inquit: simul ense recluso
Ibat in Euryalum. tunc vero exterritus amens
Conclamat Nisus: nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum
O Rutuli, mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus,
Nec potuit: cœlum hoc, & sydera conscia testor.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: sed viribus ensis adactus
Trans adigit costas, & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus leto, pulchrosq; per artus
It cruor, inq; humeros ceruix collapsa recumbit:
Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens: lasso ue papauera collo
Demisere caput, pluuia cum forte grauantur.
At Nisus ruit in medios, solumq; per omnes
Volscentem petit: in solo Volscente moratur.
Quem circum glomerati hostes, hinc cominus, atq; hinc

Decorum in Niso offerente se pro amico

adigit alij abyt

lasso alij lapso.

¶ Ecphrasis.

guine tuo pœnas amborum, id est, Sulmonis & Tagi, & simul hæc dicens ibat in Euryalum ense recluso, id est, euaginato. Tum uero Nisus amens & exterritus, cum uideret amicum peti ferro, conclamat, neq; potuit cælare se amplius, aut perferre tantum dolorem. Et ait: o Rutuli subaudi interficite me me, qui feci, & conuertite in me ferrũ, adsum qui feci. i. Sulmonem & Tagum occidi. Omnis fraus fuit mea, quia iste, scilicet, Euryalus neq; ausus est talia, neq; potuit facere, testor ego, id est, adiuro cælum, hoc est, sydera conscia: sed tantum dilexit nimium me amicum infœlicem, atq; ideo me secutus est. Nisus dabat talia dicta, id est, dicebat. sed ensis adactus, id est, impulsus uiribus transadigit, id est, traijcit costas, & prærumpit pectora candida. Euryalus uoluitur leto, id est, moriens cadit & cruor it per artus pulchros, & ceruix collapsa recumbit in humeros quasi iam deficiẽs. Veluti cũ flos succisus aratro hoc est radicib⁹ scißis moriens languescit, id est, marcidus fit, aut papauera lasso collo demisere caput cum forte grauãtur pluuia. At Nisus ruit in medios, & per omnes, id est, inter omnes petit Volscentẽ ducem Latinorũ, & in solo Volscente moratur. i. animũ intẽdit.

Proturbant: instat non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduerso: & moriens animam abstulit hosti.
Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus: placidaque ibi demum morte quieuit.
Fortunati ambo: si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet æuo,
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, Imperiumque pater Romanus habebit.
Victores præda Rutuli, spolijsque potiti
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exangui, & primis vna tot cæde peremptis,
Serranoque, Numaque, ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesque viros, tepidumque recenti
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos.

Amicorũ commorientiũ gloria.

al. primumq;

¶ *Ecphrasis.*

Quem Nisum hostes circum, id est, in circuitu glomerati proturbant, id est, impellunt cominus, id est, prope hinc atq; hinc, id est, ab omni parte, sed Nisus instat, hoc est, instanter agit non segnius immo ardentius, & rotat, id est, uibrat ensem fulmineum, donec condidit ore aduerso. i. opposito Rutuli clamantis, id est, Volscentis, & sic Nisus moriens abstulit animam hosti, hoc est, hosti. Tunc ille confossus proiecit sese super amicum exanimem, id est, mortuum, & ibi demum quieuit morte placida. Ambo fortunati, qui se sic dilexerunt. Sed si mea carmina quid possunt, nulla dies eximet uos ab æuo memori, id est, semper eritis in ore hominum, & hoc dum domus, id est, familia Aeneæ accolet, id est, uenerabitur immobile saxum Capitolij, & dum pater Romanus habebit imperium. Tunc Rutuli uictores potiti præda & spolijs, quæ detraxerant Niso & Euryalo, flentes ferebant in castra Volscentem exanimum, id est, interfectum. Nec minor immo maior luctus erat in castris Rutulorum Rhamnete reperto exangui, id est, mortuo, & primis, id est, primoribus peremptis una cæde, id est, strage unius noctis, scilicet, Serrano & Numa. Et ingens concursus fit ad ipsa corpora mortuorum, & ad uiros semineces, id

Agnoſcunt ſpolia inter ſe, galeamq́ nitentem
Meſſapi, & multo phaleras ſudore receptas. Et per ſpolia autores cædūt.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,
Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis.
Turnus in arma viros, armisq́ circundatus ipſe
Suſcitat, æratasq́ acies in prælia cogit
Quiſq́ ſuas, varijsq́ acuunt rumoribus iras.
Quin ipſa arreptis (viſu mirabile) in haſtis alij miſerabile
Præfigunt capita, & multo clamore ſequuntur,
Euryali, & Niſi.
Aeneadæ duri murorum in parte ſiniſtra
Oppoſuere aciem (nam dextra cingitur amni)
Ingentesq́ tenent foſſas, & turribus altis
Stant mœſti: ſimul ora virum præfixa videbant,
Nota nimis miſeris, atroq́ fluentia tabo. alij miſerorum
Interea pauidam volitans pennata per vrbem
Nuntia fama ruit, matrisq́ adlabitur aures

¶ Ecphraſis.

eſt, palpitantes, & ad locum tepidum recenti cæde .i. ſanguine, & ad riuos plenos ſanguine ſpumanti. Et agnoſcunt inter ſe galeam Meſſapi nitentem, & phaleras Rhamnetis receptas .i. recuperatas multo ſudore .i. periculo et labore. Et iã prima aurora relinquens cubile croceum Titoni Laomedontis fratris atq; ſui cõiugis ſpargebat terras nouo lumine, & Sole .i. Solis ſplendore iam infuſo, & rebus iam retectis .i. apertis luce. Tunc Turnus ſuſcitat uiros in arma .i. hortatur ipſe circundatus armis .i. armatus, & cogit .i. congregat in prælia acies æratas .i. armatas. & quiſq; acuunt .i. incitant ſuas iras rumoribus. Quin etiam præfigunt in haſtis arrectis .i. erectis ipſa capita Euryali et Niſi, & ſeqũtur illa multo clamore. Aeneadæ duri .i. Troiani laboribus durati oppoſuere aciem in ſiniſtra parte murorum. nam dextra parte urbs cingitur amni, & tenent foſſas ingentes, & ſtant mœſti in altis turribus, & ſimul etiam uidebant ora uirorum præfixa, ſcilicet, in haſtis, ora dico, ideſt, capita nimis nota miſeris, & fluentia tabo atro, id eſt, nigro ſanguine. Interea, dum hæc fiunt extra urbem, fama ruit per urbem pauidam, fama inquam uolitans & pennata, quia fingitur alas habere,

Euryali, ac subitus miseræ calor ossa reliquit,
Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa.
Euolat infoelix, & fœmineo vlulatu
Scissa comam, muros amens, atq; agmina cursu
Prima petit: non illa virum, non illa pericli,
Telorumq; memor: cœlum de hinc questibus implet:
alij Hucci ne te Hunc ego te Euryale aspicio? tu ne illa senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
alij funere Alitibusq; iaces: nec te tua funera mater
Produxi, pressiue oculos, aut vulnera laui
Veste tegens, tibi quam noctes festina diesq;
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
Quo sequar? aut quæ nunc artus, auulsaq; membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te

¶ *Ecphrasis.*

quæ nūcia allabitur. i. ad aures uenit matris Euryali, cuius, cum tristem nuncium accepisset, calor reliquit ossa miseræ, quia exanimata est, & radij excussi sunt ex manibus illius, & pensa reuoluta sunt, id est, ceciderunt in terram. Tunc illa infoelix euolat, & scissa comam fœmineo ululatu, amens prima petit cursu, id est, currens muros atq; agmina prima, id est, in fronte posita: illa dico, non memor uirum pro uirorum, & non memor periculi & telorum. De hinc implet cœlum questibus, id est, querelis dicens. O Euryale ego ne aspicio, id est, aspicere possum te hunc, id est, talem? Tu ne es illa sera requies meæ senectæ, id est, in quo mihi putabam esse consenescendum? O crudelis tu potuisti relinquere me solam? nec est data copia mihi matri miseræ affari uerbis extremis te missum sub tanta pericula? Heu tu iaces præda data canibus & uolucribus Latinis in terra ignota, & ego mater non produxi, id est, comitata sum te, id est, tua funera, nec pressi tuos oculos, aut laui tua uulnera tegens te ueste, quam ego festina urgebam, id est, properabam noctes & dies, & solabar curas aniles, id est, meas, quæ anus sum, tela, id est, in tela facienda. Quo ego sequar te? aut quæ tellus habet nunc artus tuos & membra auulsa, & funus? id est, cadauer lacerum.

Nate refers? hoc sum terraq́ꝫ, mariq́ꝫ secuta? hoc dij. que
Figite me, siqua est pietas, in me omnia tela
Coniicite, o Rutuli, me primam absumite ferro:
Aut tu magne pater Diuum miserere, tuoq́ꝫ
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
Hoc fletu concussi animi, mœstusq́ꝫ per omnes
It gemitus: torpent infractæ ad prælia vires.
Illam incendentem luctus Idæus, & Actor
Ilionei monitu, & multum lacrymantis Iuli
Corripiunt: interq́ꝫ manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro alij sonoro
Increpuit: sequitur clamor, cœlumq́ꝫ remugit.
Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac vellere vallum.
Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros.

¶ *Ecphrasis.*

O Nate tu refers mihi hoc de te? id est, hæc ego de te speraui, et ego secuta sum hoc terra & mari, ut te talem uiderem. O Rutuli figite me, & coniicite in me omnia tela, & absumite, id est, perdite me ferro, siqua est pietas, id est, si mei uultis misereri. Aut tu o Iuppiter magne pater Diuorum miserere mei, & detrude, id est, deiice fulmine sub tartara hoc caput meum inuisum, id est, odiosum tibi, quando pro quoniam ego nequeo abrumpere aliter uitam crudelem. Animi Troianorum concußi sunt hoc fletu, & gemitus mœstus it per omnes, id est, omnes gemiscunt, & uires infractæ, id est, ualde fractæ, aut ante illud tempus nunquam fractæ torpent ad prælia. Idæus et Actor uiri Troiani corripiunt illam incendentem luctus, id est, excitantem, & hoc monitu Ilionei & Iuli multum lachrymantis, et reponunt illam sub tecta inter manus, id est, illam brachijs deducentes. At tuba hostium bellicam expugnationem canens increpuit, id est, insonuit procul sonitum terribilem, & hoc ære canoro, id est, tuba ipsa ærea. Clamor quoq; sequitur tubæ sonitum illum, & Volsci accelerant pariter testudine acta, id est, admota muris machina in modum testudinis animalis, & parant implere fossas, ac conuellere, id est, dißipare uallum. Pars alia quærunt aditum in urbem; & quærunt ascendere muros scalis ea parte, qua acies

Qua rara eſt acies, interlucetq́ corona
Non tam ſpiſſa viris: telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Aſſueti longo muros defendere bello.
Saxa quoq; infeſto uoluebant pondere, ſi qua
Poſſent tectam aciem perrumpere: cum tamen omnes
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.
Nec iam ſufficiunt: nam qua globus imminet ingens,
Immanem Teucri molem voluuntq́, ruuntq́:
Quæ Rutulos ſtrauit late, armorumq́ reſoluit
Tegmina, nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, ſed pellere vallo
Miſſilibus certant.
Parte alia horrendus viſu quaſſabat Hetruſcam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Meſſapus equum domitor, Neptunia proles
Reſcindit vallum, & ſcalas in mœnia poſcit.

¶ *Ecphraſis.*

eſt rara, & corona interlucet, ubi non eſt ſpiſſa uiris. Teucri effundere pro ef-fundebant contra omne genus telorum, aſſueti detrudere oppugnantes con-tis duris, id eſt, fuſtibus, & aſſueti defendere muros longo bello. Quoq;, id eſt, etiam uoluebant ſaxa pondere infeſto, id eſt, nociuo, ſiqua, id eſt, aliquo mo-do poſſent perrumpere aciem tectam teſtudine, quam dixit, cum tamen libet il-lis ferre omnes caſus ſubter teſtudine denſa, id eſt, firma. Nec iam ſufficiunt, id eſt, ſuſtinere poſſunt, nam Teucri uoluunt, & ruunt, id eſt, deturbant mo-lem immanem, id eſt, ſaxum ea parte, qua ingens globus Rutulorum imminet: quæ moles ſtrauit late Rutulos, & reſoluit tegmina armorum, id eſt, armato-rum, nec curant iam contendere Marte cæco, id eſt, occulto ſed aperto ampli-us, id eſt, poſt cratem teſtudinis diſsipatam, ſed certant pellere Troianos ex uallo miſsilibus, id eſt, telis. In parte alia Mezentius horrendus uiſu quaſſa-bat, id eſt, uibrabat pinum Hetruſcam, quia ipſe Rex Hetruſcorũ erat, & infert ignes fumiferos ex pinu illa incenſa. At Meſapus equorum domitor, ut ſupra dixit, & proles Neptunia, id eſt, Neptuni filius reſcindit uallum, & poſcit ſca-las in mœnia, ut muros conſcendat. O Calliope, & o Muſæ precor uos, aſpira-

Vos o Calliope precor aſpirate canenti,
Quas ibi tum ferro ſtrages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quiſq; virum demiſerit Orco:
Et mecum ingenteis oras euoluite belli.
Et meminiſtis enim Diuæ, & memorare poteſtis.
Turris erat vaſto ſuſpectu, & pontibus altis
Opportuna loco, ſnmmis quam viribus omnes
Expugnare Itali, ſummaq; euertere opum vi
Certabant: Troes contra defendere ſaxis,
Perq; cauas denſi tela intorquere feneſtras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri: quæ plurima vento
Corripuit tabulas, & poſtibus hæſit adeſis.
Turbati trepidare intus, fruſtraq; malorum
Velle fugam: dum ſe glomerant, retroq; reſidunt
In partem, quæ peſte caret, tum pondere Turris

¶ *Ecphraſis.*

te mihi canenti, id eſt, memorate, quas ſtrages & quæ funera, id eſt, mortes Turnus ediderit, id eſt, fecerit ferro tunc ibi, & memorate, quem uirorum quiſq; demiſerit Orco, id eſt, occiderit. O diuæ, quia & meminiſtis hæc omnia, & poteſtis memorare alijs, & euoluite, id eſt, repetite mecum oras, id eſt, terminos belli ingentis. Turris opportuna loco, id eſt, in defenſionem loci poſita erat in uaſto ſuſpectu, id eſt, altiſsima, & erat pontibus altis, quibus erat muro connexa. Quam turrim omnes Itali certabant expugnare ſummis uiribus, & euertere ſumma ui, id eſt, uiolentia opum, id eſt, poſsibilitatis. Et contra Troes certabant defendere illam ſaxis, & Troes denſi certabant intorquere, id eſt, iacere telas per feneſtras cauas. i. ad tela mittenda factas inanes. Tunc Turnus princeps Rutulorum, aut primus in hoc opere coniecit lampada, id eſt, facem ardentem, & affixit, id eſt, admouit flammam lateri illius turris, quæ plurima uento, id eſt, facta magna flatu uentorum corripuit tabulas illius turris, & hæſit poſtibus adeſis, id eſt, conſumptis. Tunc turbati Troiani cœperunt trepidare intus, & fruſtra uelle fugam malorum, & hoc dum glomerant ſe & reſidunt retro, id eſt, retrocedunt in partem, quæ caret peſte, id eſt, igne: tum turris ſubito procubuit pondere ſuo, et eo caſu turris omne cœlum intonat

Procubuit ſubito, & cœlum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, immani mole ſecuta,
Confixiq́ ſuis telis, & pectora duro
Transfoſſi ligno ueniunt: vix vnus Helenor,
Et Lycus elapſi. quorum primæuus Helenor,
Mæonio Regi quem ſerua Lycimnia furtim
Suſtulerat, vetitiſq́ ad Troiam miſerat armis,
Serui enĩ non militabant. Enſe leuis nudo, parmaq́ inglorius alba.
Iſq́, vbi ſe Turni media inter millia vidit,
Hinc acies, atq́ hinc acies aſtare Latinas,
Vt fera, quæ denſa venantum ſepta corona
al'. mortis Contra tela furit, ſeſeq́ haud neſcia morti
Alludit ad apros proprie. Iniicit, & ſaltu ſupra venabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hoſtes
Irruit, & qua tela videt denſiſſima, tendit.
At pedibus longe melior Lycus inter & hoſtes,
Inter & arma fuga muros tenet, altaq́ certat

¶ *Ecphraſis.*

fragore, id eſt, ſonitu rerum colliſarum. Tunc Troes ſemineces, id eſt, ſemimortui ueniunt ad terram immani mole turris ſecuta illos. & confixi ſuis telis, & transfixi pectora, id eſt, habentes pectora transfixa ligno duro, id eſt, trabe aliqua. Vix unus Helenor, id eſt, ſolus & Lycus elapſi ſunt, quorum Helenor erat primæuus, quem Lycinia ſerua ſubſtulerat, id eſt, procreauerat furtim. i. ex adulterio Regi Mæonio, id eſt, Lydio. Et miſerat ad Troiam armis uetitis. i. fato prohibitis, Helenor dico, leuis enſe et inglori9 parma alba. quia nihil præclarum geſſerat, Et ubi is Helenor uidit ſe inter media hominum millis Turni, & uidit acies Latinas aſtare hinc atq; hinc. id eſt, ex omni parte, & interponit comparationem dicens: ut, id eſt, qualiter fera, quæ ſepta corona denſa, id eſt, frequenti uenantium furit contra tela, & haud neſcia immo conſcia iniicit ſeſe morti, & fertur ſaltu ſupra uenabula. Haud aliter, id eſt, ſic iuuenis moriturus ruit in medios hoſtes, & tendit ea parte, qua uidet hoſtium tela denſiſsima. At Lycus longe melior pedibus, quia iunior, tenet muros fuga inter hoſtes & inter arma, & certat, id eſt, conatur prendere manu tecta alta, & conatur attingere dextras ſocium pro ſociorum.

Prendere tecta manu, sociumq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu, teloq; secutus
Increpat his victor: nostras ne euadere demens
Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit:
Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnum
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger vncis:
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a stabulis rapuit lupus. undiq; clamor
Tollitur: inuadunt, & fossas aggere complent.
Ardentes tedas alij ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo, atq; ingenti fragmine montis
Lucetium portæ subeuntem, ignesq; ferentem: *alij Lucetum.*
Emathiona Liger: Chorinæum sternit Asylas:
Hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta,
Ortygium Cæneus: victorem Cænea Turnus:
Turnus Ityn, Cloniumq;, Dioxippum, Promulumq;

¶ *Ecphrasis.*

Quem Lycum Turnus insecutus pariter cursu & telo victor, id est, iam victoria illius potitus increpat illum his uerbis. O demens ne, id est, nunquid sperasti, id est, credidisti posse te euadere nostras manus. Et simul hæc dicens arripit ipsum pendentem ex muro, & reuellit illum cum magna parte muri. Qualis armiger Iouis, id est, aquila sustulit aut leporem aut cygnum pectore candenti, petens leporem & cygnum pedibus uncis. Aut qualis lupus Martius, id est, Marti consecratus rapuit a stabulis agnum quæsitum matri, id est, a matre multis balatibus, ita Turnus Lycum rapuit. Clamor tollitur undiq;, id est, ab utraq; parte. Inuadunt, scilicet, Rutuli, & complent fossas aggere, id est, ex terra congesta. Alij iactant ad turrium fastigia tedas ardentes. Ilioneus sternit saxo & fragmine, id est, frusto montis ingentis Lucetium Rutulum quendam subeuntem portæ & ferentem ignes, & Liger sternit Emathionem, et Asylas sternit Chorinæum. Hic, id est, alter bonus iaculo, & hic, id est, alter bonus sagitta fallente longe, id est, alter ad pugnandum cominus, alter eminus. Cæneus sternit Ortygium victorem, Turnus sternit Cæneum, & idem sternit Ityn, & Clonium & Dioxippum & Promulum & Sagarim, & Idam stantē pro summis turri

Et Sagarim, & ſumnis ſtantem pro turribus Idam:
Priuernum Capys;hunc primo leuis haſta Themillæ
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Ad vulnus tulit:ergo alís allapſa ſagitta,
Et læuo infixa eſt lateri manus, abditaq; intus
Spiramenta animæ letali vulnere rupit.
Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
Inſignis facie:genitor quem miſerat Arcens
Eductum Martis luco, Symæthia circum
Flumina, pinguis vbi, & placabilis ara Palici:
Stridentem fundam, poſitis Mezentius armis,
Ipſe ter adducta circum caput egit habena:
Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
Tum primum bello celerem intendiſſe ſagittam
Dicitur, ante feras ſolitus terrere fugaces

¶*Ecphraſis.*

bus, id eſt, pro turrium defenſione, & Capys ſternit Priuernum. Haſta leuis Themillæ primo ſtrinxerat, id eſt, leuiter percuſſerat hunc, ſcilicet, Priuernũ, & ille demens, id eſt, attonitus proiecto tegmine, id eſt, ſcuto tulit manum ad uulnus illatum a Themilla, ergo ſagitta allapſa eſt, alis, id eſt, uolans & affixa eſt lateri læuo manus, & rupit intus uulnere letali ſpiramenta animæ, id eſt, ſpiracula. Arcens filius Arcentis ſtabat in armis egregiis. pictus acu chlamidem. i. habẽs chlamydem pictam acu, & clarus ferrugine. i. purpura ſub nigra Ibera. i. Hiſpana, & inſignis facie quẽ Arcens genitor miſerat educatum in luco Martis circũ flumina Symæthia (Symæthus fluuius eſt Siciliæ) ubi eſt ara pinguis & placabilis Palici Aetne ex Ioue filij. Ipſe Mezentius armis poſitis egit, id eſt, rotauit ter circum caput fundam ſtridentem habena adducta, & diffidit tempora media Arcentis aduerſi, id eſt, oppoſiti, & hoc plumbo, id eſt, glande plumbea liquefacta ex agitatu aeris, & extendit illum porrectum in multa arena. Tunc primum Aſcanius dicitur intendiſſe, id eſt, direxiſſe ſagittam celerem bello, id eſt, ad bellum, ſolitus ante illud tempus terrere feras fugaces, & dicitur fudiſſe manu, id eſt, ſtrauiſſe Numanum fortem, cui

Ascanius, fortemq; manu fudisse Numanum,
Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem
Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
 Is primam ante aciem digna, atq; indigna relatu
Vociferans tumidusq; nouo præcordia regno
Ibat, & ingenti sese clamore ferebat:
Non pudet obsidione iterum, valloq; teneri
Bis capti Phryges: & morti prætendere muros?
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis Deus Italiam, quæ vos dementia adegit?
Non hic Atridæ, nec fandi fictor Vlysses:
Durum a stirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus, sæuoq; gelu duramus & vndis.
Venatu inuigilant pueri, syluasq; fatigant:
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, paruoq; assueta iuuentus

Remulus Numan⁹

alij timidusq;

Antiqua Italiæ descriptio.

¶ *Ecphrasis.*

cognomen erat Remulo, & sociatus nuper thalamo habebat minorem germanã Turni, scilicet, uxorem Is Numanus Remulus uociferans ante aciẽ primam digna atque indigna relatu, id est, quæ referantur, ibat tumidus præcordia, id est, habens præcordia superba nouo regno, id est, noua Turni Regis affinitate, & ferebat sese ingenti clamore, id est, clamosa obprobratione, dicens. O Phryges capti bis primo sub Hercule, & iterum sub Agamemnone non pudet uos teneri iterum obsidione & uallo? & non pudet uos prætendere muros morti, id est, quo minus mors uobis non inferatur? En qui, id est, quales uiri poscunt sibi nostra connubia, id est, Lauiniam nobis promissam. Quis Deus, aut quæ dementia adegit, id est, impulit uos in Italiam? quia Atridæ, id est, Agamemnon & Menelaus, & Vlysses fictor fandi non sunt hic. Sed nos genus durum a stirpe deferimus natos primum, id est, recenter ad flumina, & duramus illos gelu sæuo & undis. Pueri quoque inuigilant, id est, dant operam uenatu (nam etiam datiuus quartæ in. u. terminatur) & fatigant, id est, exercent syluas. Flectere equos, id est, domare est illis ludus, id est, res leuissima, & tendere spicula, id est, sagittas cornu, id est, corneo arcu. At iuuentus nostra patiẽs operum. i. laborũ, & assueta paruo. i. paupertati aut domat

Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, verſaq; iuuencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatq; vigorem.
Canitiem galea premimus, ſemperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.
Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis,
Deſidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
O veræ Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta
Dindyma, vbi aſſuetum biforem dat tibia cantum.
Tympana vos, buxuſq; vocat Berecynthia matris
Idææ: ſinite arma viris, & cedite ferro.
Talia iactantem dictis, ac dira canentem
Non tulit Aſcanius: neruoq; obuerſus equino
Contendit telum, diuerſaq; brachia ducens.

alij Cõportare.

¶ Ecphraſis.

ram raſtris, id eſt, colit, aut quatit oppida, id eſt, uexat bello. Itaq; omne æuum teritur ferro, & fatigamus terga iuuencorum arando haſta uerſa, id eſt, conto: & ſenectus tarda non debilitat uires animi noſtri, nec mutat uigorem animi & corporis. Nos premimus caniciem, id eſt, canos capitis galea, & iuuat, id eſt, delectat nos conuectare ſemper, id eſt, afferre prædas recentes, & uiuere rapto, id eſt, ex uenatione. Sed o Troiani ueſtis picta, id eſt, laborata croco & murice, id eſt, purpura fulgenti, & deſidiæ, id eſt, ignauiæ ſunt uobis cordi, id eſt, uultis hæc: & iuuat, id eſt, delectat uos indulgere choreis, id eſt, operam dare, & tunicæ ueſtræ habẽt manicas, et mitræ ueſtræ habent redimicula, id eſt, mulierum ornamenta. O ueræ Phrygiæ, id eſt, fœminæ, neq; enim eſtis Phryges mares (quia Phryx tantũ eſt generis maſculini) ite nũc per Dindyma alta, id montes Phrygiæ, ubi ſacra Cybeles fieri conſueuerunt, ubi tibia dat cantum biforem. i. duobus foraminibus expreſſum uobis aſſuetum. Tympana, & buxus Berecynthia. i. tibia Buxea ex eo monte matris Ideæ. i. Cibeles uocat uos, ergo ſinite arma uiris, & cedite ferro, quandoquidem res muliebres exercetis. Aſcanius non tulit Numanũ iactantem talia dictis, & canentẽ dira. i. turpia, et obuerſus. i. contra illũ uerſus. contendit telũ neruo equino. i. arcu neruato, et ducẽs brachia diuerſa

Conſtitit

Constitit ante Iouem, supplex per vota precatus;
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona:
Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum
Candentem, pariterq́ꝫ caput cum matre ferentem:
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. al. Qui
Audijt, & cæli genitor de parte serena
Intonuit læuum, sonat vna letifer arcus;
Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta: al. Effugit
Perq́ꝫ caput Remuli venit, & caua tempora ferro
Traijcit, i, verbis virtutem illude superbis;
Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.
Hæc tantum Ascanius; Teucri clamore sequuntur,
Lætitiaq́ꝫ fremunt, animosq́ꝫ ad sydera tollunt.
Aetheria tum forte plaga crinitus Apollo
Desuper Ausonias acies, vrbemq́ꝫ videbat
Nube sedens, atq́ꝫ his victorem affatur Iulum:
Macte noua virtute puer, sic itur ad astra,

¶ *Ecphrasis.*

more arcum flectentium suppl x constitit ante Iouem. precatus illum per uota sic. O Iuppiter omnipotens annue incœptis meis audacibus. Ipse ego feram tibi dona solennia ad tua templa, & statuam ante aras tuas iuuencum candentem fronte aurata, & ferentem caput pariter cũ matre. i. æqualem, qui iam cornu petat, & spargat arenam pedibus, quod faciunt, cum iam grandiores sunt iuuenci. Genitor. i. Iuppiter audijt, & intonuit læuũ. i. a sinistra parte de parte serena cœli, & una, id est, simul arcus letifer sonat, & sagitta elapsa effugit stridens horrendum pro horrende, & uenit per caput Remuli, & traijcit ferro tempora caua. Et dixit: i nunc, et illude uirtutem, id est, uiros fortes uerbis superbis. Phryges bis capti remittunt hæc responsa Rutulis. Ascanius hoc tantum subaudi dixit. Teucri sequuntur illum clamore, quasi illi applaudẽtes, & fremunt leticia ex Ascanij facto, & tollunt animos ad sydera. Tum forte Apollo crinitus. i. longos crines habẽs uidebat acies Ausonias ex plaga. i. regione etherea, & sedens in nube uidebat urbem. s. castra Troianorum, atq; affatur Iulum uictorem his uerbis. O puer macte, id est, magis aucte uirtute noua sic itur ad astra, qua uia tu incedis, puer, dico,

Dijs genite,& geniture Deos:iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato ventura resident:
Nec te Troia capit.simul hæc effatus,ab alto
Aethere se mittit,spirantes dimouet auras,
Ascaniumq́; petit:forma tum vertitur oris
Antiquum in Buten:hic Dardanio Anchisæ
Armiger ante fuit,fidusq; ad limina custos.
Tum comitem Ascanio pater addidit: ibat Apollo
Omnia longæuo similis, vocemq; coloremq́;,
Et crines albos,& sæua sonoribus arma,
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum:
Sit satis Aeneide telis impune Numanum
Oppetijsse tuis:primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem,& paribus non inuidet armis;
Cætera parce puer bello,sic orsus Apollo
Mortales medio aspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

Apollini arcus attribuit.

¶ *Ecphrasis.*

genite ex Dijs, & geniture Deos. Iure igitur omnia bella resident sub gēte Assa
rici.i. Aeneæ,qui nepos fuit Assaraci, & hoc fato,nec Troia capit te .i. tu ma
ior es Troia. Et simul effatus hæc , mittit se ab æthere alto , & dimouet auras
spirantes,id est,inflantes,& petit.i.confert se ad Ascanium, & tunc uertitur in
Butē antiquū forma.i.specie oris. Hic Butes ante fuit armiger Anchisæ Darda
nio,& fuit custos fidus ad limina,id est,atriensis. Tunc,id est,deinde pater addi
dit illum comitē .i. pædagogum Ascanio. Apollo,dico,similis omnia,id est,habēs
omnia simillima longæuo.s.Butæ.s.& uocem & colorem,& crines albos, & ar
ma sæua sonoribus,id est,strepitu. Atq; affatur his uerbis Iulū ardentē. O Aenei
de,id est,fili Aeneæ(& est patronymicum magna licentia deductum)sit satis Nu
manum oppetijsse.i.cecidisse tuis telis.i.sagitta,et hoc impune.i.nullo accepto de
trimento. Magnus Apollo cōcedit tibi hanc laudē.s.arcus tēdēdi,nec inuidet tibi
paribus armis, quia sagitta & arcus propria sunt arma Apollinis. Sed o puer
parce bello cætera , pro cæterum pro sed. Et Apollo sic orsus,id est, locutus re
liquit aspectus mortales in medio sermone,id est,talia dum loqueretur,& sic eua
nuit.i.apparere desijt procul ex oculis uidentium in auram tenuem.i.subtilem;

Agnouere Deum proceres, diuinaq; tela
Dardanidæ, pharetramq; fuga sensere sonantem.
Ergo auidum pugnæ dictis, ac numine Phœbi
Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus
Succedunt: animasq; in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris,
Intendunt acreis arcus, amentaq; torquent.
Sternitur omne solum telis: tum scuta, cauæq;
Dãt sonitum flictu galeæ: pugna aspera surgit, *al. afflictu.*
Quantus ab occasu ueniens pluuialibus hœdis
Verberat imber humum: quam multa grandine nimbi
In uada præcipitant, cum Iuppiter horridus Austris
Torquet aquosam hyemem, & cælo caua nubila rumpit.
Pandarus, & Bitias Idæo Alcanore creti, *Historia de Pãdaro, et Bitia.*
Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera,
Abietibus iuuenes patrijs, & montibus æquos,
Portam, quæ ducis imperio commissa, recludunt

¶ *Ecphrasis.*

Tũc proceres.i.principes Troianorũ agnouere Deũ Apollinẽ, et tela diuina, & sensere pharetrã sonãtẽ fuga.i.dũ fugeret, subtraheretq; se ab illorũ aspectu. Ergo illi pceres phibẽt Ascaniũ auidũ pugnæ, et hoc dictis ac numine.i.autoritate Phœbi: & posteaq̃ illũ pugnæ subtraxerũt, ipsi rursus succedũt in certamina, et mittũt aĩas.i.uitas in pericula aperta. Clamor it.i.pcedit per ppugnacula totis muris.s. oppugnãtibus repugnãdo, intendũt.i.flectũt arcus acres.i.robustos, et torquẽt amẽta iaculorũ. Omne solũ sternitur.i.impletur telis.i.mißilib⁹. Tũ scuta et galeæ cauæ.i.inanes dãt sonitũ flictu.i.cõflictu et cõcußiõe, et pugna aspera surgit.i.crescit, ita magna, quãt⁹ imber ueniẽs ab hædis pluuialib⁹.i.cõstellatione illa hædorũ pluuias inducẽte uerberat humũ.i.terrã, et quã multa grandine nimbi.i.tẽpestates cæli præcipitantur in uada, cũ Iuppiter horridus.i.aer torquet.i.immittit hyemẽ aquosam, & rũpit nubila caua i. pfunda cælo. Pãdarus et Bitias creti.i. pcreati & geniti ab Alcanore Idæo.i.Troiano, freti.i.confisi armis recludunt.i.aperiunt portam urbis, quæ illis erat cõmissa.i.commendata imperio ducis. Pandarus & Bitias, dico, quos Hiera syluestris illorum mater eduxit.i.educauit in luco Iouis, iuuenes equos.i.magnitudine æquales abietibus patrijs, id est, Idæis, & montibus:

Freti armis, vltroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextra, ac læua pro turribus adstant
Armati ferro, & cristis capita alta corusci,
Quales aeriæ liquentia flumina circum,
Siue Padi ripas, Athesin seu propter amœnum
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cælo
Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
Irrumpunt aditus Rutuli, vt videre patentes:
Continuo Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hæmon
Agminibus totis aut versi terga dedere,
Aut ipso portæ posuere in limine vitam.
Tum magis increscunt animis discordibus iræ,
Et iam collecti Troes glomerantur eodem,
Et conferre manum, & procurrere longius audent.
Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantiq; viros perfertur nuntius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.

¶ *Ecphrasis.*

qui ultro.i.non laceßiti inuitant hostem mœnibus.i.in muros ciuitatis. Ipsi panda rus & Bitias armati ferro, & corusci cristis capita alta .i. habentes capita alta corusca cristis adstant intus a dextra & a læua pro turribus, id est, pro turriũ des fensione. Quales geminæ quercus aeriæ, id est, altæ consurgũt circum flumina li quentia fluminis Galliæ Cisalpinæ, siue circũ ripas Padi, seu ꝑpter Athesin amœ num flumen in eodem tractu, & attollunt cælo, id est, in cælum capita intonsa, & nutant uertice sublimi, id est, ruinam minantur. Tunc Rutuli, ut uidere aditus pa tentes, irrũpunt continuo in portas urbis.s. Quercens, & Equicolus pulcher ar mis, & Tmarus præceps animi.i.furore percitus, & Hæmon Mauortius.i.belli cosus, q̃ uersi totis agminibus.i.a reliquo exercitu, aut dedere terga fugæ, aut po suere uitã.i.mortui sunt in ipso limine portæ. Tũc iræ magis increscũt animis di scordibus, & Troes iam collecti glomerãtur eodem .i. ad portam, & audent iam conferre manum, id est, pugnam, & procurrere longius extra urbem egredien tes. Nuncius perfertur Turno furenti in parte diuersa, id est, remota, & tur banti uiros.s. hostem feruere cæde noua.i. inusitata, & prebere portas patentes

Deserit incœptum, atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam, fratresq; superbos,
Et primum Antiphatem (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti
Coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus
Aera per tenuem, stomachoq; infixa sub altum
Pectus abit, reddit specus atri vulneris vndam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.
Tum Meropē, atq; Erymantha manu, tum sternit Aphidnū,
Tum Bitian ardentem oculis, animisq; frementem
Non iaculo (neq; enim iaculo vitam ille dedisset)
Sed magnum stridens contorta phalarica venit
Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis, & auro
Sustinuit: collapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingens.
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit: magnis quam mollibus ante

De phalarica uide Vegetium lib. iiij. ca. viij.

Baiæ, locus Campaniæ omniū uoluptuosissimus.

¶ *Ecphrasis.*

Itaq; deserit incœptum, & concitus. i. commotus ira immani ruit ad portā Dardaniam, & ad Pandarū & Bitiā fratres superbos. Et primū sternit iaculo coniecto Antiphatē nothū. i. filiū spuriū Sarpedonis alti de Thebana matre. Itaq; cornus. i. hasta cornea Itala, quia Turnus Italus erat, uolat per aerem tenuē, et deinde infixa stomacho abit sub altum pectus. i. profundum: specus. i. vulnus reddit undam spumantē atri sanguinis ex vulnere, & ferrū tepescit in pulmone transfixo. Tū. i. deinde sternit manu. i. cominus Meropem & Erymantha & Aphidnū. Tū sternit Bitiam ardentem oculis & frementem animis, sternit inquā non iaculo, neq; enim ille dedisset uitā iaculo. i. telo leui: sed phalarica telū graue stridēs magnum, id est, ualde sonans uenit contorta, & acta modo fulminis. Quā phalaricam nec lorica fidelis, id est, firma duplici squama & auro, scilicet, nec duo terga taurea clypei sustinuerunt, sed membra immania collapsa ruunt in terram. Tellus dat gemitum, id est, sonat ex casu, & ingens intonat super clypeum. Et ponit comparationem dicens. Qualis pila saxea cadit quondam, id est, aliquando in littore Euboico Baiarum, id est, Cumano, quia Cumæ sunt prope Baias. Quam pilam

Constructam iaciunt ponto:sic illa ruinam
Prona trahit,penitusq; vadis illisa recumbit:
Miscent se maria,& nigræ attolluntur arenæ,
Tum sonitu Prochyta alta tremit,durumq; cubile
Inarime Iouis imperijs imposita Typhœo.
Hic Mars armipotens animum,viresq; Latinis
Addidit,& stimulos acreis sub pectore vertit,
Immisitq; fugam Teucris, atrumq; timorem.
Vndiq; conueniunt,quoniam data copia pugnæ,
Bellatorq; animo Deus incidit.
Pandarus vt fuso germanum corpore cernit,
Et quod sit fortuna loco,qui casus agat res,
Portam vi multa conuerso cardine torquet
Obnixus latis humeris:multosq; suorum
Mœnibus exclusos duro in certamine linquit:
Ast alios secum includit,recipitq; ruentes
Demens,qui Rutulum in medio non agmine Regem
Viderit irrumpentem,vltroq; incluserit vrbi

¶ *Ecphrasis.*

constructam ante mollibus ,id est,lapidibus iaciũt põto,id est,in mare. Sic,id est, quemadmodũ Bitias,illa prona trahit ruinam,& illisa uadis,id est,ad uada recũbit,id est,cadit. Tũc maria miscent se,& arenæ nigræ tolluntur ex fundo maris. Tũc Prochyta insula alta ,ppe Cumas tremit sonitu,& Inarime imposita,id est, superimposita Typhœo gigãti imperijs Iouis tremit, Inarime,dico, durũ cubile Typhœi.Hic tunc Mars armipotens addidit animum & uires Latinis, & uertit stimulos acres,id est,stimulauit illos acriter,& immisit fugam Teucris,& timorem atrum,& conueniunt undiq; in pugnam, quoniam copia pugnæ data est,& Deus bellator,id est,Mars incidit animo illorum. Vt,id est, postea quam Pandarus uidit germanum corpore fuso, id est,strato, & uidit quo in loco fortuna sit posita, & qui casus.i. q̃ fortuna agat res,obnixus humeris latis ut multa torquet portam conuerso cardine, id est, claudit ianuam, & relinquit multos suorum exclusos mœnibus in duro certamine. Ast includit secum alios , & recipit ruentes ex numero hostium, Pandarus, dico, demens,qui non uiderit Regem Rutulorũ irrumpentẽ in medio agmine, & qui ultro incluserit urbi.i. in urbem

Immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
Continuo noua lux oculis effulsit, & arma
Horrendum sonuere, tremunt in vertice cristæ
Sanguineæ, clypeoq; micantia fulgura mittit.
Agnoscunt faciem inuisam, atq; immania membra
Turbati subito Aeneadæ: tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira
Effatur: Non hæc dotalis regia Amatæ:
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
Castra inimica vides: nulla hinc exire potestas.
Olli subridens sedato pectore Turnus:
Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram:
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat: ille rudem nodis, & cortice crudo
Intorquet summis adnixus viribus hastam.
Excepere auræ, vulnus Saturnia Iuno
Detorsit veniens, portæq; infigitur hasta.

Fraterni amoris, & beneuolentiæ exemplum.

¶ *Ecphrasis.*

tigrim immanem inter pecora inertia, id est, timida. Continuo noua lux effulsit oculis Troianorum, & arma Turni sonuerunt horrendum pro horrende, & cristæ sanguineæ tremunt in uertice, id est, crispantur, & mittit ex clypeo fulgura micantia, id est, splendorem quasi fulgura. Tunc Aeneadæ, id est, Troiani turbati subito agnoscunt faciem inuisam Turni, & immania membra, id est, maxima. Tum Pandarus ingens emicat, & feruidus ira fraternæ mortis effatur sic. Hæc non est regia dotalis Amatæ .i. vxoris Latini regis, nec Ardea media, id est, tua ciuitas cohibet muris .i. cõtinet Turnũ, id est, te, id est, non putes te esse inter amicos, sed uides castra inimica. Nulla potestas est tibi exire hinc, id est, ex hac urbe. Turnus subridens olli pro illi inquit pectore sedato, id est, tranquillo. Si qua uirtus, id est, fortitudo est in animo incipe, & consere dextram, id est, congredere mecum, & narrabis Priamo, cum ad inferos perueneris, Achillem alterum inuentum etiam hic, id est, in Italia. Dixerat Turnus, & ille Pandarus adnixus summis uiribus intorquet, id est, iaculatur hastam rudem, id est, impolitam nodis, & cortice crudo. Auræ excepere hastam, quia Iuno Saturnia detorsit, id est, declinauit vulnus .i. telũ ueniens, & hasta infigitur portæ .s. urbis. Tunc Turnus ait sic.

al.librat At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies: neque enim is teli, nec vulneris autor.
Sic ait: & sublatum alte consurgit in ensem,
Significatio magni animi. Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesque immani vulnere malas.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus,
Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi in partibus æquis
Huc caput, atque illuc humero ex vtroque pependit.
Diffugiũt versi trepida formidine Troes:
Et si continuo victorem ea cura subisset
Rumpere claustra manu, sociosque immittere portis,
Vltimus ille dies bello, gentique fuisset.
Sed furor ardentem, cædisque insana cupido
Egit in aduersos.
Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas

¶ *Ecphrasis.*

At non effugies hoc telum, quod mea dextera uibrat ui, id est, uiribus mittit, quia author vulneris. i. teli non est is. i. talis. Sic ait: & deinde consurgit in ensem alte sublatum, & diuidit ferro, id est, ense mediam frontem inter tẽpora gemina, & diuidit etiam vulnere immani malas impubes, id est, imberbes. Et Pandaro cadente sonitus fit, & pro quia tellus est concussa pondere cadaueris, & sic moriens sternit humi, id est, in terra artus collapsos, atq; arma cruenta cerebro, id est, sanguine permixta. Atque caput diuisum illi partibus æquis pependit ex utroque humero, id est, huc atq; illuc. Tunc Troes uersi, id est, conuersi in fugam formidine trepida diffugiũt per diuersa loca. Et si ea cura fuisset Turno, nam hoc significat subisset Turnum uictorem, hoc est rumpere continuo, id est, statim manu, id est, uiribus claustra portarum, & immittere. id est, intus mittere socios per portas urbis, ille dies, quo hæc gesta sunt, fuisset ultimus bello & genti Troianæ. Sed furor & cupido insana cædis. i. mortis in hostes faciendæ egit. i. impulit illũ in hostes aduersos, id est, oppositos. Principio. i. ante omnes excipit, id est, cædit Phalarim & Gygen poplite succiso, id est, vulnere amputato. Hinc, id est, deinde ingerit hastas raptas undecunque Troianis fugientibus

Intergum (Iuno vires, animumq; ministrat.)
Addit Halyn comitem, & confixum Phegea parma:
Ignaros deinde in muris, Martemq; cientes,
Alcandrumq;, Haliumq; Noemonaq; Prytanimq;.
Lyncea tendentem contra, sociosq; vocantem
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter — al. dextro.
Occupat: huic vno deiectum comminus ictu
Cum galea longe iacuit caput: inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno:
Et Clytium Aeoliden, & amicum Cretea Musis,
Cretea Musarum comitem, cui carmina semper,
Et citharæ cordi, numerosq; intendere neruis:
Semper equos, atq; arma virum, pugnasq; canebat.
Tandem ductores, audita cæde suorum,
Conueniunt Teucri, Mnestheus, acerq; Serestus:
Palantesq; vident socios, hostemq; receptum.
Et Mnestheus: quo deinde fugam? quo tenditis? inquit:

¶ *Ecphrasis.*

Intergum, quia nemo cum illo pugnare audebat pectore aduerso, Iuno Dea ministrat illi uires & animum. Deinde addit Halyn comitem superioribus, & addit Phegeum parma confixa, id est, telo traiecta: deinde addit Alcandrum, & Halium, & Noëmonem, & Prytanim ignaros, id est, non prouidentes illum, sed in muris pugnantes. Et occupat, id est, occidit Lynceum tendentem contra se, & uocantem socios, occidit iterum dico dexter ab aggere, & gladio uibranti connixus, & caput cum galea deiectum vno tantum ictu comminus, id est, prope illato iacuit longe huic, scilicet, Lynceo. Inde occupat Amycum uastatorem, id est, uenatorem ferarum, quo alter non fuit felicior, id est, peritior ungere manu tela, id est, sagittas, & armare ferrum ueneno, idem est. Et occupat Clytium Aeolidem. i. Aeoli filiũ, & Creteũ amicũ. i. deditũ Musis, Creteũ, dico, comitẽ Musarũ, cui carmina et citharæ sunt habitæ cordi, et intẽdere neruos numeris. i. applicare carmina chordis, & canebat semper equos & arma & pugnas uirorum. Tãdem Mnesteus & Serestus ductores Teucri. i. Teucrorũ cõueniũt cæde suorũ audita, & uident socios palantes. i. dispersos, & hostẽ Turnũ receptũ intra mœnia. Et Mnestheus inquit. O uiri, quo tenditis fugam, id est, quo ire paratis fugientes?

Quos alios muros? quæ iam vltra mœnia habetis?
Vnus homo, & vestris, o ciues, vndiq; septus
Aggeribus, tantas strages impune per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriæ, veterumq; Deorum,
Et magni Aeneæ segnes miseretq;, pudetq;?
 Talibus accensi firmantur, & agmine denso
Consistunt: Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluuium petere, ac partem, quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum: ceu sæuum turba leonem
al. ac Cum telis premit infensis: at territus ille
Asper, acerba tuens retro redit, & neq; terga
Ira dare aut virtus patitur, nec tendere contra,
Ille quidem hoc cupiens, potis est per tela, virosq;:
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat ira.
Quin etiam bis tum medios inuaserat hostes.

¶ Ecphrasis.

*Quos alios muros? aut q̃ mœnia habetis iã? ad q̃ possitis cõfugere. Vnus homo. s.
Turnus, & septus. i. obsessus undiq; uestris aggerib⁹. i. fossis & uallo ediderit im
punc. i. dederit sine pœna tãtas strages p urbẽ? et unus homo miserit Orco tot pri
mos iuuenũ. i. primores? O ciues nõ miseret, et pudet uos patriæ infelicis, & uete
rũ Deorũ, et Aeneæ magni? quæ oĩa funditus interibũt, si hostẽ in urbe receptũ nõ
funditis aut fugatis. Tũc Troiani accẽsi talibus Mnesthei uerbis cõfirmãtur, et cõ
sistũt resistẽtes agmine dẽso. Turnus excedere p excedebat pugna paulatim, et pe
tere pro petebat fluuiũ, & partẽ urbis, q̃ cingitur amni. i. fluuio, ut supra memora
uim⁹. Teucri incũbere p incũbebãt magno clamore hoc. i. ꝓpter hãc causam acri⁹,
qđ Turnus se ex pugna referebat, & glomerare p glomerabãt manũ. Ceu cũ tur
ba p̃mit. i. insequtur telis infestis leonẽ sæuũ. At ille leo territ⁹ et asper, et tuẽs. i. in
tuẽs acerba p acerbe redit retro. i. retrocedit, et neq; ira, aut uirt⁹. i. gñositas patit
illũ dare terga, neq; ille qdẽ potis est tẽdere cõtra. i. resistere, et hoc per tela, et per
uiros, q̃q̃ erat cupiẽs hoc. s. ire cõtra illos, qui leonẽ insequuntur. Haud aliter. i. eo
dem modo Turnus dubius quid faceret, refert uestigia improperata. i. non festi
nans, & mens illius exæstuat ira. Quinetiã ille inuaserat tunc bis medios hostes.*

Bis conuersa fuga per muros agmina vertit. *al. confusa*
Sed manus e castris propere coit omnis in vnum;
Nec contra vires audet Saturnia Iuno
Sufficere: aeriam cælo nam Iuppiter Irim *Reijcit in Deos, qd' tamē erat in viribus Turni.*
Demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,
Nec dextra valet, iniectis sic vndiq; telis *al. infestis.*
Obruitur: strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt,
Discussæq; iubæ capiti, nec sufficit vmbo
Ictibus. ingeminant hastis & Troes, & ipse
Fulmineus Mnestheus: tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit, fessos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis,
Et lætum socijs abluta cæde remisit.

¶ *Ecphrasis.*

& bis uertit fuga. i. fugauit agmina confusa. i. perturbata. Sed oīs manus. i. exercitus Troianorū coit in vnū Turnū ꝓpere e castris. Nec Iuno Saturnia audet sufficere. i. subministrare vires cōtra Troianos. Nā Iuppiter demisit ex cælo germanæ Irim aeriā. i. q̄ in aere generatur, ferētē iussa haud mollia. i. nō facilia sed dura, ni ꝑ nisi Turnus cedat ex altis mœnibus Teucrorū. Ergo iuuenis. i. Turn9 nec ualet sustinere, hoc enī est subsistere tātū clypeo, nec armis dextra manu cōcussis, sic vndiq; obruitur. i. operit' telis iniectis. Galea caua. i. cōcaua strepit circū tēpora. i. caput tinnitu assiduo. i. ictibus multis tinnitū faciētib9, et æra solida. i. arma fatiscūt, i. findūtur. iubæ. i. cristæ discussæ sunt capiti. i. a galea, nec vmbo. i. clypeus sufficit ictibus. Troes et Mnestheus fulmineus. i. uiolētus ingemināt hastas. Tū etiā sudor liquitur. i. fluit Turno ex toto corpore, & agit. i. emittit flumē sudoris piceum ex puluere, nec est illi potestas respirare. i. respirādi, sed anhelit9 æger. i. difficilis quatit artus fessos. Tū demū ipse ꝓceps cū omnibus armis dedit sese in fluuiū. Ille. s. fluuius accepit cū gurgite suo flauo Turnū uenientem, & extulit illum. i. sustinuit vndis mollibus, & remisit illum lætum socijs cæde abluta. i. sanguine deterso.

Adilon.

Occidit Aeneæ decimo Mezentius ira.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN *Decimum Aeneidos Librum argumentum.*

COncilium Diuis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
Aduenit Aeneas multis cum millibus heros.
Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in prælia Turnus,
Cædunturq; duces, cadit sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugna Iunonis numine Turnus.
Aeneas perstat Mezenti cæde piata,
Et Lausum inuicta perimit per vulnera dextra.
Mox vltor nati Mezentius occidit ipse.

¶ *Ecphrasis.*

OCcidit. Antequam ad decimi libri expositionem accedam, prius more solito Argumentorum elucidationē præmittam. Monostichi est ordo, Mezentius dux, Turni socius occidit, penultima breui ab ob & cado pro morior, id est, interficitur ira, id est, propter iram Aeneæ, qui illum interemit, & hoc decimo, scilicet libro. Maioris argumenti est ordo talis, concilium habetur a Diuis de rebus hominum. Rutuli instant omnibus portis circum, id est, in circuitum interea dum habetur Deorum concilium, aut dum Aeneas apud Euandrum detinetur. Aeneas heros aduenit in suorum auxilium cum multis millibus militum. Mars Deus belli uocat, id est, incitat & instigat illos, & itur ab omnibus in pugnam totis uiribus, id est, omni conatu. Turnus potens interimit, id est, occidit in prælia, id est, in bello Pallanta Euandri filium. Et duces alij præter Pallantem cæduntur, id est, occiduntur, & vulgus, id est, ignobilis multitudo sine nomine, id est, honore etiam cadit, id est, moritur. Turnus subtrahitur, id est, educitur ac eximitur a pugna numine, id est, propter uoluntatem Iunonis, ne Turnus periret. Aeneas perstat tanquam uictor cæde, id est, morte Mezentij piata, id est, per purgationem peracta. Et Aeneas perimit, id est, obtruncat Lausum Mezentij filium per vulnera dextra sua inuicta, id est, forti. Mox, id est, statim Mezentius ipse vltor, id est, qui uellet esse ultor nati occidit, id est, perit.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS

Liber decimus.



Panditur interea domus om̄ipotētis Olympi *al. omnipatentis*
Cōciliumq; vocat Diuum, atq; hominū Rex
Sydereā in sedē, terras vnde arduus omneis,
Castraq; Dardanidum aspectat, populosque Latinos.
Considunt tectis bipatentibus, incipit ipse:
Cælicolæ magni, quianam sententia vobis *al. quinam*
Versa retro? tantumq; animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quæ contra vetitum discordia? quis metus aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrumq; lacessere suasit?
Adueniet iustum pugnæ (ne accersite) tempus,
Cum fera Carthago Romanis arcibus olim

¶ *Ecphrasis.*

Interea, dum hæc fiunt, domus Olympi om̄ipotentis, id est, Iouis panditur, id est, aperitur, & pater Diuorum & Rex hominum, id est, Iuppiter uocat reliquos Deos omnes in concilium ad sedem æthercam, id est, in cælum: vnde, id est, ex qua cæli parte ipse arduus aspectat omnes terras et castra Dardanidum, id est, Dardanidarum, hoc est Troianorum, & populos Latinos. Tunc Dij consistūt in portis bipatentibus, id est, duabus, scilicet, Oriente & Occidēte, & ipse Iuppiter incipit dicere. O magni cælicolæ, quianam, id est, curnam sententia est uobis uersa retro, id est, mutata? & cur certatis tantum, id est, tantopere animis iniquis, id est, iratis? Ego abnueram, id est, negaueram, & prohibueram Italiam concurrere bello Teucris, id est, cum Teucris. Quæ igitur est discordia uestra cōtra uetitum, id est, quod est a me prohibitum? Quis metus suasit, aut hos, aut hos sequi arma, & lacessere, id est, incitare ferrum idem est? Tempus iustum pugnæ adueniet, ne accersite, id est, nolite belli tempus præuenire, scilicet, cum Carthago fera. i. terribilis & bellicosa immittet olim, id ast, in futurum arcibus Romanis

Exitium magnum, atq; Alpes immittet apertas:
Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit.
Nunc sinite, & placidum læti componite fœdus.
Iuppiter hæc paucis: at non Venus aurea contra
Pauca refert:
O pater, o hominum, Diuumq; æterna potestas
(Nanque aliud quid sit, quod iam implorare queamus?)
Cernis, vt insultent Rutuli, Turnusque feratur (feratur)
Per medios insignis equis, tumidusque secundo
Marte ruat: non clausa tegunt iam mœnia Teucros,
al. En — Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent
al. & in — Aggeribus mœrorum, & inundant sanguine fossæ.
Aeneas ignarus abest, nunquam ne leuari
Obsidione sines: muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ, necnon exercitus alter,
al. oris — Atq; iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis

¶ *Ecphrasis.*

magnum exitium, id est, exercitum perniciosum, & Alpes apertas, id est, non modo exercitum, sed etiam in futurum relinquet Alpes apertas. Tūc tempus erit, & licebit certare odijs, et licebit rapuisse res, id est, per clarigationē repetere. Igitur uos sinite, subaudi, certare odijs, & uos læti componite fœdus neutri parti fauētes. Iuppiter dixit hæc, superius dicta paucis, id est, breuiter, at Venus aurea. i. pulchra refert contra, id est, respondet non pauca. O pater omnium generaliter, & o æterna potestas hominum & Diuorum, nam quid aliud sit pro est, quod iam queamus implorare, id est, ad commiserationem inuocare, tu cernis ut, id est, quemadmodum Rutuli insultent Troianis, & Turnus insignis, id est, conspicuus equis feratur per medios, scilicet, Troianos, et ille tumidus, id est, superbus ruat Marte secundo, id est, prospero. Et mœnia clausa non tegunt iam Teucros. Quinimo Rutuli miscent prælia intra portas, & in ipsis aggeribus mœrorum pro murorum, & fossæ inundant sanguine. Aeneas ignarus rerum, quæ vrbe sua gerātur, abest, o Iuppiter nunquā ne sines, id est, permittes Troianos leuari obsidione: quia hostis iterū imminet muris Troiæ nascentis. i. incipientis ædificari, necnō et alter exercitus surgit iterū in Teucros, et ab Arpis Aetolis Tydides. i. Diomedes Rex Aetoliæ, qui Arpos in Italia condidit, surgit iterum in Teucros.

Tydides: equidem credo mea vulnera restant,
Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si sine pace tua, atq; inuito numine Troes
Italiam petiere, luant peccata, neq; illos
Iuueris auxilio: sin tot responsa secuti,
Quæ superi, manesq; dabant, cur nunc tua quisquam
Flectere iussa potest? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
Quid tempestatum Regem, ventosq; furenteis
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam manes (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet, & superis immissa repente
Alecto, medias Italum bacchata per vrbes.
Nil super Imperio moueor: sperauimus ista
Dum fortuna fuit: vincant, quos vincere mauis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux
Dura; per euersæ genitor fumantia Troiæ

¶ *Ecphrasis.*

Credo equidem mea vulnera restant, id est, ut iterum a Diomede vulnerer, & ego tua progenies, id est, filia demoror, id est, expecto arma mortalia. Si Troes petiere Italiam sine tua pace, id est, venia, atque tuo numine inuito, id est, nolente te, luant, id est, persoluant peccata, id est, pœnam, neque tu iuueris illos auxilio, sed si ipsi secuti tot responsa Deorum, quæ Dij superi, & Manes, id est, inferi dabant, cur quisquam potest nunc vertere, id est, mutare tua iussa? aut quis potest condere, id est, facere noua fata, id est, contraria? Ecquid ego repetam nunc classes in littore Erycino, id est, Siculo exustas? ut libro quinto dixit, & quid dicam uentos furentes excitos, id est, commotos ex Aeolia? ut in primo dixit, aut quid dicam Irim actam, id est, missam ex nubibus? ut est in quinto. Nũc etiam, subaudi, Iuno mouet Manes, et Alecto furia bacchata iterum per medias urbes repente immissa est superis. i. ad superos, & per parenthesim interposuit, hæc sors rerum. i. elemẽtorũ manebat intentata. Ego nil moueor iam super imperio. s. Troianorum, quia sperauimus ista. s. imperium, dum fortuna fuit. i. uiguit: sed uincant illi, quos mauis uincere. Quod si nulla est regio, quã tua cõiux dura det Teucris: O genitor ego obtestor te per excidia fumantia Troiæ euersæ,

Excidia obteſtor,liceat dimittere ab armis
Incolumem Aſcanium,liceat ſupereſſe nepotem:
Aeneas ſane ignotis iactetur in vndis,
Et quamcunq; viam dederit fortuna ſequatur:
al. duræ. Hunc tegere,& diræ valeam ſubducere pugnæ.
Eſt Amathus,eſt celſa mihi Paphos,atq; Cythera,
Idaliæq; domus:poſitis inglorius armis
Exigat hic æuum:magna ditione iubeto
Carthago premat Auſoniam:nihil vrbibus inde
Obſtabit Tyrijs. quid peſtem euadere belli
Iuuit,& Argolicos medium fugiſſe per ignes?
Totq; maris,vaſtæq; exhauſta pericula terræ,
Dum Latium Teucri,recidiuaq; Pergama quærunt?
Non ſatius cineres patriæ inſediſſe ſupremos,
Et ſolum, quo Troia fuit? Xanthum,& Simoenta
Redde oro miſeris,iterumq; reuoluere caſus
Da pater Iliacos Teucris. Tum Regia Iuno

¶ Ecphraſis.

liceat dimittere Aſcaniũ,id eſt,liberare illum incolumem ab armis,& liceat nepo
tem m eũ up ere,id eſt,uperſtẽ eſ. Et ſane.i. certe Aeneas iactetur in undis,&
ſequatur viam,quancunq; fortuna illi dederit. Et liceat mihi tegere,id eſt,defen
dere hunc,ſcilicet Aſcanium,& ualeam ſubducere,id eſt,ſubtrahere illum pugnæ
diræ. Amathus inſula in mari Aegeo eſt mihi,ſubaudi ſacra,& Cythera urbs Cy
pri ſunt mihi,& Paphos,& urbes Idaliæ ſunt mihi,urbes etiam ſunt Cypri. Aſca
nius inglorius,id eſt,obſcurus exigat æuum hic,id eſt,in aliqua ex his vrbibus vi
uat ætatem: & iubeto,Carthago premat Auſoniam,id eſt,Italiam magna ditio
ne.i. poteſtate,nihil obſtabit vrbibus Tyrijs inde,ſcilicet,ab Aſcanio. Quid iu
uit,id eſt,profuit Troianis euadere peſtem belli,& illos medios fugiſſe per ig
nes Argolicos? & fugiſſe tot pericula maris & terræ vaſtæ exhauſta,id eſt,
tolerata & finita,dum Teucri quærũt Latiũ & Pergama recidiua,id eſt,reſur
rectura? Nõ fuit ſatius,id eſt,melius illos inſediſſe ſupremos cineres patriæ,id eſt,
cecidiſſe,& inſediſſe ſolũ,in quo Troia fuit,anteaquam ſubuerteretur. Oro te o
Iuppiter,redde miſeris Xanthũ & Simoenta,vt ibi potius pereant,et reuoluere,
id eſt,repetere iterũ caſus Iliacos da illis o pater. Tum Iuno regia,id eſt,regina

Acta furore graui: Quid me alta silentia cogis
Rumpere? & obductum verbis vulgare dolorem?
Aeneam hominum quisquam, Diuumq; subegit
Bella sequi? aut hostem Regi se inferre Latino?
Italiam petijt fatis autoribus, esto,
Cassandræ impulsus furijs: num linquere castra
Hortati sumus? aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenam ve fidem, aut gentes agitare quietas?
Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit? vbi hic Iuno, demissa ue nubibus Iris?
Indignum est Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem, & patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus auus, cui Diua Venilia mater.
Quid? face Troianos atra vim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere? atq; auertere prædas?
Quid? soceros legere? & gremijs abducere pactas?

¶ Ecphrasis.

acta, idest, commota furore graui inquit. Quid .i. cur o Venus cogis me rumpere alta silentia .i. quod antehac silui, & uulgare .i. manifestare uerbis dolorem obductum, id est, absconditum. Et quisquam hominum aut Diuorum subegit .i. coegit Aeneam sequi bella? aut inferre se hostem Regi Latino? quasi diceret, minime. Ita sit, quod ipse impulsus furijs Cassandræ .i. oraculis petijt Italiam fatis autoribus. i. autoritate fatorum, nunquid nos hortati sumus illum relinquere castra sua? aut committere uitam uentis, id est, uanis rebus? & nunquid hortati sumus illum credere puero summam belli .i. imperium, & murorum defensionem, & agitare, id est, ad bellum excitare fidem Tyrrhenam .i. Tyrrhenorũ, & gentes quietas. Quis igitur Deus egit illum in fraudem? id est. periculum, & quæ nostra potentia dura? quasi diceret nulla. Hic .i. in his omnibus ubi est Iuno, aut Iris demissa nubibus? quasi diceret, nusquam. Indignum est, ut ait Venus; Italos circũdare flãmis Troiam nascentem, & Turnum consistere in terra patria, cui Pilumnus est auus, & Venilia diua est mater. Quid? nõne magis indignum est Troianos inferre uim Latinis face atra .i. bello sæuo? & premere iugo .i. seruitute arua aliena? atq; auertere prædas .i. agros populari? & legere .i. furto subducere soceros? et abducere ex

Pacem orare manu? præfigere puppibus arma?
Tu potes Aeneam manibus subducere Graium,
Proq; viro nebulam, & ventos obtendere inaneis;
Et potes in totidem classem conuertere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contra iuuisse nefandum est.
Aeneas ignarus abest, ignarus & absit.
Est Paphos, Idaliumq; tibi, sunt alta Cythera:
Quid grauidam bellis vrbem, & corda aspera tentas?
Nos ne tibi fluxas Phrygias res vertere fundo
Conamur? nos, an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quæ causa fuit consurgere in arma
Europamq;, Asiamq;, & fœdera soluere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi, foui ue Cupidine bella?
Tunc decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.
Talibus orabat Iuno, cunctiq; fremebant

A causa superioris belli Troiani uerisimile facit Venerem etiam huius belli esse autorem.

¶*Ecphrasis.*

gremijs pactas, id est, alijs promissas? & orare pacem manu. i. centũ oratoribus? & præfigere arma puppibus? cum ad Euandrum profectus est. Tu potes subducere Aeneam ex manibus Graium pro Graiorum, & obtendere, id est, spargere nebulam & uentos inanes pro uiro, id est, filio tuo, & potes conuertere classem in totidem Nymphas, quot erant naues, & nefandum est. i. illicitum nos iuuisse Rutulos quid. id est, in aliquo contra, id est, e diuerso. Aeneas ignarus abest. uerba fuerunt Veneris, quæ a Iunone repetuntur dicente, ignarus & absit. Est Paphos, Idaliumq; tibi, sunt alta Cythera, urbes sunt Cypri ut diximus: quid tentas urbẽ grauidã bellis, scilicet, Laurolauinium, & corda aspera bellis, id est, in bella? Nos ne conamur uertere ex fundo res fluxas, id est, fluentem rempublicam Phrygiæ? nos inquam, an qui obiecit Troas miseros Achiuis? propter Helenæ raptum. Quæ causa fuit Europam & Asiam consurgere in arma, & soluere fœdera. i. pacem furto? adulter Dardanius. i. Paris expugnauit me duce Spartã. i. Lacedæmoniã? aut ego dedi tela? quasi diceret nõ, sed tu potius, aut ego foui bella cupidine? Tunc. s. quo tempore hæc gerebantur, decuit timuisse tuis, nũc uero surgis querelis haud iustis sera. i. sero, et iactas iurgia irrita. Iuno orabat. i. orat

Cœlicolæ assensu vario: ceu flamina prima
Cum deprensa fremunt syluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.
Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
Infit: eo dicente Deum domus alta silescit, *Silentiū loquente Ioue.*
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther,
Tum Zephyri posuere, præmit placida æquora Pontus:
Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta:
Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec vestra capit discordia finem: *Iupiter dicit se nulli parti pro futurū fatis cōmissurum exitum.*
Quæ cuiq; est fortuna hodie, quam quisq; secat spem,
Tros, Rutulus ve fuat, nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italum, castra obsidione tenentur,
Siue errore malo Troiæ, monitisq; sinistris,
Nec Rutulos soluo: sua cuiq; exorsa laborem,
Fortunamq; ferent: Rex Iuppiter omnibus idem.

¶ *Ecphrasis.*

tionē habebat talib⁹ uerbis, & cuncti cælicolæ fremebant. i. murmurabant assensu uario, quia alij Veneri, alij Iunoni assentiebantur. Ceu, id est, tanquam cum flamina prima deprensa in syluis fremunt, id est, uenti sonant, & murmura cæca uolutant prodentia, id est, portendentia nautis uentos uenturos, id est, futuram tempestatem. Tum pater omnipotens Iuppiter, cui summa potestas rerum est, infit. i. incipit loqui, eo dicente domus alta Deorum silescit, idest, cælum, & tellus tremefacta solo silet, & arduus æther silet. Tum etiam uenti posuere, id est, flare cessauerunt, & pontus premit, id est, continet æquora placida, id est, fluctus quietos. Accipite ergo animis, id est, animaduertite, & figite memoriæ hæc mea dicta, quandoquidem pro quoniam haud licitū est Ausonios coniungi fœdere Teucris, nec uestra discordia capit finem. Ego nullo discrimine habebo, id est, nulla differentia fortunam, quæ est hodie cuiq;, & quam spem quisque sequitur, hoc enim est secat, & hoc, ille fuat, id est, sit Tros siue Rutulus, & seu castra tenentur obsidione, scilicet, Italorum, siue tenentur malo, id est, difficili errore Troiæ, & monitis sinistris, nec soluo, id est, absoluo Rutulos. Sua. id est, propria exordia, id est, principia ferent cuique & laborem & fortunam. Sed Iuppiter erit omnibus Rex idem.

Alludit ad naturā Stygis.

Fata viam inuenient. Stygij per flumina fratris,
Per pice torrenteis, atraq; voragine ripas
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Hic finis fandi: solio tum Iuppiter aureo
Surgit, cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere cæde viros, & mœnia cingere flammis.
Ast legio Aeneadum vallis obsessa tenetur:
Nec spes vlla fugæ, miseri stant turribus altis
Nequicquam: & rara muros cinxere corona.
alij Asius Iasius Imbrasides, Hicetaoniusq; Tymœtes,
Assaraciq; duo, & senior cum Castore Tybris
Prima acies: hos germani Sarpedonis ambo,
alij et ethemon Et clarus Ethemon Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum
alij Aemō Haud partem exiguam montis Lyrnesius Agmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.

¶Ecphrasis.

id est, communis & iustus, & fata inuenient uiam, quomodo Aeneas in Italia imperet. Et annuit ita fore, id est, futurum per flumina fratris Stygij, id est, Plutonis, & per ripas torrentes pice atq; uoragine atra, id est, per Stygiam paludem, annuit inquam, & eo nutu tremefecit Olympum totum. Hic finis fuit fandi, & Iuppiter tum surgit ex solio aureo, quem medium, id est, stipatum cælicolæ ducunt ad limina, idest, in aulam suam. Interea. i. dum hæc geruntur apud superos, Rutuli instant circum omnibus portis, sternere, id est, ut sternant uiros cæde, & instant cingere mœnia flammis. At legio Aeneadum pro Aeneadarum tenetur obsessa uallis, nec est ulla spes fugæ illis miseris. Illi stant in altis turribus nequicquam, id est, frustra, id est, sine spe, & cinxere muros corona rara, id est, non frequenti, scilicet, Iasius Imbrasides, id est, Imbrasi filius, & duo Assarraci cognomines, & Tybris senior cum Castore. appositiue. prima acies. Ambo Germani Sarpedonis, & Ethemon clarus ab alta Lycia, ubi Sarpedon regnauit, comitantur hos superiores. Agmon Lyrnesius a Lyrneso urbe Phrygiæ uir ingens connixus toto corpore fert saxum partem montis haud exiguam, id est, magnam, Agmon dico, nec minor Clicio genitore suo,

Hi iaculis, illi certant defendere saxis,
Molíriq; ignem, neruoq; aptare sagittas.
Ipse inter medios Veneris iustissima cura
Dardanius caput ecce puer detectus honestum:
Qualis gemma micat, fidum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia terebyntho
Lucet ebur: fusos ceruix cui lactea crines
Accipit, & mollis subnectit circulus auro.
Te quoq; magnanime viderunt Ismare gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno
Mæonia generose domo: vbi pinguia culta
Exercentq; viri, Pactolusq; irrigat auro.
Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni
Aggere murorum sublimem gloria tollit:

Retulit ad Iulum Cæsarem, qui aliquoties nudo capite signa cũ hoste contulit.

¶ *Ecphrasis.*

nec minor Menestheo fratre. Hi, *id est, quidam certant defendere urbem iaculis, & illi, id est, alij saxis, & alij certant moliri ignem, & aptare sagittas neruis, id est, arcubus.* Et *ipse puer* Dardanius, *id est, Ascanius iustissima cura Veneris, id est, cuius peculiarem curam Venus gerebat, detectus caput, id est, habens caput honestum, id est, pulchrum detectum, incedit inter medios. Talis subaudi, qualis gemma micat, quæ existens decus collo aut capiti diuidit aurum fuluum, id est, designatur & concluditur auro, uel quale ebur inclusum buxo.i.materia pallida, aut terebyntho.i.materia nigra* Oricia *ab* Ori*to ciuitate* Epyri, *& hoc per artem, id est, artificiose.* Cui Ascanio *ceruix lactea accipit crines fusos, & circulus mollis ex auro, id est, monile aureum subnectit collum, id est, circumligat.* Et o Ismare *magnanime, gentes uiderunt te dirigere, id est, iaculari uulnera, id est, tela uulnus factura, & uiderunt te armare calamos ueneno, id est, sagittas ueneno illinere.,* Ismare *dico, generose ex domo* Mæonia, *id est,* Lydia, *ubi uiri exercent culta pinguia, id est, colunt agros pingues, &* Pactolus *fluuius* Lydiæ *irrigat illa culta auro, quia fluuius ille arenas aureas habet.* Et Mnestheus *adfuit, quem gloria pristina, id est, diei præcedentis* Turni *pulsi ex aggere murorum, id est, ex media urbe, tollit sublimem, id est, gloriosum.* Et Capys *etiam affuit.*

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.
Nanq; vt ab Euandro castris ingressus Hetruscis
Regem adit, & regi memorat nomenq;, genusq;.
Quid ve petat, quid ve ipse ferat, Mezentius arma,
Quæ sibi conciliet, violentaq; pectora Turni
Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus
Admonet, immiscetq; preces. haud fit mora: Tarchon
Iungit opes, fœdusq; ferit. tum libera fatis
Classem conscendit iussis gens Lydia Diuum
Externo commissa duci. Aeneia puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones.
Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
Hic magnus sedet Aeneas, secumq; volutat
Euentus belli varios: Pallasq; sinistro

Redit ad historiã de Tarchonte, quã pene in fine octaui libri reliquerat.

Fingit cũ consultantem de rebus suis.

¶ *Ecphrasis.*

hinc, id est, a quo ducitur nomen urbi Campanæ, id est, Capuæ. Illi omnes contulerant inter sese certamina duri belli, id est, per uices urbem seruabant. Et Aeneas ueniens iam secabat freta, id est, nauigabat media nocte. Nam ut est ab Euandro digressus, & ingressus castris Hetruscis, id est, in castra Tyrrhenorum adit Regem, id est, Tarchonta, & memorat Regi nomen suum, & genus, & quid petat, quia societatem, & quid ipse ferat, id est, conferat societati, & memorat quæ arma conciliet sibi Mezentius illorum hostis, & edocet pectora Turni esse uiolenta, & admonet, quæ sit fiducia rebus humanis, ac si dicat uana, & immiscet preces. Tum haud mora, id est, statim Tarchon iungit opes suas Aeneæ, & ferit cum illo fœdus. Tum gens Lydia, id est, Tyrrhena libera fatis Deorum iußis commissa, id est, credita duci externo, quod fata iubebant, conscendit classem. Puppis Aeneia quia prætoria tenet prima, subiuncta leones, id est, habens leones subiunctos in rostro. Ida, id est, simulachrum Idæ syluæ gratissima Teucris profugis imminet, id est, impendet rostro nauis. Aeneas magnus sedet hic, id est, in prora nauis, & uolutat secum euentus belli uarios. Et Pallas affixus lateri sinistro, iam quærit sydera iter quę noctis opacæ, id est, rationem syderum, per quę

Affixus lateri iam quærit ſydera opacæ
Noctis iter:iam quæ paſſus, terraq́ꝫ, mariq́ꝫ.
Pandite nunc Helicona Deæ, cantusq́ꝫ mouete.
Quæ manus interea Tuſcis comitetur ab oris
Aeneam, armetq́ꝫ rates, pelagoq́ꝫ vehatur.
Maſſicus ærata princeps ſecat æquora Tygri,
Sub quo mille manus iuuenum, qui mœnia Cluſi,
Quiq́ꝫ vrbem liquere Coſas, quis tela ſagittæ,
Corytiq́ꝫ leues humeris, & letifer arcus.
Vna toruus Abas: huic totum inſignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes: aſt Ilua trecentos
Inſula inexhauſtis chalybum generoſa metallis.
Tertius, ille hominum, Diuumq́ꝫ interpres Aſylas:
Cui pecudum fibræ, cœli cui ſydera parent,
Et linguæ volucrum, & præſagi fulminis ignes:

Catalogus ducũ qui Aeneã ſecuti ſunt. alij Gorytiq́ꝫ

¶ Ecphraſis.

nauigantes curſum dirigunt per noctem. Nunc, id eſt, aliquando quærit illa, quæ Aeneas paſſus eſt & terra & mari. O Deæ, id eſt, o Muſæ pandite, id eſt, aperite nunc Helicona uobis ſacratum, & mouete cantus dicentes mihi, quæ manus comitetur interea Aeneam ab oris Thuſcis, & quæ manus armet rates: & uehatur pelago cum Aenea. Maßicus uiri nomen princeps ſecat æquora Tygri ærata, id eſt, naui, cuius inſigne erat Tygris, ſub quo erat manus, id eſt, exercitus mille iuuenum, qui liquere mœnia Cluſii, qui etiam liquere Coſas urbem, quis pro quibus ſagittæ erant tela, & Coryti leues. id eſt, pharetræ & arcus letifer, id eſt, mortifer erant in humeris. Vna, id eſt, ſimul cum illo erat Abas toruus. Huic Abanti totum agmen erat armis inſignibus ſubaudi armatum, & puppis fulgebat Apolline aurato. i. cuius erat Apollo tutela. Populonia dederat illi Abanti ſexcentos iuuenes expertos belli. i. exercitatißimos, aſt Ilua inſula cõtra Populoniã poſita dederat illi tercẽtos, inſula dico, generoſa metallis inexhauſtis. i. indeficiẽtibus chalybũ. i. ferri. Aſylas ille interpres Deorũ et hominũ. i. diuinus erat tertius, cui fibræ pecudũ. i. aruſpicina, et cui ſydera cæli. i. aſtrologia parẽt. i. obediũt, et linguæ uolucrũ. i. auguria, et ignes fulminis pſagi. i. iratũ Ioue demõ

Mille rapit densos acie, atq; horrentibus hastis.
Hos parere iubent Alpheæ ab origine Pisæ,
Vrbs Hetrusca solo, sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & versicoloribus armis.
Ter centum adijciunt, mens omnibus vna sequendi,
Qui Cerete domo, qui sunt Minionis in aruis,
Et Pyrgi veteres, intempestæq; Grauiscæ.
Non ego te Ligurum ductor fortissime bello
alij Cinere Transierim Cygne, & paucis comitate Cupauo:
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ,
Crimen amor vestrum, formæq; insigne paternæ.
Nanq; ferunt luctu Cygnum Phaetontis amati,
Populeas inter frondes, vmbramq; sororum
Dum canit, & mœstum Musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sydera voce sequentem.

¶ *Ecphrasis.*

strãtis etiã parẽt. Rapit Asylas. s. mille viros dẽsos acie et hastis horrẽtib9. i. terribilibus. Pisæ urbs Alpheæ ab origine, id est, ducentes originem a Pisa Elydis, ubi est, Alpheus fluuius, iubent hos parere, id est, obedire illi, Pysæ dico Hethrusca solo, id est, situ. Astur pulcherrimus sequitur hos, Astur dico fidens equo et armis uersicolorib9. i. pictis: tercẽtũ uiri adijciunt se illi Asturi. Vna mẽs erat omnibus sequendi illum, illis qui sunt domo Cerete, id est, Ceretana, & qui sunt in aruis Minionis fluminis, quod Cerete urbem abluit, & Pyrgi ueteres, & Grauiscæ intempestæ, id est, pestilentes. O Cygne ductor fortissime Ligurum, & o Cupauo comitate paucis bello, id est, ad bellum, ego non transierim, id est, silebo te, cuius de uertice. i. galea pennæ olorinæ. i. cygneæ surgunt, quod erat insigne paternum, quia Cupauo filius Cygni fuit, ideo dixit insigne formæ paternæ, cuius transmutationis amor fuit crimen. i. causa, & quomodo illud fuerit narrat. Nam ferunt Cygnum Regem Ligurum duxisse senectam canentem. i. canam pluma molli, linquentem terras, & sequentem sydera uoce, quia in cælo est stellis figuratus, & hoc dum luctu Phaetontis amati. i. amici canit inter frondes populeas et umbras sororum Phaetontis in eas arbores immutatarum. Filius Cygni Cupauo comitatus classe cateruas æquales superioribus, promouet remis

Filius æquales comitatus classe cateruas,
Ingentem remis Centaurum promouet. ille
Instat aquæ, saxumq; vndis immane minatur
Arduus, & longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis:
Qui muros, matrisq; tibi dedit Mantua nomen:
Mantua diues auis: sed non genus omnibus vnum,
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
Ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires.
Hinc quoq; quingentos in se Mezentius armat:
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mintius, infesta ducebat in æquora pinu.
It grauis Auletes, centenaq; arbore fluctum
Verberat assurgens, spumant vada marmore verso.
Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta; cui laterum tenus hispida nanti

Mãto filia fuit Thyresiæ Vatis.

alij fluctus
alij uersa

¶ *Ecphrasis.*

Centaurum ingentem, scilicet, nauem. Ille Centaurus, scilicet, nauis insigne arduus instat, idest, impendet aquæ, et minatur undis saxum immane, quasi iacere in mare uellt. Ille etiam Ocnus filius Manthus fatidicæ, idest, uatis Thyresiæ filiæ, & filius amnis Thusci, idest, Tybridis ciet agmen ab oris patrijs .i. Mantuanis. Qui, o Mantua, dedit tibi muros et nomẽ matris, a qua Mantua nomen accepit. Mantua inquam diues, id est, generosa auis, sed non erat unum genus illis omnibus. Sed triplex gens erat illi, & populi quaterni erant sub gente qualibet. Ipsa Mantua erat caput illis duodecim populis, et uires erant ipsi de sanguine Thusco. Mezentius armat in se, id est, contra se quingentos hinc, id est, a Mantua, quos populos Mintius dux patre Benaco, id est, Benaci filius uelatus arundine glauca, ad fluuium alludit, ducebat in æquora pinu, id est, naui infesta, id est, armata. Auletes grauis it cum reliquis, qui assurgens, id est, cuius remiges, uerberat fluctum arbore centena, id est, remis centum, & uada, id est, maria uersa a uerro spumant marmore, id est, ipso in mari. Triton immanis, id est, nauis, cuius insigne erat Triton, uehit hunc, & exterrens freta cærula, id est, uiridia concha. Cui Tritoni nanti frons hispida præfert hominem tenus laterum,

Frons hominem præfert, in Pistrin desinit aluus:
Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ, & campos salis ære secabant.
Iamq; dies cœlo concesserat, almaq; curru
Noctiuago Phœbe medium pulsabat Olympum.
Aeneas (neq; enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens, clauumq; regit, velisq; ministrat.
Atq; illi in medio spatio chorus ecce suarum
Occurrit comitum, Nymphæ: quas alma Cybelle
Numen habere maris, Nymphasq; e nauibus esse
Iusserat: innabant pariter, fluctusq; secabant,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ,
Agnoscunt longe Regem, lustrantq; choreis:
Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea
Pone sequens dextra puppim tenet, ipsaq; dorso
Eminet, ac læua tacitis subremigat vndis.
Tum sic ignarum alloquitur: Vigilas ne Deum gens

alij discesserat

Non decet principem totam noctem summo traducere.

¶ *Ecphrasis.*

& aluus desinit in Pistrim, & unda spumea murmurat, id est, enat sub pectore semifero, id est, semihomine. Tot, id est, triginta proceres lecti ibant nauibus ter denis, idest, triginta subsidio, id est, in subsidium Troiæ, et secabant campos salis. i. maria ære, idest, rostris nauium æratis. Et iam dies, id est, Sol concesserat cælo, & Phœbe, id est, Luna alma pulsabat medium Olympum curru noctiuago. Ipse Aeneas, neq; enim cura dat quietem, id est, somnum membris, sedens in puppi regit clauum, id est, temonem nauis, & ministrat uelis, id est, moderatur. Et ecce chorus suarũ comitũ occurrit illi in medio maris spacio, chor⁹ dico. appo. Nymphæ, quas Alma Cybelle iusserat habere numen maris, & ex nauibus esse Nymphas: tot inquam Nymphæ innabant pariter, & secabant fluctus, quot proræ æratæ prius steterant ad littora, id est, iuxta. Et agnoscunt a longe Regem suum, & lustrant illum choreis. Quarum Cymodocea, quæ erat doctissima fandi, pone, idest, retro sequens tenet puppim dextra, & ipsa eminet dorso. ac læua manu subremigat undis tacitis, id est, sine ullo strepitu. Tum alloquitur Aeneam ignarum sic, id est, in sequentem modum. O Aenea gens, id est, de gente Deorum

Aeneas? vigila, & velis immitte rudenteis,
Nos sumus Idææ sacro de vertice pinus,
Nunc pelagi Nymphæ, classis tua, perfidus vt nos
Præcipites ferro Rutulus, flammaq; premebat,
Rupimus inuitæ tua vincula, teq; per æquor
Quærimus: hanc genetrix faciem miserata refecit,
Et dedit esse Deas, æuumq; agitare sub vndis.
At puer Ascanius muro, fossisq; tenetur
Tela inter media, atq; horrenteis Marte Latinos.
Iam loca iussa tenet forti permistus Hetrusco
Arcas eques: medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age, & aurora socios veniente vocari
Primus in arma iube: & clypeum cape, quem dedit ipse
Inuictum ignipotens, atq; oras ambijt auro.
Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris,

Perstringit obscure historiam de præmißis equitib⁹ Hetruscis.

¶ *Ecphrasis.*

uigilas? quod si non uigilas, uigila, & immitte rudentes, id est, solue funes uelis. Nos sumus pinus Idææ, id est, naues factæ ex pinibus Idæ syluæ de uertice sacro, id est, Gargaro uertice Idæ syluæ, & nunc sumus Nymphæ pelagi, & nos claßis tua inuitæ, id est, nolentes rupimus tua uincula, ut. i. postea quã Rutulus perfidus. id est, Turnus petebat ferro & flamma nos præcipites, id est, timidas atq; a timore ueloces, & nunc quærimus te per æquor, quia magna Deorum genitrix miserata nos refecit nobis hanc faciem, & dedit esse Deas maris, & agitare æuum sub undis. At puer Ascanius cum reliquis Troianis tenetur, id est, obsidetur muro, & foßis inter arma media, id est, armatos & Latinos horrentes Marte, id est, bello. Et iam Arcas eques, id est, equites Euandri, permistus Hetrusco forti. i. Tyrrhenis tenet loca iussa, et sententia est Turno certa opponere illis equitibus medias turmas, & hoc ne iungant se castris Troianis. Ideo o Aenea surge eia, & aurora ueniente tu primus iube socios uocari in arma, ut se pugnæ parent, & tu cape clypeum, quem ipse ignipotens. i. Vulcanus dedit inuictum, id est, inuiolabilem, atq; ambijt. i. circuiuit oras. i. extremitates auro. Quod si tu nõ putaris mea dicta irrita. i. uana, crastina lux, id est, dies sequens spectabit, id est, uidebit ingentes aceruos stragis Rutulæ,

Ingenteis Rutulæ ſpectabit cædis aceruos.
Dixerat:& dextra diſcedens impulit altam,
Haud ignara modi, puppim:fugit illa per vndas
Ocyor & iaculo, & ventos æquante ſagitta.
Inde aliæ celerant curſus:ſtupet inſcius ipſe
Tros Anchiſiades, animos tamen omine tollit.
Tum breuiter ſupera aſpectans conuexa precatur:
Alma parens Idæa Deum, cui Dindyma cordi,
Turrigeræq; vrbes, bijugiq; ad frena leones,
Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu rite propinques
Augurium, Phrygibusq; adſis pede Diua ſecundo.
Tantum effatus:& interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctemq; fugarat.
Principio ſocijs edicit, ſigna ſequantur,
Atq; animos aptent armis, pugnæq; parent ſe.
Teucros alij ſocios Iamq; in conſpectu Teucros habet, & ſua caſtra.

¶*Ecphraſis.*

Dixerat Cymodocea, & diſcedens haud ignara modi, id eſt, quomodo id fieri deberet, impulit dextra puppim altam, & illa puppis fugit per auras ocyor iaculo, & ſagitta æquante uentos in uelocitate. Inde aliæ naues celerant curſus. Ipſe Anchiſiades, id eſt, Aeneas Tros ſtupet inſcius, quidnam illud eſſet. Tamen tollit animos, id eſt, lætatur omine, id eſt, augurio ex Cymodoceæ uerbis. Tunc Aeneas aſpectans conuexa ſupera, id eſt, cælum, precatur ſic. O Idæa, id eſt, Cybele alma parens Deorum, cui Dindyma, id eſt, Phrygiæ montes ſunt cordi, id eſt, placent, & urbes turrigeræ, & leones biiugi ad frena, id eſt, domiti ſub curru ſunt etiam cordi. Tu inquam o Cybele ſis mihi principium pugnæ huius, & propinques augurium hoc, id eſt, acceleres rite, & o Diua tu adſis Phrygibus pede ſecundo, id eſt, fœlici & proſpero. Aeneas tantum effatus eſt ſuperiora, & interea, dum hæc gerebantur, dies reuoluta, id eſt, Sol rediens ruebat luce iam matura, id eſt, clara, & fugarat noctem, id eſt, tenebras. Principio Aeneas edicit ſocijs, id eſt, præcipit comitibus quæ ſigna ſequantur. Atque edicit, ut aptent, id eſt, præparent animos armis, & pro, id eſt, præparent ſe pugnæ, quod idē eſt. Et iam Aeneas habet Teucros ſuos in conſpectu et pro. i. ſua caſtra.

Stans celsa in puppi: clypeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem: clamorem ad sydera tollunt
Dardanidæ e muris, spes addita suscitat iras.
Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris
Strymoniæ dant signa grues, atq; æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntq; Notos clamore secundo.
At Rutulo Regi, ducibusq; ea mira videri
Ausoniis: donec versas ad littora puppes
Respiciunt, totumq; allabi classibus æquor.
Ardet apex capiti, cristisq; a vertice flamma
Funditur, & vastos vmbo vomit aureus ignes:
Non secus ac liquida siquando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent: aut Sirius ardor.
Ille sitim, morbosq; ferens mortalibus ægris
Nascitur, & læuo contristat lumine cœlum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Littora præripere, & venienteis pellere terra.

Ex Homeri Iliadum lib. iij.

al. tristisq;

alij. precipere.

¶*Ecphrasis.*

Et tum, id est, deinde stans in celsa puppi extulit manu sinistra clypeum ardentem, id est, splendentem. Tunc viso clypeo Dardanidæ tollunt clamorem ad sydera ex muris, & spes addita ex Aeneæ conspectu suscitat iras, & iaciunt tela manu, scilicet, in hostes Rutulos & Latinos, quales pro qualiter grues Strymoniæ a fluuio Thraciæ, quem frequentant, dant signa sub nubibus atris, & tranant, id est, volant trans æthera cum sonitu, & fugiunt Notos clamore secundo, id est, fauente. At ea omnia videri pro videbantur mira Regi Rutulo, id est, Turno, & ducibus Ausoniis, id est, Italis: & tam diu mirati sunt, donec respiciunt puppes versas ad littora, & allabi, id est, labi ad totum æquor classibus. Apex galeæ ardet, id est, splendet capiti Aeneæ, & flamma funditur cristis a vertice, idem est, & umbo, id est, clypeus aureus uomit ignes uastos, id est, splendet. Non secus, id est, aliter quam siquando, id est, aliquando cometæ sanguinei rubent lugubre, id est, signum luctus futuri nocte. id est, per noctem: aut ardor Syrius, id est, stella canicula, ille dico ardor Syrius nascitur ferens sitim & morbos ægris mortalibus. i. hominibus, & contristat cælum lumine leuo. i. infelici & noxio. At fiducia non cessit. i. defuit Turno audaci præripere, id est,

Vltro animos tollit dictis, atq; increpat vltro:
Quod votis optastis, adest: perfringere dextra,
In manibus Mars ipse viri. nunc coniugis esto
Quisq; suæ, tectiq; memor: nunc magna referto
Facta patrum, laudes: vltro occurramus ad vndam,
Dum trepidi, egressisq; labant vestigia prima.
Audentes Fortuna iuuat.
Hæc ait: & secum versat, quos ducere contra:
Vel quibus obsessos possit concredere muros,
Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. multi seruare recursus
Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu
Per remos alij. speculatus littora Tarchon,
Qua vada non spirant, nec fracta remurmurat vnda,
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu:
Aduertit subito proras, sociosq; precatur:

Adhortatur milites ab necessario, utili, et hõesto.

¶ Ecphrasis.

præripiēdũ littora, et expellere uenientes ex terra. Et tollit. i. extollit animos suorũ ultro, et increpat illos ultro dicēs. Adest illud, qđ semper antehac optastis, scilicet, perfringere, id est, decertare dextra. i. pugna. O uiri Mars ipse est in manibus. Quisq; sit nunc memor suæ coniugis, & referto, id est, in me moriam adducat facta magna patrum, & laudes, id est, uictorias. Itaq; occurramus ultro ad undam, dum hostes sunt trepidi, & uestigia prima labant egreßis, id est, qui ex nauibus egrediuntur. Occurramus inquam, quia fortuna iuuat audentes. Hæc ait Turnus, & uersat, id est, cogitat, quos posset ducere contra Aeneæ exercitum, uel quibus poßit concredere muros obsessos, id est, obsidionem urbis. Interea dum hæc Turnus cogitat Aeneas exponit, id est, extra de puppibus altis ponit socios pontibus, id est, per pontes, id est, las escalas. Multi ex socijs Aeneæ seruare pro seruabant recursus, id est, reflexus pelagi languentis, id est, ubi non erant fluctus. Alij credere pro credebant se breuibus, id est, uadis, ubi aqua non erat profunda, saltu, id est, saltentes per remos, id est, inter remos. Tum Tarchon speculatus littora ea parte, qua uada non spirant, id est, undis tumescunt, quod est signũ profundi maris, nec unda fracta remurmurat, sed ubi mare est inoffensum, id est, tranquillum, & allabitur æstu crescenti. Itaq; subito aduertit proras illuc, &

Nunc o lecta manus validis incumbite remis, alij remis
Tollite, ferte rates: inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina,
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel. quæ talia postquam
Effatus Tarchon, socij consurgere tonsis,
Spumanteisque rates aruis inferre Latinis,
Donec rostra tenent siccum, & sedere carinæ
Omnes innocuæ: sed non puppis tua Tarchon:
Nanque inflicta vadis dorso dum pendet iniquo,
Anceps, sustentata diu, fluctusque fatigat,
Soluitur: atque viros medijs exponit in vndis,
Fragmina remorum, quos & fluitantia transtra
Impediunt, retrahitque pedes simul vnda relabens.
Nec Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer
Totam aciem in Teucros, & contra in littore sistit.

¶Ecphrasis.

simul precatur socios. O manus, id est, gens lecta, id est, quam ego delegi, nunc incumbite ualidis remis, & nunc etiam tollite remos, ferte, id est, impellite rates, & rostris nauium findite hanc terram inimicam, id est, quam hostes insederunt, & ipsa carina, id est, latus nauis premat, id est, faciat sulcum. Quia tellure semel arrepta, ego non recuso, id est, fugio, frangere puppim tali statione, id est, portu. Quæ talia uerba posteaquam Tarchon effatus est, socij consurgere, pro consurgebant tonsis, id est, remis, & inferre pro inferebant rates spumantes aruis Latinis, id est, in arua, donec rostra nauium tenent siccum, & carinæ, id est, fundi sederunt, omnes innocuæ, id est, sine detrimento. Sed o Tarchon tua puppis non sedit innocua. Nam illa inflicta uadis, id est, illisa, dum anceps, id est, uacillans pendet dorso iniquo, id est, inæquali, quia pars prior suspensa erat, & posterior depressa, diuque sic sustentata fatigat fluctus, soluitur, id est, dißipatur, & exponit uiros in medijs undis: quos uiros fragmina, id est, fragmenta remorum & transtra fluitantia in summitate undarum impediunt, & unda relabens, id est, retro fluens simul retrahit secum pedes. Nec mora segnis, id est, pigra retinet Turnum, sed ille acer, i. fortis capit totã aciem in Teucros, & sistit, id est, stat contra in littore.

Signa canunt: primus turmas inuasit agresteis
Aeneas, omen pugnæ, strauitq; Latinos
Occiso Therone: virum qui maximus vltro
Aeneam petit: hunc gladio, perq; ærea scuta, — *alij suta*
Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum. — *alij squalẽtemq; auro tunicã*
Inde Lycam ferit, exectum iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum, casus euadere ferri
Cui licuit paruo: nec longe Cissea durum,
Immanemq; Gyan, sternentes agmina claua,
Deiecit leto: nihil illos Herculis arma,
Nil validæ iuuere manus, genitorq; Melampus
Alcidæ comes, vsq; grauis dum terra labores
Præbuit. ecce Pharo, voces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum, clamanti sistit in ore. — *alij fistit clamantis*
Tu quoq; flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum.

¶ *Ecphrasis.*

Tunc signa canunt bellicum, & Aeneas primus inuadit turmas equitum agrestes. appositiue. omen pugnæ, & occiso Therone duce sternit Latinos, qui uir maximus ultro petit uirum Aeneam. Et haurit, id est, percutit huic Theroni latus apertum per scuta ærea, & per tunicam squalentem auro, id est, squamas aureas habentem. Inde, id est, deinde Aeneas ferit Lycam exectum, id est, excisum ex matre iam perẽpta, et tibi o Phœbe sacrũ, cui paruo licuit euadere casus, id est, pericula ferri. Nec longe ab his deiecit leto, id est, cæcidit Cissea durũ, id est, Cisseum, & Gyam immanem sternentes agmina claua. Arma Herculis, id est, claua & manus ualidæ nihil iuuere illos, & nihil iuuit illos Melampus genitor illorum comes Alcidæ, id est, Herculis, dum terra prebuit labores graues, id est, procreauit monstra & feras. Et ecce Aeneas sistit in ore, id est, figit iaculum Pharo, intorquens in Pharum clamantem, dum iactat uoces inertes, id est, uerba inania. Et tu quoq; o Cydon miserande iaceres stratus dextra Dardania. i. Aeneæ, dum tu infœlix securus amorũ, qui semper erant tibi iuuenũ, sequeris Clytiũ flauentẽ malas. i. habentem malas flauas prima lanugine, quia erat ephœbus, iaceres inquã, nisi cohors stipata. i. dẽsa fratrum foret obuia Aeneæ,

Qui iuuenum tibi ſemper erant,miſerande iaceres,
Ni fratrum ſtipata cohors foret obuia,Phorci
Progenies:ſeptem numero,ſeptenaq́ʒ tela
Conijciunt,partim galea,clypeoq́ʒ reſultant
Irrita:deflexit partim ſtringentia corpus
Alma Venus.fidum Aeneas affatur Achaten:
Suggere tela mihi)nõ vllum dextera fruſtra
Torſerit in Rutulos)ſteterant quæ in Corpore Graium
Iliacis campis.tum magnam corripit haſtam,
Et iacit:illa volans clypei tranſuerberat æra
Mæonis,& thoraca ſimul cum pectore rumpit.
Huic frater ſubit Alcanor, fratremq́ʒ ruẽtem
Suſtentat dextra:traiecto miſſa lacerto
Protinus haſta fugit, ſeruatq́ʒ cruenta tenorem:
Dexteraq́ʒ ex humero neruis moribunda pependit.
Tum Numitor,iaculo fratris de corpore rapto,
Aeneam petijt:ſed non & figere contra
Eſt licitum,magniq́ʒ femur perſtrinxit Achatæ.
Hic Curibus,fidens primæuo corpore Lauſus

Excitat ſeſe recordatione ſuæ uirtutis.
al.ſteterũt

¶*Ecphraſis.*

cohors dico ꝓgenies Phorci.i.filij,qui ſeptẽ numero cõijciunt tela ſeptena,q̃ telæ partim reſultãt ex galea,partim ex clypeo irrita.i.ſine ictu,partim.i.q̃dã ex illis alma Ven⁹ mater Aeneæ deflexit,ſtringẽtia.i.cũ ſtringerẽt ſũmũ corp⁹ illi⁹.Tũc Aeneas affatur.i.alloqtur Achatẽ fidũ comitẽ.Suggere tela mihi.i. ſubminiſtra o Achate, quia dextra mea nullũ telũ torſerit.i.iaculabitur fruſtra in Rutulos.i:cõtra Rutulos,q̃ tela ſteterũt in corpore Graiorũ in cãpis Iliacis.i.q̃ aliquẽ ex Græcis cõfixerũt. Tũ corripit haſtã magnã,et iacit,illa uolãs trãſuerberat æra clypei.i.clypeũ æratũ Mæonis,et rũpit ſimul thoraca.i.pectoris munimẽtũ cũ pectore. Alcanor frater ſubit.i.ſuccedit huic,et ſuſtẽtat dextra manu Mæonẽ fratrẽ ruẽtẽ. Et ꝓtinus haſta ab Aenea miſſa fugit lacerto traiecto.i.retro acto,q̃ cruẽta ſeruat tenorẽ.i. currẽdi modũ, & illa dextera moribũda.i.ualde moriẽs pepẽdit neruis ex humero Alcanoris. Tũ Numitor rapto iaculo de corpore fratris Alcanoris petit Aeneã,ſed nõ eſt licitũ illi figere Aeneã contra.i.e diuerſo,q; ꝓ ſed perſtrinxit femur magni Achatæ.Hic.i.tũc Lauſus corpore primæuo.i.iuuenis fidẽs Curibus

al. Aduolat Aduenit, & rigida Dryopen ferit eminus hasta
Sub mentum grauiter pressa, pariterq́ loquentis
Vocemq́, animamq́ rapit traiecto gutture: at ille
Frõte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.
al. Tres Treis quoq́ Threicios Boreæ de gente suprema,
Et treis, quos Idas pater, & patria Ismara mittit,
Per varios sternit casus, occurrit Alesus,
Auruncæq́ manus: subit & Neptunia proles
Insignis Messapus equis: expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipso
Ausoniæ, magno discordes æthere venti
Prælia ceu tollunt animis, & viribus equis.
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit,
Anceps pugna diu, stant obnixa omnia contra:
Haud aliter Troianæ acies, aciesq́ Latinæ
Concurrunt: hæret pede pes, densusq́ viro vir.
At parte ex alia, qua saxa rotantia late
Intulerat torrens, arbustaq́ diruta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestreis

¶ *Ecphrasis.*

aduenit, & eminus, id est, a longe ferit Dryopẽ hasta rigida, id est, dura pressa, id est, impressa grauiter sub mentum, & gutture traiecto rapit .i. aufert illi uocem & animam. At ille ferit terram fronte, id est, cadit in præceps, & uomit ore cruorem crassum. Et Lausus sternit per uarios casus tres uiros Threicios de gente suprema .i. prima Boreæ, & tres alios, quos Idas pater, & Ismara patria mittit pro misit. Alesus cum Lauso accurrit, & simul manus Aruncæ, & Messapus insignis equis. appo. proles Neptunia etiam subit. Et nunc hi, nunc illi tendunt expellere se inuicem. Itaq; certatur, id est, omnes contendunt in ipso limine Ausoniæ, id est, Italiæ. & ponit comparationem dicens. Ceu uenti discordes tollunt prælia, id est, contendũt animis æquis, & uiribus etiam æquis in magno æthere. Ipsi uenti inter se nõ cedũt sibi inuicẽ, & nubila, & mare etiã non cedũt. Pugna itaq; diu est anceps, & omnia stãt cõtra obnixa, id est, resistentia. Haud aliter, id est, eodem modo acies Troianæ, & acies Latinæ concurrunt. Pes hæret pede, id est, pedi, & uir dẽsus uiro hæret. At ut Pallas uidit Arcades equites in

Vt vidit Pallas Latio dare terga ſequaci,
Aſpera queis natura loci dimittere quando
Suaſit equos, vnum quod rebus reſtat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:
Quo fugitis ſocij? per vos, & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictaq; bella,
Spemq; meam, patriæ quæ nunc ſubit æmula laudis, *al. laudi*
Fidite ne pedibus: ferro rumpenda per hoſtes
Eſt via, qua globus ille virum denſiſſimus vrget,
Hac vos, & Pallanta ducem patria alta repoſcit.
Numina nulla premunt; mortali vrgemur ab hoſte
Mortales totidem nobis animæq;, manuſq;.
Ecce maris magno claudit nos obice pontus,
Deeſt iam terra fugæ: pelago Troiam ne petemus? *al. petetis*
Hæc ait: & medius denſos prorumpit in hoſtes.
Obuius huic primum fatis adductus iniquis
Fit Lagus; hunc, magno vellit dum pondere ſaxum,

Pallantis ſtrages quã ſuis exbortatis edidit.

¶ *Ecphraſis.*

Juetos inferre acies pedeſtres, id eſt, pugnare cum peditibus, & dare terga Latio ſequaci, id eſt, fugere Latinos, ſuaſit illis dimittere equos, quis pro quibus natura loci erat aſpera, quia non poterat obequitari, & hoc ex illa parte, qua torrens intulerat ſaxa rotantia, id eſt, rotata a flumine late, id eſt, per amplum ſpacium, & intulerat arbuſta diruta: quod vnum, ſcilicet, dimittere equos reſtat in rebus egenis, id eſt, anguſtis, & incendit uirtutem ſuorũ equitum, nunc prece, nunc dictis amaris. O ſocij, quo fugitis? ego obteſtor uos per uoſmetipſos, & per facta ueſtra fortia, & per nomen Euandri patris mei, & per bella deuicta, & per ſpẽ meã, q̃ nũc æmula laudis patriæ. i. imitatrix ſubit, ne fidite. i. cõfidite pedibus. Via eſt rũpẽda pedibus per hoſtes. i. inter hoſtes, illa parte, qua uia & globus ille virorũ dẽſiſſimus vrget nos, hac. i. per illã uiã patria alta repoſcit uos et Pallãta. i. me. Quia nulla numina premũt nos. i. ſũt cõtra nos, ſed urgemur ab hoſte mortali, id eſt, ab hominibus nos homines, & totidem manus & animæ ſunt nobis, quot illis. Ecce pontus claudit nos magno obice maris, & terra deeſt iã fugæ. Ergo petetis ne Troiã pelago? q. d. neceſſe eſt pugnare. Hæc ait Pallas, et medi9 prũpit in medios hoſtes et dẽſos. Lagus fit obui9 huic adductus fatis iniquis primũ. i. ante oẽs,

Intorto figit telo: discrimina costis
al.recepit Per medium qua spina dedit: hastamq; receptat
al.occubat Ossibus hærentem. quem non super occupat Hisbon.
Hisbon Ille quidem hoc sperans: nam Pallas ante ruentem,
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis
Excipit, atq; ensem tumido in pulmone recondit.
al.Sthene- Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente vetusta
lum. Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis
Daucia, Laride Tymberq; simillima proles
Indiscreta suis, gratusq; parentibus error.
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis,
Te decisa suum Laride dextera quærit,
Semianimesq; micant digiti, ferrumq; retractant.
Arcades accensos monitu, & præclara tuentes
Facta viri, mistus dolor, & pudor armat in hostes.

¶ *Ecphrasis.*

& figit huic.i.in hūc telo cōtorto.i.misso ea parte, qua spina dabat discrimina.i. differētiam costis per medium, & receptat.i.recipit hastam hærentem ossibus, et hoc dum uellit saxum magno pondere, id est, magni ponderis. Quem Hisbon non occupat, ille quidem sperans hoc.s.illum posse occupare. Nam Pallas excipit.i.occidit ante morte crudeli illum ruentem & incautum, dum furit, & recōdit illi ensem in pulmone tumido, quia pulmonis natura tumida est. Hinc, id est, deinde Pallas petit Sthenelum & Anchemolum de gente uetusta Rhœti, Anchemolum, dico, ausum incestare, id est contaminare thalamos nouercæ.i.qui concubuit cū nouerca sua, quod est incest9. O Daucia, et o Tymber Laride.i.filij Larei, gemini et proles simillima & indiscreta idē est, et qd' sequitur error gratus parētibus, quia parētes ex eo lætabātur, uos inquā gemini Rutilis in aruis cecidistis. At nūc Pallas dedit discrimina dura.i.mortis differentiā. Nā o Tymbre ensis Euādrius.i.Pallantis filij Euandri abstulit tibi caput, et o Laride, id est, o Daucia dextera decisa quærit te suum, id est, cuius est dextera, & digiti semianimes micant.i. palpitant, & quamquam abscißi retractant ferrū. Dolor & pudor mixtus armat.i.incitat in hostes Arcades accensos monitu.i.hortatione, & intuentes facta præclara uiri.

Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea præter
Traijcit, hoc ſpatium, tantumq́ꝫ moræ fuit Ilo.
Ilonanq́ꝫ procul validam direxerat haſtam:
Quam medius Rhœteus intercipit, optime Teuthra
Te fugiens, fratremq́ꝫ Tyren: curruq́ꝫ volutus
Cædit ſemianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac velut optato ventis æſtate coortis
Diſperſa im mittit ſyluis incendia paſtor, al. optata
Correptis ſubito ſpatijs extenditur vna
Horrida per latos acies Vulcania campos: alij medijs
Ille ſedens victor flammas deſpectat ouanteis:
Non aliter ſocium virtus coit omnis in vnum,
Teq́ꝫ iuuat Palla: ſed bellis acer Aleſus
Tendit in aduerſos, ſeq́ꝫ in ſua colligit arma.
Hic mactat Ladona, Pheretaq́ꝫ, Demodocumq́ꝫ:
Strymonio dextram fulgenti diripit enſe
Elatam in iugulum; ſaxo ferit ora Thoantis,

¶ *Ecphraſis.*

Tum, id eſt, deinde Pallas traijcit, id eſt, confodit Rhœtea ꝑ Rhœteum præterfugientem bijugis, id eſt, curru bijugo. Hoc fuit ſpacium, & tantum moræ fuit Ilo .n.p. Rutuli, id eſt, parumper mors fuit dilata. Nam Pallas direxerat procul haſtam ualidam, quam Rhœteus intercipit fugiens, id eſt, dum fugeret te o optime Teuthra, & dum fugeret fratrem illius Tyren, qui Rhœteus ſemianimis cædit calcibus, id eſt, percutit arua Rutulorum. Et ponit comparationem dicens. Ac uelut paſtor immittit ſyluis incendia diſperſa, uentis coortis in æſtate, exoptato, id eſt, ſecundum quod optabat. Tunc acies Vulcania, id eſt, ignis ſparſus in exercitus ſimilitudinem, horrida, id eſt, terribilis extenditur per latos cãpos ſpacijs vna, id eſt, ſimul correptis, id eſt, incenſis. Et ille paſtor uictor. i. uoti compos ſedens deſpectat, id eſt, aſpicit flammas ouantes, id eſt, uictrices. Non aliter omnis uirtus, id eſt, fortitudo ſociorum coit, id eſt, congregatur in vnum, & o Palla iuuat te, id eſt, opitulatur. Sed Aleſus acer. i. fortis bellis tẽdit in aduerſos Arcades, et colligit ſe in arma ſua. i. latuit ſub ſcuto. Hic. i. Aleſus mactat Ladona, & Phereta, et Demodocũ. Et deinde diripit Strymonio dextrã. i. abſcindit enſe fulgẽti elatã in iugulũ. i. eleuatã. Deinde ferit ora Thoãtis ſaxo, et diſpergit

Oſſaq; diſpergit cerebro permiſta cruento.
Fata canens ſyluis genitor celarat Aleſum:
Vt ſenior leto canentia lumina ſoluit,
Parcæ. Iniecere manum parcæ, teliſq; ſacrarunt
Euandri: quem ſic Pallas petit ante precatus:
Da nunc Tybri pater ferro, quod miſſile libro,
Fortunam, atq; viam duri per pectus Aleſi:
Hæc arma, exuuiaſq; viri tua quercus habebit.
Audijt illa Deus: dum texit Imaona Aleſus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non cæde viri tanta perterrita Lauſus
Pars ingens belli ſinit agmina: primus Abantem
Nodus, pe Oppoſitum interimit, pugnæ nodumq;, moramq;:
ditum mul Sternitur Arcadiæ proles: ſternuntur Hetruſci:
titudo eſt. Et vos o Graijs imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt, ducibuſq;, & viribus æquis.
Extremi addenſant acies: nec turba moueri

¶ Ecphraſis.

oſſa permixta cerebro cruento. Genitor canens fata, id eſt, prædicens futura celarat Aleſum in ſyluis, ne ſcilicet in bello periret. Vt. i. ſed poſteaquam ille ſenior ſoluit leto, id eſt, morte lumina canentia, id eſt, ſuos oculos, cum canus eſſet, cum iam a patre non ſeruaretur, Parcæ iniecerunt illi manum, & ſacrarunt, id eſt, dedicarunt illum telis Euandri, id eſt, Pallantis enſi: quem Aleſum petit Pallas, id eſt, inuadit, ſed ante p̄catus eſt. O Tybri pater, id eſt, o Tyberine, da nūc fortunam, atq; uiam per pectus Aleſi duri, da inquam ferro. i. telo, quod miſſile ego libro. i. iaculor: tua quercus. i. tibi ſacra habebit hæc arma, & pro. i. exuuias viri. i. Aleſi. Deus, id eſt, Tyberinus audijt illa uerba, dū Aleſus texit. i. ſpoliat Iamonē, infelix dat pectus inerme telo Arcadio. i. Pallantis. At Lauſus Mezentij filius nō perterritus cæde viri tāta. i. Aleſi nō ſinit agmina eſſe pterrita, Lauſus, dico, pars ingens belli. Et primus interimit Abantem oppoſitum, Abātem dico, nodum & moram pugnæ. i. difficultatem & reſiſtentiā. Proles Arcadiæ ſternitur. i. comites Pallantis, & Hetruſci. i. Tyrrheni ſternuntur, & o Teucri corpora imperdita. i. inuicta Graijs uos etiam ſternimini. Et agmina concurrunt Ducibus & uiribus æquis. i. æqualibus. Extremi milites addenſant acies, id eſt, ſtipant, nec turba ſinit

Tela manusq; sinit, hinc Pallas instat, & vrget:
Hinc contra Lausus: nec multum discrepat ætas:
Egregij forma, sed queis fortuna negarat
In patriam reditus: ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator Olympi,
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
Interea soror alma monet succurrere Lauso
Turnum, qui volucri curru medium secat agmen:
Vt vidit socios: Tempus desistere pugnæ,
Solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas
Debetur: cuperem ipse parens spectator adesset.
Hæc ait, & socij cesserunt æquore iusso.
At Rutulum abscessum iuuenis, tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno: corpusq; per ingens
Lumina voluit, obitq; truci procul omnia visu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni:
Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis:

Soror Turni Nympha erat.
al. pugna
al. lætabor

¶ Ecphrasis.

tela & manus moueri, usq; adeo constipati erant. Hinc. i. ex parte Troianorum Pallas instat suos, & urget, id est, impellit. Hinc, id est, ex parte Rutulorum contra, id est, e diuerso Lausus instat & urget. Vterq; egregij forma, nec ætas discrepat multum inter eos, sed quis pro quibus fortuna negarat reditus in patriam. Tamen regnator Olympi haud passus est ipsos concurrere inter se, sed fata sua mox, id est, deinde manent, id est, expectant illos sub hoste maiore, quia Lausus sub Aenea, Pallas sub Turno perijt. Interea alma soror, id est, Iuturna monet Turnum fratrem succurrere Lauso, qui Turnus secat, id est, diuidit agmina curru uolucri. Et ut uidit socios, inquit, tempus est desistere pugnæ. Ego solus feror in Pallanta, Pallas debetur soli mihi. Ego cuperem, ut ipse pater Euandrus adesset spectator cædis, quam sum facturus. Hæc ait Turnus, & socij iussi cesserunt ex æquore. i. cãpo. At iuuenis miratus. s. Pallas abscessum Rutulum pro Rutulorum stupet in Turno. i. ad Turni conspectum, & uoluit lumina per corpus ingens illius, & obit. i. circundat omnia uisu truci. i. terribili. Et deinde it talibus dictis contra dicta tyranni. i. Turni, quæ paulo ante dixerat. Aut ego iam. i. paulo post laudabor raptis spolijs opimis. s. de Rege uicto, nam ea dicuntur spolia opima:

Exemplũ gloriæ.

Aut leto insigni: sorti pater æquus vtriq; est.
Tolle minas. fatus medium procedit in æquor.
Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.
Desiluit Turnus bijugis, pedes apparat ire
Cominus, vtq; leo, specula cum vidit ab alta

Pulchra ferocietis descriptio.

Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat: haud alia est Turni venientis imago.
Hunc vbi contiguum missæ fore credidit hastæ,
Ire prior Pallas, siqua fors adiuuet ausum
Viribus imparibus, magnumq; ita ad æthera fatur:
Per patris hospitium, & mensas, quas aduena adisti,
Te precor Alcide, cœptis ingentibus adsis:
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
Victoremq; ferant morientia lumina Turni.
Audijt Alcides iuuenem, magnumq; sub imo
Corde premit gemitum, lachrymasq; effudit inaneis.
Tum genitor natum dictis affatur amicis:

¶*Ecphrasis.*

Aut ego laudabor leto, id est, morte insigni, pater est æquus utrique sorti, siue prosperæ, siue aduersæ. Igitur tolle minas, & sic fatus, id est, locutus procedit in mediũ æquor, id est, in campum. Sanguis gelidus .i. frigidus præ timore coit in præcordia .i. fugit ad cor Arcadibus. Tunc Turnus desiluit bijugis, id est, curru, & parat ire pedes cominus, id est, prope. Et ponit comparationem dicens. Vt cum leo uidit taurum ab alta specula stare procul meditantem, id est, exercentem prælia in campis, leo, inquam, aduolat, subaudi ad prædam. Haud alia est imago, id est, similitudo Turni uenientis, quam leonis. Qui ubi credidit hunc fore contiguum, id est, proximum hastæ missæ, id est, mittendæ, Pallas ire pro ibat prior in Turnum, sed uiribus imparibus, si qua fors adiuuet ausum, & fatur ita ad magnum æthera, id est, ad Deos. O Alcide, ego precor te per hospitium patris mei Euandri, & per mensas eiusdẽ, quas tu aduena adisti, precor te adsis ingentibus cœptis. Cernat Turnus me rapere arma cruenta sibi semineci, id est, semimortuo, & lumina Turni morientia ferant, id est, uideat me uictorẽ. Alcides .i. Hercules audijt iuuenem, id est, Pallanta, & effudit lachrymas inanes. Tunc genitor .i. Iuppiter affatur natum, id est, Herculẽ dictis amicis.

Stat sua cuiq; dies: breue, & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus. Troiæ sub mœnibus altis
Tot nati cecidere Deum: quin occidit vna
Sarpedon mea progenies: etiam sua Turnum al. & iam.
Fata vocant, metasq; dati peruenit ad æui.
Sic ait: atque oculos Rutulorum reijcit aruis.
At Pallas magnis emittit viribus hastam,
Vaginaq; caua fulgentem diripit ensem.
Illa volans, humeri surgunt qua tegmina summa
Incidit, atq; viam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atq; ita fatur:
Aspice num mage sit nostrnm penetrabile telum.
Dixerat: ac clypeum, tot ferri terga, tot æris,
Cum pellis toties obeat circundata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu.

¶ *Ecphrasis.*

Sua, id est, proprla dies stat, id est, præfixa est cuiq;, & omnibus est breue & irreparabile tempus uitæ, id est, quod reparari non potest. Sed hoc est opus uirtutis, extendere famam factis. Tot nati Deorum cecidere, id est, mortui sunt sub mœnibus altis Troiæ. Quin & Sarpedon Rex Lyciorum mea progenies .i. filius una .i. simul occidit: & sua, id est, propria fata uocant Turnum, & iam peruenit ad metas æui dati sibi a fatis. Sic ait Iuppiter, atq; reijcit oculos aruis .i. in arua Rutulorum. At Pallas emittit hastam magnis uiribus, & diripit .i. distringit uagina caua ensem fulgentē. Sed illa .s. hasta uolās incidit ea parte, qua tegmina summa humeri, id est, armaaturæ surgunt, atq; molita est .i. fecit uiam per oras .i. per extremitates clypei, & tandem strinxit .i. desiluit de magno corpore Turni. Hic, id est, tūc Turnus librās diu robur .i. hastā præfixū ferro acuto .i. habēs ferrū acutū Iacit illud in Pallanta, atq; fatur ita. Aspice .i. uide o Palla, nun .i. nūquid nostrū telū sit mage pro magis penetrabile .i. penetratiuū, quā subaudi tuū. Dixerat Turnus, & cuspis illius trāsuerberat clypeū mediū uibrāti ictu, cū tot terga .i. plicæ ferri, & tot plicæ æris, & cū pellis tauri circūdata obeat .i. circūeat illū clypeū,

Loricæq; moras,& pectus perforat ingens,
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
Vna eademq; via sanguisq;,animusq; sequuntur.
Corruit in vulnus:sonitum super arma dedere,
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super assistens:
Arcades hæc,inquit,memores mea dicta referte
Euandro:qualem meruit Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli,quicquid solamen humandi est
Largior:haud illi stabunt Aeneia paruo
Hospitia.& læuo pressit pede talia fatus
Exanimum,rapiens immania pondera baltei,
Impressumq; nefas,vna sub nocte iugali
Cæsa manus iuuenum fœde,thalamiq; cruenti:
Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro:
Quo nunc Turnus ouat spolio,gaudetq; potitus.
Nescia mens hominum fati,fortisq; futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Danaidum scilicet, q̃ iugularunt maritos.

¶ *Ecphrasis.*

& perforat moras loricæ,et ingẽs pectus. Ille.s. Pallas rapit.i.euellit frustra telũ calidũ de vulnere, tũ sanguis et animus sequũtur una eadẽq; uia,& tũc corruit in vulnus,et sup.i. insup arma dederũt sonitũ ex cõcussiõe,et moriẽs Pallas petit terrã hostilẽ ore cruẽto.i.oppetit. Super quẽ Turnus assistẽs inquit ad Euãdri milites,qui sub ductu Pallãtis erãt. O Arcades,uos memores referte Euãdro hæc mea dicta,q̃ ego remitto illi Pallanta filiũ,qualẽ meruit sibi remitti,sed largior illi honorẽ tumuli,quisquis is est honos,& solamẽ humãdi filiũ, quicquid id est. Et q̃d hospitia Aeneia stabũt.i.cõstabũt illi haud paruo,immo precio magno. Et Turn9 fatus talia pressit Pallãta exanimũ.i.mortuũ pede læuo,rapiẽs.i.cũ raperet põdera immania baltei.i.põderosum balteũ,in quo balteo erat impressum.i.cælatũ nefas,quomodo manus iuuenũ filiorũ Aegysthi erat fœde cæsa sub una nocte iugali, & quo pacto thalami filiarũ Danai erãt cruenti,quæ omnia Eurytiõ bonus artifex cælãdi et egregi9 cælauerat ex multo auro.s.solido:quo spolio.i.balteo Turn9 nũc ouat,id est,gaudet eo potitus. O mens hominum nescia fati uenturi,& fortis futuræ, & nescia seruare modum sublata,id est, cum extollitur rebus secundis.

Turno tempus erit, magno cum optauerit emptum
Intactum Pallanta: & cum spolia ista, diemque
Oderit. at socij multo gemitu, lachrymisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes: *al. frementes.*
O dolor, atque decus magnum rediture parenti:
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Cum tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior autor
Aduolat Aeneæ, tenui discrimine leti
Esse suos, tempus versis succurrere Teucris.
Proxima quæque metit gladio, latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum
Cæde noua quærens: Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis: mensæ, quas aduena primus *al. primum*
Tunc adijt, dextræque datæ. Sulmone creatos
Quattuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfens,
Viuentes rapit inferias, quos immolet vmbris,

¶ *Ecphrasis.*

Tempus erit, id est, futurum est Turno, cum optauerit emptum, id est, emisse magno pcio, Pallanta a se fuisse intactũ, & cũ. i. quo tẽpore oderit ista spolia, et diẽ, quo illa detraxit Paliãti. At socij freq̃ntes referũt Pallantẽ impositũ scuto, et hoc cũ multo gemitu & lachrymis. O dolor, atq; decus magnũ rediture o Pallas parẽti tuo cũ dolore & decore magno. Hæc dies prima dedit te bello, & hæc eadem aufert te a bello, cũ tamẽ tu prius linquis. i. relinquas ingẽtes aceruos Rutulorũ, quos, antea quã occideris, interemisti. Nec fama hui9 tãti mali, sed auctor certior, quã fama cõsueuit esse, aduolat Aeneæ, narrãs suos esse in paruo discrimine. i. differẽtia et distãtia leti. i. mortis, et tẽpus esse succurrere Teucris uersis in fugã. Et metit. i. sternit gladio ꝓxima queq;. i. obuios quosq;, & ille ardẽs. i. iratus agit limitẽ. i. uiã latã ferro. i. ense ꝑ agmen mediũ, quærẽs te o Turne superbũ cæde noua. i. recẽti ex morte Pallãtis. Pallas & Euãder, & omnia, q̃ inter ipsos gesta erãt, sunt in oculis Aeneæ. i. cogitat, & quasi ante oculos habet, et mẽsæ sunt in oculis illius, quas ipse primũ aduena adijt, & dextræ datæ sunt in oculis. Tũc rapit quattuor iuuenes creatos Sulmone patre, uel patria, & totidem iuuenes, quos Vfens educat. apposi. inferias uiuentes, quos immolet umbris, id est, parentet Pallanti,

Alludit ad priscũ morẽ, solebat enim litari principib⁹ iugulatis aliquot hostibus.

Captiuoq́ rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam contenderat hastam,
Ille astu subit, ac tremebunda superuolat hasta.
Et genua amplectens effatur talia supplex:
Per patrios manes, & spes surgentis Iuli
Te precor hanc animam serues natoq́ patriq́.
Est domus alta, iacent penitus defossa talenta
Cælati argenti, sunt auri pondera facti,
Infectiq́ mihi: non hic victoria Teucrum
Vertitur, haud anima vna dabit discrimina tanta.
Dixerat: Aeneas contra cui talia reddit:
Argenti, atq́ auri memoras quæ multa talenta
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.
Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatus, galeam læua tenet, atq́ reflexa
Ceruice orantis capulo tenus abdidit ensem.

¶Ecphrasis.

& perfundat flammas rogi, id est, pyræ Pallantis sanguine captiuo, id est, captiuorum. Inde Aeneas contenderat, id est, iecerat hastam Mago procul, ille Magus subit, id est, submittit se astu. i. uigilantia, & hasta tremebunda uolat super illum. Qui amplectens genua Aeneæ, supplex effatur talia. Ego precor te o Aenea serues hanc animam, & gnato meo, et patri meo, & hoc per manes patrios. i. patris tui, & per spes Iuli surgentis. i. incipiẽtis, hoc est, recordatus patris, & filij tui. Est mihi domus alta, & talẽta penitus defossa argenti cælati iacent mihi, & pondera auri facti & infecti. i. cælati & nõ cælati iacẽt mihi. Victoria Teucrorum non uertitur, id est, stat in hoc. i. in me solo, quia una anima non dabit tanta discrimina, id est, tãtum belli momẽtum. Dixerat Magus, cui Aeneas reddit. i. respondet talia contra. i. e diuerso. Tu parce. i. serua tuis natis multa talenta auri & argenti, quæ memoras. i. dicis, quia Turnus prior sustulit ista cõmertia belli, Pallante perempto. i. quo tempore Pallanta occidit. Et quia adiurasti me per patrem & filium, patris Anchisæ manes, & Iulus filius sentiũt hoc, quod ego. Et sic fatus tenet galeam læua, scilicet, manu, & reflexa. i. retroflexa ceruice orantis Magi abdidit ensem in iugulum illius capulo tenus. i. usq; ad gladij capulum.

Nec procul Aemonides Phœbi, Triuiæqꝫ sacerdos,
Infula cui sacra redimibat tempora uitta,
Collucens totus veste, atqꝫ insignibus armis, al. albis
Quem congressus agit campo, lapsumqꝫ superstans
Immolat, ingentiqꝫ vmbra tegit: arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi Rex Gradiue Trophæum.
Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
Cæculus, & veniens Marsorum montibus Vmbro.
Dardanides contra furit: Anxuris ense sinistram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, vimqꝫ affore verbo
Crediderat, cæloqꝫ animum fortasse ferebat:
Canitiemqꝫ sibi, & longos promiserat annos.
Tarquitus exultans contra fulgentibus armis
Syluicolæ Fauno Dryope quem Nympha crearat,
Obuius ardenti sese obtulit: ille reducta
Loricam, clypeiqꝫ ingens onus impedit hasta:

¶*Ecphrasis.*

Ne procul hinc Hæmonides sacerdos Phœbi & Triuiæ.i. Dianæ, subaudi, erat, cui infula redimibat, id est, ornabat tempora, id est, caput uitta sacra, Hæmonides, inquam, totus collucens ueste, atq; armis insignibus. Quem Aeneas congressus agit, id est, insequitur campo, et stans super illum lapsum, id est, cum cecidisset, immolat illum, & tegit illum umbra ingenti, quia Aeneæ corpus magnum erat. Et Serestus refert ex illi9 occisi humeris arma lecta o Gradiue.i. Mars Rex bellorum in trophæũ tibi.i. ut tuo templo in insigne trophæi figantur. Tunc Cæculus creatus de stirpe Vulcani, id est, filius, ut supra dixit, & Vmbro ueniens de montibus Marsorum, hi, inquam, duo instuurant acies. Sed Aeneas Dardanides furit contra, id est, e diuerso, & deiecerat ferro, id est, ense sinistram Anxuris uiri, et totum orbem clypei, id est, cum clypeo rotundo. Ille dixerat aliquid magnũ, et crediderat uim affore uerbo.i. ita futurũ, ut ipse dixerat, et ferebat animũ cælo .i. forte ex eo superbior factus erat, et ꝓmiserat sibi caniciẽ.i. senectutẽ, & annos longos, idẽ est. Et Tarquitus exultans contra armis fulgẽtibus obuius obtulit sese illi ardẽti.i. Aeneæ, Tarquit9 inquã, quẽ Dryope Nympha crearat.i. genuit Fauno syluicolæ.i. syluarũ Deo. Sed ille Aeneas impedit hasta loricã, et onus ingẽs clypei.

Tum caput orantis nequicquam, & multa parantis
Dicere deturbat terræ, truncumq; tepentem
Prouoluens, super hæc inimico pectore fatur:
Istic nunc metuende iace, non te optima mater
Condet humi, patriove onerabit membra sepulchro,
Alitibus linquere feris: aut gurgite mersum
Vnda feret, piscesq; impasti vulnera lambent.
Protinus Antheum, & Lycam, prima agmina Turni
Persequitur, fortemq; Numam, fuluumq; Camertem
Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnauit Amyclis.
Aegeon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq; manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribusq; arsisse, Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses:
Sic toto Aeneas desæuit in æquore victor,
Vt semel intepuit mucro, quin ecce Nyphei

Vnde prouerbiũ tractũ. Amyclas silẽtiũ perdidit.

¶ *Ecphrasis.*

& tum .i. deinde deturbat .i. deijcit caput Tarquiti orãtis, & parãtis dicere multa prouoluẽs terræ .i. in terrã truncũ tepentẽ .i. semimortuũ, et insuper fatur hæc, quæ sequũtur pectore inimico .i. irato. O Tarquite metuẽde iace nũc istic, quia mater optima s. Dryope nõ condet te humo .i. humabit, neq; honorabit membra tua sepulchro patrio .i. Fauni (ergo Faunus nõ est Deus). Sed tu linqueris præda alitibus feris, aut unda fluminis feret te mersum gurgite, & pisces impasti lãbẽt vulnera tua. Protinus .i. deinde Aeneas persequitur Antheũ et Lycã, & fortẽ Numã, & Camertẽ fuluũ satũ ex Volscẽte magnanimo, omnes inquã hos appositiue prima agmina .i. exercitũ Turni. Camertẽ, dico, qui fuit ditissimus agri Ausonindũ pro Ausonidarũ, & qui regnauit Amyclis tacitis, urbe prope Caietã, ubi Pythagoreorũ fuit secta, qui silẽtiũ imperabãt. Et deinde ponit cõparationẽ qualis erat Aeneas dicẽs. Qualis Aegeõ, ipse est Briareus, cui Poetæ dicũt brachia centũ fuisse, & cẽtenas .i. totidẽ manus, et cui dicũt ignes arsisse quinquaginta oribus et pectoribus, cũ streperet .i. strepitũ faceret tot clypeis paribus .i. quinquaginta, et totidẽ enses stringeret contra fulmina Iouis. Sic .i. eodẽ modo quo Aegeon Aeneas victor desæuit in toto æquore, id est, campo, ut .i. postquã mucro semel intepuit.

Quadrijuges in equos, aduersaq; pectora tendit:
Atq; illi longe gradientem & dira frementem
Vt videre, metu versi, retroq; ruentes
Effunduntq; ducem, rapiuntq; ad littora currus.
Interea bijugis infert se Lucagus albis
In medios, fraterq; Liger: sed frater habenis
Flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Aeneas tanto feruore furenteis:
Irruit, aduersaq; ingens apparuit hasta.
Cui Liger:
Non Diomedis equos: non currus cernis Achillis,
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis, & æui
His dabitur terris. vesani talia late
Dicta volant Ligeri: sed non & Troius heros
Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostem.
Lucagus vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit bijugos, proiecto dum pede læuo
Aptat se pugnæ, subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei, tum læuum perforat inguem:

al. currum.

Vera fortitudo neq; maledica est, neq; minax.

¶ *Ecphrasis.*

Quinetiã ecce Aeneas tẽdit in æquos quadrijuges, et in pectora aduersa Nyphei. Atq; illi equi, ut uidere Aeneã a lõge gradiẽtẽ & fremẽten. i. iratũ dira. i. diriter, uersi. i. retro cõuersi, et ruẽtes retro, & hoc fecerũt metu, effundũt ducem. s. Nypheũ, et rapiũt curr9 ad littora. Interea Lucag9 infert se in medios bijugis. i. equis duobus albis, qui currum uehebant, & Liger illius frater, sed frater Liger flectit equos habenis. i. moderatur illos, & est auriga fratris, & Lucagus acer rotã ensem strictũ. Tũc Aeneas haud tulit illos ruẽtes tãto feruore. Itaq; irruit in illos, & apparuit ingẽs in hasta aduersa. i. infesta. Cui Liger inquit. Tu non cernis hic equos Diomedis, & currũ Achillis, aut cãpos Phrygiæ quos euasisti, sed finis æui et belli dabitur tibi ĩ his terris. Talia dicta Ligeri uesani. i. insani uolãt. Sed heros Troius. i. Aeneas nõ parat dicta cõtra. i. ediuerso, sed torquet iaculum in hostem. Lucagus dũ aptat. i. parat se pugnæ pede ꝓiecto. i. extẽto, sicut erat pẽdẽs in uerbera equorũ admonuit. i. incitauit bijugos equos telo. i. teli instigatione, hasta Aeneæ interea subit ꝑ oras imas clypei fulgẽtis, et tũ. i. deinde perforat inguẽ læuũ,

Excuſſus curru moribundus voluitur aruis.
Quem pius Aeneas dictis affatur amaris:
  Lucage, nulla tuos currus fuga ſegnis equorum
Prodidit: aut vanæ vertere ex hoſtibus vmbræ,
Ipſe rotis ſaliens iuga deſeris. hæc ita fatus
Arripuit bijugos, frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapſus eodem:
Per te, per, qui te talem genuere, parentes,
Vir Troiane, ſine hanc animam, & miſerere precantis.
Pluribus oranti Aeneas: haud talia dudum
Dicta dabas: morere, & fratrem ne deſere frater:
Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.
al. uictor Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius torrentis aquæ, vel turbinis atri
More furens. tandem erumpunt, & caſtra relinquunt
Aſcanius puer, & nequicquam obſeſſa iuuentus.

¶ *Ecphraſis.*

& ſic Lucagus excuſſus curru moribundus, id eſt, ualde moriens uoluitur, id eſt, deijcitur aruis, id eſt, in arua. Quem Aeneas pius affatur, id eſt, alloquitur dictis amaris, id eſt, hoſtilibus. O Lucage, nulla fuga equorum ſegnis, id eſt, pigra prodidit tuos currus, aut umbræ vanæ uertere ab hoſtibus tuos currus, id eſt, fugarunt, ſed tu ipſe per te ſaliens rotis deſeris iuga, id eſt, equos ſub iugo. Et Aeneas fatus hæc, arripuit bijugos, & Liger frater Lucagi infelix delapſus ex eodem curru tendebat palmas inermes & ſupplices. O uir Troiane, ego precor te per te ipſum, & per parentes, qui genuerunt te talem, ſine. i. dimitte hanc animam, & miſerere mei precãtis. Tum Aeneas dixit illi oranti pluribus uerbis. Haud dabas, id eſt, dicebas talia dudum, id eſt, paulo ante, quia nunc ſupplicia. & paulo ante ſuperba. Ideo morere, & tu frater ne deſere fratrem in morte, quem in uita comitatus es. Et tunc recludit, id eſt, aperit mucrone pectus appoſitiue latebras animæ, id eſt, ubi anima latet. Dardanius uictor, id eſt, Aeneas furẽs more, id eſt, ſimilitudine aquæ torrentis, uel turbinis atri, id eſt, tẽpeſtatis edebat talia funera, id eſt, inferebat mortes per campos. Tandem puer Aſcanius, & iuuentus Troiana erumpunt. i. facto agmine ſubito exeunt, & relinquunt caſtra, iuuẽtus, dico, obſeſſa nequicquã. i. fruſtra, quãdoquidẽ ab Aenea liberati ſunt obſidiõe.

Iunonẽ

Iunonem interea compellat Iuppiter vltro:
O germana mihi, atq; eadem gratissima coniux,
Vt rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes: non viuida bello
Dextra viris, animusq; ferox, patiensq; pericli.
Cui Iuno submissa: Quid o pulcherrime coniux
Solicitas ægram, & tua tristia dicta timentem?
Si mihi, quæ quondam fuerat, quamq; esse decebat,
Vis in amore foret, non hæc mihi nanq; negares
Omnipotens: quin & pugnæ subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.
Nunc pereat, Teucrisq; pio det sanguine pœnas.
Ille tamen nostra deducit origine nomen,
Pilumnusq; illi quartus pater, & tua larga
Sæpe manu, multisq; onerauit limina donis.
Cui Rex ætherei breuiter sic fatur Olympi:
Si mora præsentis leti, tempusq; caduco

alij, nunc hæc mihi credo negares.

Pilumnus ex Ioue.

¶Ecphrasis.

Interea Iuppiter compellat, id est, alloquitur Iunonem ultro. id est, prior, & irrequisitus. O germana atq; eadem coniunx gratißima mihi, Venus sustentat opes Troianas, ut tu rebare, id est, putabas, nec sententia fallit te, id est, bene putasti, Venus inquã sustẽtat illos, nõ autẽ est dextra uiuida bello. i. fortis uiris, & non est animus ferox, & patiens periculi, & hoc totum per ironiam dicit Iuppiter. Cui Iuno submissa, id est, supplex dixit, o coniux pulcherrime quid solicitas me ægram, & timentem tua tristia dicta? Si illa uis foret in amore coniugali, quæ fuerat quondam, & quam decebat esse, o omnipotens, tu non negares mihi hæc, scilicet, quod non possem subducere, id est, subtrahere Turnum pugnæ, id est, a pugna, & possem seruare illum incolumem Dauno parenti. Nunc autem, quando ita placet tibi, pereat, & det pœnas sanguine pio. Ille tamen ducit. i. trahit nomen a nostra origine, id est, a nobis, quia Pilumnus filius tuus est illi quartus pater. i. Abauus, et honorauit sæpe tua limina. i. tẽpla larga manu & multis donis. Cui Iunoni Rex ætherei Olympi fatur sic breuiter. Si mora & tempus, id est, mora temporis lethi præsentis, id est, instantis oratur a te iuueni caduco, id est, morituro Turno, & sentis, id est, uis me ita

Oratur iuueni, meq́; hoc ita ponere sentis,
Tolle fuga Turnum, atq́; instantibus eripe fatis:
Hactenus indulsisse vacat:sin altior istis
Sub precibus venia vlla latet, totumq́; moueri,
Mutari ue putas bellum, spes pascis inaneis.
Cui Iuno illacrymans:Quid si, quod voce grauaris,
Mente dares? atq́; hæc Turno rata vita maneret?
Nunc manet insontem grauis exitus:aut ego veri
Vana feror:quod ut o potius formidine falsa
Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.
Hæc vbi dicta dedit, cœlo se protinus alto
Misit, agens hyemem nimbo succincta per auras,
Iliacamq́; aciem, & Laurentia castra petiuit.
Tum Dea nube caua tenuem sine viribus vmbram,
In faciem Aeneæ (visu mirabile monstrum)
Dardanijs ornat telis:clypeumq́;, iubasq́;
Diuini assimulat capitis:dat inania verba:

Decorũm, neq; enĩ dicebat Turnum fugere.

¶Ecphrasis.

ponere, id est, facere, tolle Turnum fuga, & eripe illum fatis instantibus, id est, mortem illi afferentibus. Hactenus. i. usq; ad hoc uacat. i. placet indulsisse. i. uitã Turno dedisse ad aliquod breue tempus. Sin pro sed si ulla uenia. i. beneficium amplius latet sub precibus tuis. i. quod a me latenter extorquere uelis, & si putas totum bellum posse mutari, tu pascis spes inanes. i. frustra hoc a me speras. Cui Iuno illachrymãs respõdit. Quid, inquit, si dares mihi mente, qđ grauaris. i. grauate fers dari mihi fato? uox enim Iouis fatum est, & quid si hæc uita maneret rata, id est, firma Turno? Sed nunc aut ego uana, id est, inscia ueri fallor, aut grauis exitus. i. mors manet. i. expectat insontem. i. Turnum nihil tale merentẽ. Quod o potiꝰ sit, ut ego ludar falsa formidĩe, et tu q potes reflectas tua orsa, id est, fata in melius. i. Turni fauorem, illum ab instanti morte subtrahi iubendo. Vbi Iuno dedit hæc dicta. i. dixit: protinus misit se ab alto cælo, agens hyemem, id est, pluuias, & succincta nimbo per auras, id est, nubibus obuoluta, & petiuit aciem Iliacam. i. Troianam & castra Laurentia. i. Rutulorum. Tum Dea Iuno ornat telis Dardanijs. i. Aeneæ simillimis, hoc est, in faciem Aeneæ umbram tenuem sine uiribus, i. similitudinem Aeneæ umbratilem figuratam ex nube concaua

Dat ſine mente ſonum:greſſusq; effingit euntis.
Morte obita quales fama eſt volitare figuras,
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.
At primas læta ante acies exultat imago,
Irritatq; virum telis, & voce laceſſit.
Inſtat cui Turnus, ſtridentemq; eminus haſtam
Coniicit, illa dato vertit veſtigia tergo.
Tum vero Aenean auerſum vt cedere Turnus
Credidit, atq; animo ſpem turbidus hauſit inanem:
Quo fugis Aenea? thalamos ne deſere pactos,
Hac dabitur dextra tellus quæſita per vndas.
Talia vociferans ſequitur, ſtrictumq; coruſcat
Mucronem, nec ferre videt ſua gaudia ventos.
Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi
Expoſitis ſtabat ſcalis, & ponte parato:
Qua Rex Cluſinis aduectus Oſinius oris:
Huc ſeſe trepida Aeneæ fugientis imago

alij Ludũt inſomnia.

Ironia, per amphibologiam.

¶ *Ecphraſis.*

ua,& interponit(mõſtrum mirabile)& aßimulat.i.fingit omnia ſimilia capitis diuini.i.Aeneæ,qui Deus eſt futurus.ſ.clypeum et iubas.i.galeam iubatam,et dat illi imagini uerba inania.i.ſonum ſine mente.i.a nulla mentis ratione profectum, et effingit greſſus.i.paſſus euntis. Et ponit cõparationem:quales figuras animarum fama eſt uolitare inter nos morte obita.i.poſt mortem hominum,aut qualia ſunt ſomnia,quæ deludunt ſenſus ſopitos,quæ inania ſunt. At imago læta exultat ante primas acies,& irritat.i.laceßit telis uirum.i.Turnum, et laceßit.i. prouocat illum uoce.Cui Turnus inſtat,et Turnus cõijcit eminus.i.a longe ſtridentem haſtã,et illa imago Aeneæ uertit ueſtigia.i.fugit tergo dato. Tũ uero,ut Turnꝰ credidit Aeneã auerſum. i.terga oſtẽdentẽ cedere,atq; ille turbidꝰ hauſit.i.accepit ſpẽ inanẽ,inquit:o Aenea quo fugis?ne deſere thalamos pactos.i.a Latino ꝓmiſſos,tellꝰ.i.Italia q̃ſita p undas dabitur tibi hac dextra mea.ſ.cũ cades.Et Turnus uociferãs talia ſeqt̃ imaginẽ,et coruſcat.i.uibrat mucronẽ,nec uidet uẽtos ferre ſua gaudia,q.d.oĩa erãt ĩania.Forte ratis.i.nauis cõiũcta crepidĩe celſi ſaxi.i.ſcopuli uel antri ſtabat expoſitis ſcalis.i.põtibꝰ et põte parato qđ idẽ eſt,qua rate Oſiniꝰ Rex aduectus erat ad hoc bellũ ex oris Cluſinis,id eſt,ex Cluſio urbe. Imago

Coniicit in latebras: nec Turnus segnior instat,
Exuperatque moras, & pontes transilit altos:
Vix proram attigerat, rupit Saturnia funem,
Auulsamque rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Aeneas absentem in prælia poscit:
Obuia multa virum demittit corpora morti.
Tum leuis haud vltra latebras iam quærit imago,
Sed sublime volans nubi se immiscuit atræ,
Cum Turnum medio interea fert æquore turbo,
Respicit ignarus rerum, ingratusque salutis:
Et duplices cum voce manus ad sydera tendit:
Omnipotens genitor, tanton me crimine dignum
Duxisti? & tales uoluisti expendere pœnas?
Quo feror? vnde abii? quæ me fuga? quem ve reducet?
Laurenteis ne iterum muros, aut castra videbo?
Quid manus illa virum, qui me, meaque arma secuti?

alii tollit Turni q̃rela ab honesto.

¶ Ecphrasis.

Aeneæ trepida fugientis coniicit sese huc, id est, in nauem illam In latebras. Nec Turnus segnior immo uelocior instat, & exuperat, id est, uincit moras, & transilit pontes altos, id est. scalas nauis. Et uix Turnus attigerat proram nauis, cum Saturnia Iuno rupit funem, quo nauis tenebatur, & rapit nauem auulsam per æquora reuoluta, id est, tempestate commota. Autem pro sed Aeneas quærit Turnum absentem in prælia, uolens cum illo congredi, & interea, dum illum quærit, demittit morti, id est, ad inferos multa corpora uirorum. Tunc, postquam Turnus mare intrauit, imago illa leuis haud quærit ultra latebras nauis, sed uolans sublime, id est, sublimiter immiscuit se nubi atræ, id est, euanuit ab oculis Turni: cum. i. interea turbo fert Turnum in medio æquore, id est, per medium æquor. Tunc Turnus ignarus rerum omnium & ingratus salutis, quia ob illius incolumitatem id fiebat, respicit huc illuc, & tollit ad sydera duplices manus cum uoce dicens. O genitor omnipotens tanton pro tantone crimine duxisti, id est, putasti me dignum? & uoluisti me expendere tales pœnas, id est, tam turpes? Quo feror? & unde abii? & quæ fuga reducet me, scilicet, in patriam? Nunquid ego uidebo iterum muros Laurentes, id est, Latini, & castra? Quid illa manus uirorum faciet, qui secuti sunt

Quosq́ꝫ (nefas) omnes infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes video, gemitumq́ꝫ cadentum
Accipio. quid agam? aut quæ iam satis ima dehiscat
Terra mihi? vos o potius miserescite venti:
In rupes, in saxa, volens vos Turnus adoro,
Ferte ratem, sæuisq́ꝫ vadis immittite Syrtis,
Quo neq́ꝫ me Rutuli, neq́ꝫ conscia fama sequatur.
Hæc memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc,
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per costas exigat ensem:
Fluctibus an iaciat medijs, & littora nando
Curua petat, Teucrumq́ꝫ iterum se reddat in arma.
Ter conatus vtramq́ꝫ viam, ter maxima Iuno
Continuit, Iuuenemq́ꝫ animo miserata repressit.
Labitur alta secans, fluctuq́ꝫ, æstuq́ꝫ secundo:
Et patris antiquam Dauni refertur ad vrbem.
At Iouis interea monitis Mezentius ardens

alij, ago

Fama conscia.

alij, durũ

alij, animũ

Decorum in Tyrrhenis obseruatum, qui ĩsensũ Mezentiũ oderant.

¶ *Ecphrasis.*

me & mea arma? quos omnes ego reliqui sub morte infanda, id est, turpiter, quod est maximum nefas, & nunc ego uideo illos palantes, id est, sparsos & fugatos, et accipio, id est, audio gemitum cadentum, id est, morientium. Quid agam? aut quæ terra satis ima dehiscat se mihi? ut me uoret. Vos o uenti potius miserescite mei, ego Turnus uolens et sciens adoro uos, id est oro, ferte nauem hanc in rupes & in saxa, & immittite illam sæuis uadis, id est, in uada sæua Syrtis, quo neq; Rutuli neq; fama conscia sequatur me. Et memorans hæc animo, id est cogitans fluctuat nunc huc nunc illuc, dubitans an induat, id est, conficiat sese mucrone ob tantum dedecus, & an exigat, id est, traijciat per costas ensem crudum, an iaciat se medijs fluctibus, id est, in fluctus, et petat littora curua nando, id est, natatu, atq; iterum reddat se in arma Teucrorum. Et sic conatus est ter utramq; uiam. s. mortis aut reditus in pugnam, sed Iuno maxima ter continuit illum, & repressit iuuenem, miserata animũ illius. Itaq; Turnus secans alta, id est, maria fluctu & æstu secundo, id est, impulsu fluctus & æstus labitur, & defertur ad urbem antiquam Dauni patris. i. ad Ardeam. At, id est, interea, dum geruntur a Turno hæc, Mezentius ardens succedit pugnæ, & hoc monitis Iouis,

Succedit pugnæ: Teucrosq́ inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies, atq; omnibus vni,
Vni odijsq́ viro, telisq́ frequentibus instant.
Ille velut rupes, vastum quæ prodit in æquor
Obuia ventorum furijs, expostaq; ponto,
Vim cunctam atq; minas perfert cœliq́, marisq́:
Ipsa immota manens. prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumq; fugacem:
al. Latago Sed Latagum saxo, atq; ingenti fragmine montis
Occupat os, faciemq; aduersam: poplite Palmum
Succiso volui segnem sinit: armaq; Lauso
Donat habere humeris, & vertice figere cristas.
Minantia, Nec non Euantem Phrygium, Paridisq́ Minanta
alij Numã Aequalem, comitem: vna quem nocte Theano
ta. In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
Alludit ad Cisseis Regina Parin creat: vrbe paterna
uisum He
cubes.

¶ Ecphrasis.

& Inuadit Teucros ouantes, id est, propemodum uictores. Tunc acies Tyrrhenæ, a quibus regno fuit pulsus, concurrunt in illum, atq; instant uni uiri, id est, soli uiro, hoc est, Mezentio omnibus odijs & telis frequentibus. Et ponit comparationem dicens: quod ille erat ueluti rupes, quæ prodit, id est, prominet in æquor uastum, rupes dico, obuia furijs uentorum, que pro, id est, exposita ponto, id est, ponti fluctibus perfert cunctam uim, id est, impetum, & minas cæli, id est, uentorum, & maris, id est, fluctuum, ipsa tamen rupes manet immota, id est, firma. Et Mezentius sternit humi, id est, in terram Hebrum, uiri nomen est, prolem, id est, filium Dolicaonis cuiusdam, cum quo etiam sternit Latagum & Palmum fugacem. Sed Latago occupat os & faciem aduersam, & hoc fecit saxo, & pro, id est, fragmine, id est, fragmento ingenti montis, sed sinit Palmum segnem, id est, inertem uolui in terram poplite succiso. Et donat Lauso filio suo habere, id est, ut habeat arma Palmi humeris suis, & donat etiam Lauso figere cristas in uertice. i. galea. Nec non. i. præterea Mezentius occupat. i.
Inflectitur *cædit Euantem Phrygium, et Minanta æqualem ætate et comitem Paridis, quem*
Theano, *Minanta Theano mater dedit in lucẽ. i. peperit Amyco genitori, & Cisseis. i. He*
Theanus. *cuba Cissei filia Regina prægnans face. i. quæ sibi in somnis uisa est facẽ parere*

Occubat, ignarum Laurens habet ora Minanta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosq; palus Laurentia, sylua
Pastus Arundinea, postquam inter retia uentum est,
Substitit, infremuit ferox, & inhorruit armos,
Nec cuiquam irasci, propius ue accedere virtus,
Sed iaculis, tutisq; procul clamoribus instant:
Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ,
Non vlli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longe, & vasto clamore lacessunt.
Ille autem impauidus partes cunctatur in omneis
Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron
Graius homo, infectos linquens profugus Hymenæos:
Hunc ubi miscentem longe media agmina uidit
Purpureum pennis, & pactæ coniugis ostro.

alij. occubat hic. charũ Laurens.

Fictiões cõtra omnẽ necessitatem obscuræ histo-riæ.

¶Ecphrasis.

creat, id est, parit una eademq; nocte. Sed Paris occubat in urbe paterna, sed ora Laurẽs habet Minãta ignotũ, quẽ diximus. At ille Mezentius erat uelut aper actus, id est, agitatus morsu canum de montibus altis, quem Vesulus pinifer mons Lyguriæ, aut palus Laurentia defendit per multos annos, aper dico, pastus sylua arundinea. Postquam uentum est, id est, uenit inter retia substitit, & ferox infremuit, & inhorruit armos, id est, exasperatus est, neq; est uirtus, id est, uis cuiquam irasci, aut accedere propius, id est, prope, sed instant illi procul clamoribus tutis. Haud aliter illi, quibus Mezentius est iræ iustæ, scilicet, in illum irascuntur, et nõ est ulli animus cõcurrere ferro stricto, sed lacessũt illũ lõge missilib9 .i. telis, et magno clamore. Ille Mezẽtius infrẽdẽs dẽtibus, et impauidus cunctatur .i. aspicit in omnes partes, & decutit hastas, id est, repellit tergo .i. scuto. Acrõ uenerat de finib9 Coriti antiq, urbis Tusciæ. Acron dico, homo Graius profugus, id est, exul linquens hymenæos, id est, nuptias, infectos, id est, inchoatos. Hunc Acronem Mezentius, subaudi, strauit, ubi uidit illum longe purpureum pennis, id est, cristis. & ostro, id est, purpura coniugis, id est, sponsæ pactæ, id est, promissæ, miscentem, id est, perturbantem media agmina.

Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans
(Suadet enim vesana fames) si forte fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua ceruum,
Gaudet hians immane, comasq; arrexit, & hæret
alij, occumbens Visceribus super accumbens, lauit improba teter
Ora cruor.
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes,
Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
Tundit humum expirans, infractaq; tela cruentat.
Atque idem fugientem haud est dignatus Orodem
Sternere, nec iacta cæcum dare cuspide vulnus
Obuius, aduersoq; occurrit, seq; viro vir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
Tum super abiectum posito pede nixus, & hasta:
Pars belli haud temnenda viris, iacet altus Orodes.
Pæan, uox triumphantis. Conclamat socij lætum pæana secuti.
Ille autem expirans: Non me quicunq; es inulto

¶ *Ecphrasis.*

Mezentius dico, ceu leo peragrans sæpe stabula alta. i. ouilia, et interponit, quia fames uesana suadet, id est, incitat illum, si leo ille forte conspexit capream fugacem, id est, uelocem, aut ceruum surgentem in cornua, id est, annosum, & ex numero annorum cornua habentem, gaudet hians immane, id est, immaniter, & erexit comas, & accumbens super capream aut ceruum hæret uisceribus, & cruor teter ex illorũ uulnere ꝓfusus lauit ora im ꝓba leonis. Sic Mezẽtius alacer ruit in hostes densos, quomodo leo in capream, aut ceruum. Acron infœlix sternitur, & tundit, id est, conculcat calcibus humum atram expirans, id est, moriens, & cruentat tela infracta, id est, ualde fracta. Atq; idem Mezentius nõ est dignatus sternere Oroden fugientem, nec ille obuius dignatus est dare uulnus cæcum, id est, ignotum cuspide iacta, sed uir haud melior furto quam pugna aperta occurrit, & contulit se uiro. i. Orodi sed fortibus armis. s. melior. Tum Mezentius nixus posito pede super abiectum Orodem, & nixus etiam hasta inquit: altus Orodes pars belli non contemnenda immo maxima iacet. Tunc socij secuti conclamant pæana lætũ propter uictoriã de Orode. Ille autẽ Orodes expirãs. i. moriẽs inquit: o tu quicũq; es uictor nõ lõgũ. i. lõge lætabere me inulto

Victor, nec longum lætabere: te quoq; fata
Prospectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.
Ad quem subridens mista Mezentius ira:
Nunc morere, ast de me Diuum pater, atq; hominum Rex
Viderit. hoc dicens eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem.
Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen.
Partheniumq; Rapo, & prædurum viribus Orsen:
Messapus Clonium, Lycaoniumq; Ericaten:
Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem,
Hunc peditem pedes, & Lycius processerat Agis,
Quem tamen haud expers Valerius virtutis auitæ
Deijcit: Atronium Salius, Saliumq; Nealces
Insignis iaculo, & longe fallente sagitta.
Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors
Funera: cædebant pariter, pariterq; ruebant

Relatū ad naturā ingeniorum humanorū qui cas⁹ et Fata imminētia cōtemnūt.

al'. Rapho

¶ *Ecphrasis.*

id est, sine ultione, & fata paria, id est, similia expectant te, & mox moriens tenebis eadem arua, quæ ego. Ad quem Mezentius subridens ira mixta inquit. Nunc morere, ast pater Diuum atq; Rex hominum postea uiderit de me, quid futurum sit, & dicens hoc eduxit telum de corpore Orodis. Et tunc quies dura, id est, somnus ferreus, id est, mors similis somno & quieti urget, idest, premit oculos illi Orodi, & lumina clauduntur in noctem, id est, mortem æternam. Deinde Cædicus obtruncat Alcathoum, & Sacrator Hydaspen, & Rapo Partheniunm, & Messapus obtruncat Orsen prædurum uiribus, & Clonium & Lycaonium & Ericaten: illum alterum obtrūcat iacentem tellure lapsu equi infrenis. i. qui lapsus est, quia effrenatus, hunc. i. alterum ipse pedes obtruncat peditem. Et Agis Lycius processerat in medium, quem tamen Valerius non expers immo præditus uirtute auita deijcit, id est, sternit. Et Salius deijcit Atronium, & Nealces Salium, Nealces dico, insignis iaculo & sagitta longe fallente. Et iam Mauors grauis æquabat luctus, & funera mutua, id est, reciproca, & cedebant pariter, & ruebant pariter, & uictores ex parte, & uicti ex parte, neque fuga erat nota his neque illis, id est, neutri erant uictores neque uicti.

Victores, victiq́ꝫ:neqꝫ his fuga nota, nec illis.
Dij Iouis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus esse labores.
Hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Iuno:
Pallida Tisiphone media inter millia sæuit.
At vero ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo.quam magnus Orion,
Cum pedes incedit, medij per maxima Nerei
Stagna viam scindens, humero supereminet vndas:
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingrediturq́ꝫ solo, & caput inter nubila condit:
Talis se vastis infert Mezentius armis.
Huic contra Aeneas, speculatus in agmine longo,
dij,ipse. Obuius ire parat:manet imperterritus ille
Hostem magnanimum opperiens, & mole sua stat.
Atque oculis spatium emensus, quantum satis hastæ:
Dextra mihi Deus, & telum, quod missile libro,

¶ *Ecphrasis.*

Itaq; Dij in tectis Iouis, id est, in cælo, quod est Iouis domicilium, Dij, inquam, miserantur iram inanem amborum populorum, & miserantur tantos labores esse mortalibus.i.hominibus. Venꝰ spectat.i.fauet hinc.i. a parte Troianorũ, & hinc.i. a parte Rutulorũ Iuno Saturnia spectat. Tisiphone pallida.i.nigra, quia inferorum furia, sæuit, id est. furit inter media hominum milia. At uero Mezentius turbidus.i.iratus ingreditur campo, idest. per campũ, quatiẽs.i.uibrans hastam ingentem, Mezentius dico ita magnus, quã magnus est Orion, cũ pedes incedit, id est, natat per maxima stagna Nerei.id est, per maria, & scindens uiã uastatu eminet, id est, apparet humero super undas. Aut referens, scilicet Mezẽtius, id est, repræsentans ornum arborem annosam in summis montibus, ingreditur solo, idest, quæ ornus agit in terram, radices, & condit caput inter nubila præ nimia altitudine. Talis Mezentius infert se in campum armis uastis, quia ipse uastus erat. Aeneas speculatus illum in longo agmine parat ire obuius huic, id est, in illum. Sed ille Mezentius imperterritus manet expectans hostem magnanimum, id est, Aeneam, & stat sua mole.i.magnitudine corporis. Et emensus oculis.i.considerans, quantum erat satis spacium hastæ mittendæ, inquit: telum, quod missile

Nunc adſint: voueo prædonis corpore raptis
Indutum ſpolijs ipſum te Lauſe trophæum
Aeneæ, dixit: ſtridentemq́ꝫ eminus haſtam
Iecit: at illa volans clypeo eſt excuſſa, proculq́ꝫ
Egregium Anthorem latus inter, & ilia figit:
Herculis Anthorem comitem, qui miſſus ab Argis
Hæſerat Euandro, atqꝫ Itala conſederat vrbe.
Sternitur infelix alieno vulnere, cœlumq́ꝫ
Aſpicit, & dulceis moriens reminiſcitur Argos.
Tum pius Aeneas haſtam iacit: illa per orbem
Aere cauum triplici, per linea terga, tribusqꝫ
Tranſijt intextum tauris opus, imaqꝫ ſedit
Inguine, ſed vires haud pertulit: ocyus enſem
Aeneas viſo Tyrrheni ſanguine lætus
Eripit a femore, trepidanti feruidus inſtat.
Ingemuit chari grauiter genitoris amore, *alij femine.*
Vt vidit, Lauſus, lacrymæq́ꝫ per ora volutæ,

¶ *Ecphraſis.*

ego libro, & dextra, quæ eſt mihi Deus, adſint nunc mihi. O Lauſe fili ego uoueo te ipſum indutum, id eſt, induendum trophæum, id eſt, inſigne uictoriæ, ſpolijs raptis de corpore Aeneæ prædonis. Dixit Mezentius, & iecit eminus, id eſt, a longe haſtam ſtridentem, id eſt, ſonantem. At illa uolans excuſſa eſt clypeo, & figit procul Anthorem egregium uirum inter latus & ilia. Anthorem dico, comitem Herculis, qui ab Argis miſſus hæſerat Euandro, quo tempore ad illũ diuertit. Itaq; Anthores ſternitur, ſed ideo infœlix, quia uulnere alieno, & moriens aſpicit cælum, & reminiſcitur Argos dulces. i. patriam ſuam. Tum Aeneas pius iacit haſtam, & illa tranſiit, id eſt, traiecit opus intextum tribus tauris, id eſt, clypeum ex tribus corijs taurorum, & per orbem cauum, id eſt, clypeum ære triplici, id eſt, æreas tres laminas habentẽ, & illa haſta ima, id eſt, profunda hæſit, id eſt, fixa eſt inguine. ſed haud pertulit uires Mezentius. Aeneas lætus uiſo ſanguine Tyrrheni Regis, id eſt, qui quondam fuit Rex Tyrrhenorum, eripit ocyus, id eſt, cito enſem a femore, & ſic feruidus inſtat illi trepidãti. Sed ut Lauſus Mezentij filius uidit patrẽ uulneratũ ingemuit grauiter amore genitoris chari, et lachrymæ uolutæ ſunt illi per ora. i. fluxerunt.

Apoſtrophe ad Lauſum.

optima alij, optime

Hic mortis duræ caſum, tuaq; optima facta;
Siqua fidem tanto eſt operi latura vetuſtas,
Non equidem nec te iuuenis memorande ſilebo.
Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus
Cedebat, clypeoq; inimicum haſtile trahebat:
Proripuit iuuenis, ſeſeq; immiſcuit armis,
Iamq; aſſurgentis dextræ, plagamq; ferentis
Aeneæ ſubijt mucronem, ipſumq; morando
Suſtinuit, ſocij magno clamore ſequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret,
Telaq; coniiciunt, proturbantq; eminus hoſtem
Miſſilibus: furit Aeneas, tectusq; tenet ſe.
Ac velut effuſa ſiquando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi,
Dum pluit in terris, vt poſſint ſole reducto

¶ *Ecphraſis.*

O iuuenis memorande dicit Virgilius, ego non ſilebo hic caſum mortis tuæ duræ, & tua optima facta, ſed commendabo te immortalitati, ſiqua uetuſtas latura eſt fidem, id eſt, credet tanto operi, quantum eſt geſtum a Lauſo. Ille quidem, ſcilicet, Mezentius referens pedē. i. ex pugna recipiens ſe, & inutilis pugnæ, & illigatus, id eſt, impeditus cedebat uictori, & trahebat clypeo haſtile inimicum. ſ. Aeneæ. Itaq; iuuenis Lauſus proripuit ſeſe, & immiſcuit ſe armis, & ſubijt mucronem. i. enſem Aeneæ aſſurgētis dextræ, & ferentis plagam, et ſuſtinuit ipſum Aeneæ impetū morado illū. Socij ſequūtur clamore, magno dū Mezēti9 genitor abiret protectus parma nati. i. Lauſi, & coniiciunt tela, et proturbant hoſtē Aeneam eminus. i. a longe iaculis miſsilibus. Tunc Aeneas furit, & tectus clypeo tenet ſe. i. continet ſe. Et ponit comparationem: ac uelut ſiquando nimbi præcipitant pro præcipitantur, & cadunt grandine effuſa, tunc omnis arator & omnis agricola diffugit ex campis, & uiator etiam latet in arce tuta, id eſt, loco tuto ab imbribus, aut in ripis amnis, id eſt, crepidine alicuius fluuij, aut in fornice alti ſaxi. i. in antro aliquo, et hoc faciūt, dū pluit in terris, ut poſsint exercere diem in terris, id eſt, operas diei reducto Sole, id eſt, reſtituta diei ſerenitate.

Exercere diem; sic obrutus vndiq; telis
Aeneas nubem belli dum detinet, omneis
Sustinet, & Lausum increpitat, Lausoq; minatur:
Quo moriture ruis? maioraq; viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua, nec minus ille
Exultat demens: sæuæ iamq; altius iræ
Dardanio surgunt ductori, extremaq; Lauso
Parcæ fila legunt: validum nanq; exigit ensem
Per medium Aeneas iuuenem, totumq; recondit.
Transijt & parmam mucro leuia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro,
Impleuitq; sinum sanguis: tum vita per auras
Concessit mœsta ad Manes, corpusq; reliquit.
At vero vt vultum vidit morientis, & ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserans grauiter, dextramq; tetendit,
Et mentem patriæ subijt pietatis imago:

alij detonet unus

¶ *Ecphrasis.*

Sic.i. eodē modo Aeneas obrutus undiq; telis sustinet omnes, id est, omnium impetum, dum detinet nubem belli, id est, iaculorum multitudinem quasi umbram facientem. Itaq; increpitat Lausum, & minatur Lauso, dicens. O moriture quo ruis? & audes maiora tuis uiribus? Tua pietas fallit te incautum, id est, dum in patrem pius esse uis, incurris periculū incaute. Sed ille demens non minus insultat Aeneæ. Et iam iræ sæuæ insurgunt altius ductori Dardanio, id est, Aeneæ, & Parcæ, id est, fata legunt, id est, abrumpunt Lauso fila uitæ extrema. Nam Aeneas exigit, id est, traijcit ensem ualidum per iuuenem medium, id est, per mediam corporis partem, & recondit illum totum, et mucro.i. ensis Aeneæ transijt parmam minacis Lausi, & tunicam, id est, leuia arma, tunicam dico, quam mater ipsius Lausi neuerat auro molli, id est, lento & flexibeli, & sanguis ex uulnere fluens impleuit sinus uestium. Tum uita, id est, spiritus concessit per auras ad Manes, id est, ad inferos, & mœsta reliquit corpus. At uero, ut Anchisiades.i. Aeneas uidit uultum & ora morientis, ora inquit pallentia miris modis, quod morientibus solet contingere, miserans illum grauiter ingemuit, & tetendit dextram. Imago pietatis patriæ, id est, qua ipse patrem prosecutus

Quid tibi nunc miserandæ puer, pro laudibus istis?
allj,dabat. Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma quibus lætatus habe tua, teq; parentum
Manibus, & cineri (siqua est ea cura) remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Aeneæ magni dextra cadis. increpat vltro
Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum
Sanguine tu[illegible]pantem comptos de more capillos.
Interea genitor, Tyberini ad fluminis undam
Vulnera siccabat lymphis, corpusq; leuabat
Arboris accliuis trunco: procul ærea ramis
Dependet galea, & prato grauia arma quiescunt.
Stant lecti circum iuuenes: ipse æger, anhelans
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam:
Multa super Lauso rogitat, multosq; remittit,
Qui reuocent, mœstiq; ferant mandata parentis.
At Lausum socij exanimum super arma ferebant

Alludit ad impietatē Mezentij. A uictore īsigni uinci, est gloriosum.

¶ Ecphrasis.

est, subijt mentem ipsius Aeneæ. O puer miserande, dicit tunc Aeneas, Aeneas pius quid dignum dabit tibi pro laudibus istis, id est, tuis? Et quid dabit tibi dignum tanta indole? habe arma tua quibus in uita lætatus es, & ego remitto te manibus parentum tuorū & cineri.i.sepulturæ, si ea cura.s.sepulturæ est aliqua.i.aliquid. Tamen tu infœlx solabere mortem miseram hoc solatio.s.quod cadis, id est, moreris sub dextra Aeneæ, et increpat ultro socios Lausi cunctantes.i.qui Lausum tollere morabantur, & subleuat ipsum ex terra turpantem.i. fœdantem capillos comptos.i.ornatos de more antiquo. Interea genitor Mezentius siccabat.i.lauabat lymphis uulnera ad undam fluminis Tyberini, et accliuis.i. inclinatus prope trūco arboris leuabat corpus. Et galea ærea dependet procul ex ramis.i. prope, & arma grauia quiescunt.i.iacent in prato, & iuuenes lecti.i.electi stant illi circum. Ipse æger & anhelans, & fusus barbam propexam.i.habens barbam fusam & propexam in pectore fouet colla, id est, recreat: rogitans multa super, id est, de Lauso filo, & remittit multos, qui reuocent illum, & qui ferant illi mandata parentis. At socij flentes ferebant ingentem Lausum exanimum, id est, mortuum super arma, & uictum uulnere ingenti. Tunc mens patris præ-

Flentes ingentem, atq; ingenti vulnere victum.
Agnouit longe gemitum præsaga mali mens:
Canitiem immundo deformat puluere, & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret.
Tanta ne me tenuit viuendi nate voluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ
Quem genui? tua ne hæc genitor per vulnera seruor
Morte tua viuens? heu nunc misero mihi demum
Exilium infelix: nunc alte vulnus adactum.
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,
Pulsus ob inuidiam solio, sceptrisq; paternis:
Debueram patriæ pœnas, odijsq; meorum:
Omneis per mortes animam sontem ipse dedissem.
Nunc viuo: neq; adhuc homines, lucemq; relinquo.
Sed linquam. simul hæc dicens attollit in ægrum
Se femur: & quanquam vis alto vulnere tardat,

¶ *Ecphrasis.*

Saga, id est, prænuncia mali futuri agnouit gemitum sociorum a longe, & deformat multo puluere caniciem, id est, canos, & tendit, id est, porrigit ad celum ambas palmas, & inheret filio toto corpore, & dixit lugens. O nate, tanta uoluptas uiuendi tenuit me, ut ego paterer, illum quem genui, id est, te filiū succedere dextræ hostili? .i. loco meo substituere te Aeneæ hosti meo? Ego ne, id est, nunquid seruor, id est, seruari debui per hæc uulnera, scilicet, tua? quasi diceret. non debui seruari, uiuens morte tua? Heu nunc demum est mihi exilium infœlix, id est, nunc sentio mihi esse uerum exilium mortuo filio, & uulnus nunc est adactum, id est, impressum alte. O nate, ego idem maculaui tuum nomen crimine meo, pulsus solio .i. Regia sede & sceptris paternis, id est, regno ob inuidiam, id est, odium, quod in me concitaui. Ego debueram, id est, debebam pœnas patriæ & odijs meorum subditorum, dedissem, id est, dare debebam animam sontem, id est, nocentem per omnes mortes. Et nunc uiuo, neque adhuc relinquo homines & lucem, id est, uitam, cum tamen dignus sim perire. Sed relinquam lucem. Et simul dicens hoc, attollit se in ægrum femur, id est, debile & infirmum, & quanquam uis tardat illum alto uulnere, tamen ille haud deiectus animo iubet, id est, præcipit duci equum. Hoc,

Haud deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,
Hoc solamen erat, bellis hoc victor abibat
Omnibus. alloquitur mœrentem, & talibus infit:
Rhœbe diu (res siqua diu mortalibus vlla est)
Viximus, aut hodie victor spolia illa cruenta,
Et caput Aeneæ referes, Lausiq; dolorum
Vltor eris mecum, aut aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter: neq; enim, fortissime, credo,
Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
Dixit: & exceptus tergo consueta locauit
Membra, manusq; ambas iaculis onerauit acutis,
Aere caput fulgens, cristaq; hirsutus equina,
Sic cursum in medios rapidus dedit: æstuat ingens
alij, uno. Imo in corde pudor: mistoq; insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia virtus:
Atq; hic Aeneam magna ter voce vocauit.
alij, Agnouit subito Aeneas. Aeneas agnouit eum, lætusq; precatur:

¶ Ecphrasis.

id est, equus erat illi decus, & hoc erat illi solamen in aduersis, & uictor
in bellis abibat in hoc. Tunc alloquitur equū mœrentem, ac infit talibus uerbis,
id est, incipit. O Rhœbe, sic enim equus appellabatur, nos uiximus diu. si ulla res
est diu, id est, diuturna mortalibus, quasi diceret nulla talis est, aut tu uictor
referes spolia illa cruenta & caput Aeneæ, qui filium Lausum occidit, & eris
mecum ultor dolorum Lausi, id est, mortis, aut si nulla uis aperit, id est, In-
uenit uiam ulciscendi, tu occumbes pariter mecum, id est, cades. Nam o fortißi-
me, ego credo, quod non dignabere pati iussa aliena, neque dignabere Teucros
tibi esse Dominos. Dixit Mezentius, & exceptus tergo equi locauit membra
consueta, & onerauit manus ambas iaculis acutis, id est, ferro præfixis. Illu
dico, fulgens caput ære, id est, galea, & hirsutus crista equina, id est, iu-
ba equi. Et sic armis instructus rapidus dedit cursum in medios hostes.
Ingens pudor & insania mixto luctu æstuat in corde uno, id est, eodem,
aut imo, id est, profundo, & amor in filium agitatus furijs, & uirtus con-
scia. i. testis sibi ipsi, quid uirib9 posset, æstuant. Atq; hic. i. tūc uocauit Aeneā ter
uoce magna, ut secum confligeret. Aeneas agnouit eum, & lætus precatur sic.

Sic

Sic pater ille Diuum faciat,sic altus Apollo,
Incipias conferre manum.
Tantum effatus:& infesta subit obuius hasta.
Ille autem:Quid me erepto sæuissime nato
Terres?hæc via sola fuit,qua perdere posses:
Nec mortem horremus,nec Diuum parcimus vlli.
Desine:iam venio moriturus,& hæc tibi porto
Dona prius.dixit:telumq; intorsit in hostem,
Inde aliud super,atq; aliud figitq;,volatq;
Ingenti gyro:sed sustinet aureus vmbo.
Ter circum adstantem læuos equitauit in orbes
Tela manu iaciens:ter secum Troius heros
Immanem ærato circunfert tegmine syluam.
Inde vbi tot traxisse moras,tot spicula tædet
Vellere,& vrgetur pugna congressus iniqua,
Multa mouens animo.iam tandem erumpit,& inter
Bellatoris equi caua tempora coniicit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes,& calcibus auras

Nempe pedes cum equite.

¶Ecphrasis.

Ille pater Deorũ,et altus Apollo sic faciat,ut eũ tibi dẽt animũ,ut incipias mecũ cõferre manũ.i.cõfligere.Tãtũ effat9 est Aeneas,et subit.i.succedit hasta infesta.i. hostili.Ille autẽ Mezẽtius inqt.O sæuissime,qd terres me nato erepto.i.rapto & occiso,qa hæc fuit sola uia,qua posses pdere me.s.filiũ occidẽdo.Nec iã horrem9 mortẽ,nec parcimus ulli Diuorũ.i.nulli Deorũ uota facim9. Desine igitur Deos pcari,qa ego moriturus iã uenio,ut tecũ cõfligã.Et tamẽ prius q̃ moriar ego porto tibi hæc dona.s.telũ,qd' in te iacio.Dixit Mezẽtius,et intorsit iaculũ in hostẽ. Inde aliud telũ,et aliud suplacit, et figit, et uolat ingẽti gyro.i.lõgo ambitu circuiẽs Aeneã,sed vmbo aureus.i.clypeus Aeneæ sustinet hastas.i.repellit.Ter Mezẽti9 eqtauit circũ in orbes læuos.i.ad Aeneæ sinistrã manũ,iacẽs tela manu.Sed heros Troi9 Aeneas circũfert secũ ter syluã iaculorũ imanẽ,repellẽdo illa tegmine ærat.i.clypeo.Inde ubi tædet illũ traxisse tot moras,et tot spicula uellere ex clypeo, & cõgressus pugna iniqua,quia pedes cum equite,urgetur,Aeneas voluẽs multa animo.i.cogitans tandẽ erũpit.i.exit subito,& coniicit hastã inter tempora caua equi bellatoris.Tum quadrupes.i.equus tollit se arrectum.i.erigit se,& calcibus

Verberat, effuſum equitem ſuper ipſe ſecutus
Implicat, eiectoq; incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cælum Troeſq;, Latiniq;.
Aduolat Aeneas, uaginaq; eripit enſem:
Et ſuper hæc: Vbi nnnc Mezentius acer: & illa
Effera vis animi: contra Tyrrhenus, vt auras
Suſpiciens hauſit cælum, mentemq; recepit:
Hoſtis amare quid increpitas, mortemq; minaris?
Nullum in cæde nefas, nec ſic ad prælia veni:
Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lauſus.
Vnum hoc per (ſiqua eſt victis venia hoſtibus) oro:
Corpus humo patiare tegi: ſcio acerba meorum
Circunſtare odia: hunc oro defende furorem,
Et me conſortem nati concede ſepulchro.
Hæc loquitur, iuguloq; haud inſcius accipit enſem,
Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.

¶Ecphraſis.

uerberat auras, & implicat .i. deturbat impediens equitē effuſum .i. deiectū ipſe ſubaudi equus superſecutus ſeſſorē ſuū, & cernuus .i. in caput inclinatus incumbit terræ armo eiecto. Tunc Troes & Latini incendunt cælum clamore, alij lætitia, alij luctu ex morte Mezentij. Aeneas ſtatim aduolat, & eripit ex uagina enſem fulmineum. Et inſuper dixit hæc. Vbi eſt nunc Mezentius ille quondā acer? & ubi eſt illa uis animi effera .i. ferox? Tunc Tyrrhenus .i. Rex Tyrrhenorū cōtra .i. edi uerſo dixit, ut .i. poſtquā ſuſpiciens cælū hauſit .i. ſpirauit auras, & recepit mētē. O hoſtis amare .i. acerbe, quid increpitas me? & minaris mihi mortem? Nullū ne fas eſt in cæde .i. uiro forti mori nō eſt nefas, nec ſic ego ueni ad ꝓlia, ut ultā a te peterē, nec Lauſus filius meus pepigit mihi tecum hæc fœdera .i. nō cū hoc pacto a te receßit ad inferos, ut mihi parceres. Sed ego oro te hoc unū, oro, inquā, ſiqua uenia .i. beneficiū eſt hoſtibus uictis, qualis ego ſum. Oro, inquam, ut patiaris corpus meū tegi humo .i. humari, quia ſcio odia meorum acerba circūſtare, & meos quondā ſubditos, qui me oderūt, in meū cadauer ſæuituros. Oro igitur defende .i. prohibe hūc furorē .i. impetū, & cōcede ſepulchro me conſortem nati .i. cū filio. Hæc loquitur Mezentius, qui haud inſcius .i. uolēs, & ſeipſum exhibēs accipit enſem iugulo, & diffundit animā cruore .i. cū cruore undanti .i. fluenti in arma.

Ardilon.

Vndecimo victa est non æquo Marte Camilla.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN Vndecimum Aeneidos Librum argumentum.

COnstituit Marti spoliorum ex hoste trophæum.
Exanimumq́ patri natum Pallanta remittit.
Iura sepulturæ tribuit, tempusq́ Latinis.
Euander patrios affectus edit in vrbe.
Corpora cæsa virum passim digesta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negasse.
Drances & Turnus leges æquante Latino
Concurrunt dictis. Aeneas imminet vrbi.
Pugnatur, vincunt Troes, cadit icta Camilla.
Deinde duces, castris donec cessere, minantur.

¶ Ecphrasis.

VNdecimo. Camilla uirago illa, quæ in Turni præsidium uenerat, uicta est, id est, prostrata Marte, id est, bellorum Deo non æquo, id est, illi infesto & iniquo, quandoquidem passus est, ut ipsa occideretur, aut, non æquo Marte, dicit, quia per insidias ab Arunte interempta est, & non aperto Marte, & hoc vndecimo Aeneidos libro. Prolixioris argumenti explanatio est talis. Aeneas constituit Marti trophæum, id est, insigne uictorum hostium, spoliorum in bello raptorum ex hoste. Et remittit natum Pallantem exanimum, id est, mortuum patri Euandro. Et tribuit Latinis iura sepulturæ, id est, ut mortuos sepelire poßint, & tribuit tempus ad sepeliendum cadauera. Rex Euander edit, id est, exprimit affectus patrios suos in filium Pallantem in urbe sua. Corpora cæsa uirorum, id est, cadauera digesta, id est, in diuersos rogos gesta cremantur, id est, comburuntur. Legati. scilicet, Latinorum ad Diomedem mißi referunt Diomeden Aetholiæ Regem negasse arma, id est, auxilium ad bellum. Drances. scilicet, uir ille facūdus, & Turni æmulus, & ipse Turnus concurrunt, id est, certāt dictis, id est, sermonibus, & hoc, Latino Rege æquāte leges. i. illos in disceptatione illa audiente. Aeneas imminet urbi. i. obsidet illā. Pugnatur ab utraq́; parte, Troes tamē uincūt. Camilla uirgo bellatrix icta. i. percussa ab Arūte cadit. Deinde duces utriq́; minātur, donec Latini & Rutuli cessere castris Troianorū in urbis obsidionē positis.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS

Liber vndecimus.


Ceanum interea ſurgens Aurora reliquit.
Aeneas (quanquam & ſocijs dare tempus humandis
Præcipitant curę, turbataqꝫ funere mẽs eſt)
Vota Deum primo victor ſoluebat Eoo.
Ingentem quercum deciſis vndiqꝫ ramis
Conſtituit tumulo, fulgentiaqꝫ induit arma,
Mezenti ducis exuuias (tibi magne trophæum
Bellipotens) aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaqꝫ trunca viri, & bis ſex thoraca petitum,
Perfoſſumqꝫ locis, clypeumqꝫ ex ære ſiniſtræ
Subligat, atqꝫ enſem collo ſuſpendit eburnum.
Tum ſocios (nanqꝫ omnis eum ſtipata tegebat
Turba Ducum) ſic incipiens hortatur ouanteis:
Maxima res effecta viri, timor omnis abeſto.

¶ *Ecphraſis.*

OCeanum interea. Dũ hæc in pugna fiebãt, Aurora ſurgens reliquit Oceanũ.i. Oriẽtale mare. Et Aeneas uictor ſoluebat uota Deorũ primo Eoo.i. Sole oriente, quãquã curæ præcipitãt illum dare tẽpus ſuis humãdis, & quãquam illius mẽs turbata eſt funere ꝓcipue Pallãtis. Et cõſtituit in tumulo quercũ ingẽtẽ ramis undiq; ab illa deciſis, et induit q̃rcũ illã arma fulgẽtia. appo. exuuias.i. ſpolia Mezẽtij ducis, cõſtituit tibi, inquã, trophæũ o magne bellipotẽs.i. Mars (nam hoc modo trophæa erigi a uictoribus cõſueuerũt) et aptat illi quercui criſtas rorãtes ſanguine.i. galeã, & tela uiri.i. Mezẽtij trũca.i. fracta, & thoracẽ petitũ, & perfoſſum bis ſex locis.i. xij. foraminibus. Subligat etiã ſiniſtræ parti quercus clypeũ ex ære, & ſuſpẽdit collo enſem eburnũ.i. ex ebore, ad uaginã, aut ad capulũ retulit. Tũc Aeneas incipiens hortatur ſocios ouãtes ſic.i. his uerbis, quæ ſequuntur, nam, per parẽtheſim interpoſuit, omnis turba Ducũ Troianorũ ſtipata tegebat eũ. O uiri, inquit, res maxima eſt effecta, timor omnis abeſto, id eſt, abſit eius,

Quod superest, hæc sunt spolia, & de Rege superbo
Primitiæ: manibusq; meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad Regem nobis murosq; Latinos.
Arma parate animis, & spe præsumite bellum:
Ne qua mora ignaros, vbi primum vellere signa
Annuerint superi, pubemq; educere castris,
Impediat: segnesq; metu sententia tardet. al. segnisue
Interea socios, inhumataq; corpora terræ
Mandemus: qui solus honos Acheronte sub imo est.
Ite, ait, egregias animas, quę sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus: mœstamq; Euandri primus ad vrbem
Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Sic ait illachrymans, recipitq; ad limina gressum,
Corpus vbi exanimi positum Pallantis Acetes
Seruabat senior: qui Parrhasio Euandro

¶ *Ecphrasis.*

quod superest. i. restat faciendum. Hæc sunt spolia & primitiæ de Rege superbo, id est, Mezentio. Et Mezentius est hic, id est, talis manibus meis, quibus illum occidi. Sed nunc iter est nobis ad Regem, & ad muros Latinos, id est, ad urbem Latini. Ideo parate arma animis, & præsumite, id est, cogitatione agitate bellum proposita uictoriæ spe. Ne qua mora impediat uos ignaros, id est, imparatos, & ne sententia tardet uos segnes metu, & hoc, ubi primũ superi annuerint, id est, per auspicia significauerint uellere signa, id est, uexilla, & educere pubem, id est, iuuentutem ex castris. Sed interea mandemus terræ, id est, humemus socios, id est, corpora sociorũ, qui honor solus est illis, qui sunt Acherõte sub imo, id est, apud inferos. Ite igitur, & decorate muneribus supremis has animas egregias, quæ suo sanguine pepererunt, id est, parauerunt nobis hanc patriam. Et Pallas primus mittatur ad vrbem mœstam Euandri, id est, ad Pallanteum: quem Pallantè non egentem uirtutis, immo abundantem dies atra, id est, mortis abstulit, & mersit funere acerbo, id est, immaturo. Aeneas lachrymans ait sic, & recipit gressum ad limina, id est, ad domum, ubi Acetes senior seruabat corpus positum Pallantis exanimi, id est, mortui, qui Acetes ante fuit armiger Euandro Parrhasio.

Armiger ante fuit,sed non felicibus æque
Tum comes auspicijs charo datus ibat alumno.
Circum omnis famulumq; manus, Troianaq; turba,
al.mœstū Et mœstæ Iliades crinem de more solutæ.
Vt vero Aeneas foribus sese intulit altis,
Ingentem gemitum tunsis ad sydera tollunt
Pectoribus,mœstoq; immungit regia luctu.
Ipse caput niuei fultum Pallantis,& ora
al.læuo Vt vidit,læuiq; patens in pectore vulnus
Cuspidis Ausoniæ, lachrymis ita fatur obortis:
Te ne,inquit,miserande puer,cum læta veniret,
Inuidit fortuna mihi,ne regna videres
Nostra:neq; ad sedes victor veherere paternas?
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam,cum me complexus euntem
Mitteret in magnum imperium,metuensq; moneret
Acreis esse viros,cum dura prælia gente,

¶ *Ecphrasis.*

id est, Arcadi ab oppido Parrhasio, sed tunc, id est, in hoc bello ibat datus comes alumno charo, id est, Pallanti, sed auspicijs non æque fœlicibus. Et omnis manus famulorum, & turba Troiana, & Iliades fœminæ solutæ crinem mœstum de more, scilicet patriæ, aut propter continuos labores, hi inquam omnes erant circum. Vt uero Aeneas intulit sese foribus altis, id est, celsæ domui, tollunt ad sydera gemitum ingentem tunsis pectoribus more muliebri, & regia immungit luctu mœsto. Sed ut.i. postquam Aeneas uidit caput fultum puluillo aliquo, & uidit ora Pallantis niuei, & uidit vulnus cuspidis Ausoniæ, id est, Turni, patens in pectore læui, id est, glabro fatur ita lachrymis obortis, id est, fluentibus. O puer miserande, cum fortuna læta, id est, prospera ueniret, inuidit te mihi, ne uideres nostra regna, quæ mihi uictoria parare incœpit, neque tu victor ueherere ad sedes paternas, id est, ad Euandri conspectum. Ego discedens, id est, cum digrederer ab Euandro parente tuo, non dederam illi hæc promissa de te, scilicet, q. esses mortuus ad illum rediturus, cum, id est, quo tempore complexus me mitteret in magnum imperium, & metuens filio, moneret Latinos & Rutulos esse uiros acres, id est, fortes, & prælia gerenda esse cum gente dura.

Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani
Fors & vota facit, cumulatq; altaria donis.
Nos iuuenem exanimum, & nil iam cæleſtibus vllis
Debentem, vano mœſti comitamur honore.
Infelix nati funus crudele videbis.
Hi noſtri reditus, expectatiq; triumphi:
Hæc mea magna fides. at non Euandre pudendis
Vulneribus pulſum aſpicies: nec ſoſpite dirum
Optabis nato funus pater. hei mihi quantum
Præſidium Auſonia, & quantum tu perdis Iule.
  Hæc vbi defleuit, tolli miſerabile corpus
Imperat: & toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui ſupremum comitentur honorem
Interſintq; patris lachrymis, ſolatia luctus
Exigua ingentis, miſero ſed debita patri.
Haud ſegnes alij crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno,
Extructoſq; toros obtentu frondis inumbrant.

¶ *Ecphraſis.*

Et ille quidem captus .i. deceptus nunc ſpe multũ inani, putans filiũ ſoſpitẽ, fors .i. forte facit uota Dijs, & cumulat donis altaria Deorum pro illius incolumitate. Et nos mœſti comitamur uano honore .i. qui honor eſt inanis, iuuenẽ exanimũ .i. mortuum, & iam nil debentem ullis cæleſtibus .i. ad quem nihil iam pertinent Dij superi, cum apud inferos ſit. O infelix pater, ad Euandrum apoſtrophat, tu uidebis crudele funus nati. Hi, id eſt, tales erant noſtri reditus, & triumphi expectati? Hæc eſt mea fides magna? qui filij ſoſpitatem pollicitus ſum. At Euandre non aſpicies natum pulſum .i. uictũ vulneribus pudendis, neque tu pater optabis funus dirum, nato ſoſpite, quod .ſ. fugerit ex acie. Hei mihi quantum præſidiũ Auſonia perdit in Pallante. Vbi .i. poſtquam Aeneas defleuit hæc ſuperiora, imperat corpus miſerabile tolli, id eſt, erigi, & mittit uiros electos ex toto agmine .i. exercitu, qui comitentur honorem ſupremum, & qui interſint lachrymis patris. appo. ſolatia exigua luctus ingentis, ſed tamen debita patri miſero. Alij haud ſegnes, immo feſtini, texũt ex uirgis arbuteis crates & pheretrũ molle, & etiã ex uimine querno, & inumbrãt .i. tegũt toros extructos obtẽtu frondis .i. tegmento.

Hic iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt,
Qualem virgineo demessum pollice florem
Seu mollis violę, seu languentis hyacinthi,
Cui neq; fulgor adhuc, necdum sua forma recessit,
Non iam mater alit tellus, vires'q; ministrat.
Tum geminas vestes ostroq;, auroq; rigentes
Extulit Aeneas, quas illi læta laborum
Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro:
Harum vnam iuueni, supremum mœstus honorem
Induit: arsurasq; comas obnubit amictu.
Multaq; præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat: & longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos, & tela, quibus spoliauerat hostem.
Vinxerat & post terga manus, quos mitteret vmbris
Inferias, & cæso sparsuros sanguine flammas:
Indutosq; iubet truncos hostilibus armis

Pompa funebris,

Cõmendatio tacita purpuræ. Nam nulla melior fuit Sidonia, uel Tyria.

¶ *Ecphrasis.*

Et hic, id est, in his toris molliter stratis ponunt iuuenem in gramine agresti, quo tori erant strati, iuuenem, dico, qualem florem demessum pollice uirgineo, quia uirgines sunt studiosæ florum, florem, dico, seu uiolæ mollis, seu hyacinthi languentis, id est, marcescentis: cui, id est, a quo nec suus fulgor, nec sua forma, id est, species recessit, & quem mater terra iam non alit, neq; ministrat uires. Tũc Aeneas extulit geminas uestes, id est, duas rigentes ostro & auro, id est, asperas, quas uestes Dido Sidonia, id est, Tyria læta laborũ. i. operis a se laborati suis manibus quondam ipsa fecerat, & discreuerat telas auro tenui, id est, lento & flexibili. Tunc Aeneas mœstus induit iuueni harum uestium unam, appo. honorem supremum, & obnubit, id est, tegit amictu, id est, ueste comas paulo post arsuras. Et præterea aggerat, id est, accumulat multa præmia, id est, spolia pugnæ Laurentis, & iubet prædam duci longo ordine, quia multa & magna erat. Et addit equos & tela, quibus spoliauerat hostẽ. Præterea Aeneas uinxerat post terga manus uirorũ, quos mitteret inferias umbris. i. quibus Rex Euãder Pallãtis manibus parẽtaret, quos uiros uinctos, dico, sparsuros flãmas. s. rogi funebris sãguine cæso ex ipsis. Et iubet Aeneas ferre ipsos duces hostiũ. appo. trũcos indutos armis ho

Ipsos ferre duces, inimicaq; nomina figi.
Ducitur infelix æuo confectus Acetes,
Pectora nunc fœdans pugnis, nunc vnguibus ora:
Sternitur & toto proiectus corpore terræ.
Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.
Post bellator equus, positis insignibus, Aethon
It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora.
Hastam alij, galeamq; ferunt: nam cætera Turnus
Victor habet. tum mœsta Phalanx, Teucriq; sequuntur,
Tyrrheniq; duces, & versis Arcades armis.
Postquam omnis longe comitum processerat ordo,
Substitit Aeneas, gemituq; hæc addidit alto:
Nos alias hinc ad lachrymas, eademq; horrida belli
Fata vocant: salue æternum mihi maxime Palla,
Aeternumq; vale. nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, gressumq; in castra ferebat.
Iamq; oratores aderant ex vrbe Latina,

¶ *Ecphrasis.*

stilibus, id est, similitudines & effigies ducum in morem trophæi, quem in principio huius libri descripsit, & iubet nomina inimica, id est, hostium figi in truncis illis trophæi. Præterea Acetes, quem diximus pædagogum & custodem Pallantis esse, infelix & confectus æuo ducitur in pompa funeris, nunc fœdans. i. plangens pectora pugnis, & nunc fœdans ora unguibus, qui proiectus toto pectore sternitur terræ, id est, in terram. Ducunt etiã currus perfusos sanguine Rutulo, id est, hostium. Post quæ omnia Aethon equus bellator it lachrymans insignibus positis, id est, sine ornamentis, & humectat ora grandibus guttis, id est, lachrymis. Et alij ferunt hastam & galeã, nam Turnus uictor habet cætera. s. baltheũ. Tũc. i. deĩde phalãx Arcadũ mœsta, et Teucri sequũtur, et duces Tyrrheni, & Arcades cõuersis armis. i. nõ infestis. Postquã oĩs ordo comitũ Pallãtis ꝓcesserat lõge, Aeneas substitit, et addidit i dixit hæc, q̃ sequũtur, gemitu alto. Eadẽ horrida. i. crudelia fata belli uocãt nos hinc ad alias lachrymas. i. ad lugẽdũ alios mortuos. Igitur o Palla maxime mihi. i. opimõe mea salue æternũ, et uale æternum. i. semper. Et Aeneas nõ effatus plura tendebat ad muros altos suæ vrbis, q; pro. i. ferebat gressum in castra. Et iam oratores aderãt ex urbe Latina. i. Laurolauinio,

Olea indi-ciũ pacis.

Velati ramis oleæ, veniamq; rogantes:
Corpora per campos, ferro quæ fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ:
Nullum cum victis certamen, & æthere cassis:
Parceret hospitibus quondam, socerisq; vocatis.
Quos bonus Aeneas haud aspernanda precantes
Prosequitur venia, & verbis hæc insuper addit:
Quænam vos tanta fortuna indigna Latini
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem ne exanimis, & Martis sorte peremptis — al.me
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.
Nec veni, nisi fata locum, sedemq; dedissent:
Nec bellum cum gente gero: Rex nostra reliquit
Hospitia, & Turni potius se credidit armis,
Aequius huic Turnum fuerat se opponere morti. — al.Marti
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis.

¶Ecphrasis.

uelati ramis oleæ, & rogantes ueniam, id est, pacem uel beneficium, scilicet, ut redderet corpora, quæ iacebant fusa per campos, & sineret succedere terræ, id est, humari. Afferentes illas causas, scilicet, nullum esse certamen cum uictis & caßis, id est, carentibus æthere.i.uita, & ut parceret hospitibus suis, & uocatis socijs quõdã ante hoc bellum. Quos oratores bonus Aeneas prosequitur uenia.i. beueficio, quod orabant, quos, dico, precantes non aspernanda, immo factu digna. Et insuper addit hæc, quæ sequuntur, talibus uerbis. O Latini, quæ nam fortuna indigna implicuit uos tanto bello? qui fugiatis nos amicos ?i. qui uolumus uobis esse amici. Ne, id est, nunquid uos oratis pacem exanimis.i.mortuis, & peremptis sorte Martis, id est belli fortuna, equidem ego uellem cõcedere, nõ solũ mortuis, sed etiam uiuis. Nec ueni, id est, uenissem huc, nisi fata dedissent mihi & locum, & sedem. Nec ego gero bellum cum gente Latina, id est, cũ populo, quia Rex Latinus prior reliquit nostra hospitia, & potius credidit se armis Turni, quã [illegible]. Aequius fuerat Turno, opponere se huic morti, quã populus passus est, quam miseram plebem. Quod si Turnus apparat finire bellũ manu, & si pellere Teucros ex Italia, decuit illũ cõcurrere mecũ his telis, quibus innocẽs multitudo est cæsa

Vixet,cui vitam Deus,aut ſua dextra dediſſet.
Nunc ite,& miſeris ſupponite ciuibus ignem. al'.&
Dixerat Aeneas;olli obſtupuere ſilentes,
Conuerſiq́ oculos inter ſe,atq́ ora tenebant.
Tum ſenior,ſemperq́ odijs,& crimine Drances
Infenſus iuueni Turno,ſic ore viciſſim
Orſa refert:O fama ingens,ingentior armis
Vir Troiane,quibus cælo te laudibus æquem?
Iuſtitiæ ne prius mirer,belli ne laborum?
Nos vero hæc patriam grati referemus ad vrbem; al'.has
Et te,ſiqua viam dederit fortuna, Latino al.grates
Iungemus Regi:quærat ſibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaq́ ſubuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hæc:vnoq́ omnes eadem ore fremebant;
Bis ſenos pepigere dies, & pace ſequeſtra
Per ſyluas Teucri,miſtiq́ impune Latini
Errauere iugis;ferro ſonat alta bipenni al'.icta

¶Ecphraſis.

Vixet pro uixiſſet ex nobis ille,cui Deus,aut ſua dextra.i.fortitudo dediſſet uitam.Ite igitur nūc o Latini,& ſupponite ignē ciuibus miſeris.Dixerat Aeneas, ſed Latini oratores ſilentes obſtupuerūt,et cōuerſi tenebāt oculos,et ora inter ſe .i.inuicē ſe cōſpiciētes. Tūc Drāces ſenior refert ſic orſa.i.uerba ore uiciſsim.i. ediuerſo,qui Drāces ſemper fuit infenſus odijs,& crimine iuueni Turno. O Aenea,uir Troiane,ingens fama,ſed ingentior armis,quibus laudibus æquem, id eſt, æquabo te cælo? ne,id eſt,nunquid ego prius mirer iuſticiæ tuæ?an laborum belli?ſub.neſcio. Nos uero grati referemus hæc tua dicta ad urbem patriam,id eſt, Laurolauinium, & iungemus te Regi Latino,ſiqua fortuna dederit uiam. Et Turnus quærat ſibi alia fœdera,ſcilicet,quibus ſe iungat. Quin & iuuabit nos Latinos attollere moles fatales, & ſubuectare, id eſt, uehere humeris ſaxa murorum Troiæ, id eſt, condere nouam Troiam. Dixerat Drances, & reliqui omnes fremebant hæc eadem uno ore. Tum pepigere beſſenos dies nomine induciarū,& ſequeſtra pace,id eſt,media Teucri & Latini mixti errauere impune,id eſt,licite per ſyluas, & in iugis. Et fraxinus alta ſonat ferrro bipenni,

Fraxinus, euertunt actas ad sydera pinus,
Robora nec cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.
Et iam fama volans tanti prænuntia luctus,
Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia complet:
Quæ modo victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, & demore vetusto
Funereas rapuere faces: lucet via longo
Ordine flammarum, & late discriminat agros.
Contra turba Phrygum veniens plangentia iungit
Agmina: quæ postquam matres succedere tectis
Viderunt, mœstam incendunt clamoribus vrbem.
At non Euandrum potis est vis vlla tenere,
Sed venit in medios: pheretro Pallanta reposto
Procubuit super, atq; hæret lachrymansq; gemensq;:
Et via vix tandem voci laxata dolore est:
  Non hæc o Palla dederas promissa parenti,
Cautius vt sæuo velles te credere Marti.

¶ *Ecphrasis.*

& euertunt pinus actas .i. euectas ad sydera, nec cessant scindere robora cuneis, & cedrum bene olentem, nec cessant uectare ornos arbores plaustris gementibus .i. præ nimio pondere stridētibus, & omnia hæc mortuorū pyris faciēdis. Et iam fama uolās, & prænūcia tāti luctus cōplet .i. certiorē facit Euandrū, et domos, et mœnia Euandri .i. Pallanteum, quæ fama modo .i. paulo ante ferebat Pallanta uictorem Latio. Tunc Arcades ruere ad portas, id est, ruebant, & rapuere faces funereas de more uetusto. Via lucet longo ordine flammarum .i. facium, quas ferebant obuiā funeri procedētes, & uia illa faciū discriminat .i. diuidit late agros .i. latos agros. Contra .i. ediuerso turba Phrygum ueniens iungit agmina plagētis, que agmina postquā matres uiderunt succedere tectis .i. domibus, incēdunt .i. incitant clamoribus urbem mœstam. At ulla uis non est potis, id est, potens tenere Euādrū, sed uenit in medios, & ꝓcubuit super Paliāte reposito in pheretro, atq; lachrymās et gemēs hæret ori illius. Et tandē uix uia laxata est uoci .i. aperta, & hoc nimio dolore, & dixit. O Palla, tu nō dederas hæc promissa .i. ꝓmissi .i. mihi parenti tuo, ut uelles credere .i. cōmittere te cautius .i. prouidentius Marti sæuo.

Haud ignarus eram, quantum noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine posset.
Primitiæ iuuenis miseræ, belliqꝫ propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita Deorum
Vota, precesqꝫ meæ: tuqꝫ o sanctissima coniux
Felix morte tua, neqꝫ in hunc seruata dolorem.
Contra ego viuendo vici mea fata, superstes
Restarent vt genitor. Troum socia arma secutum
Obruerent Rutuli telis, animam ipse dedissem,
Atqꝫ hæc pompa domum me, non Pallanta referret.
Nec vos arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras: sors ista senectæ
Debita erat nostræ. quod si immatura manebat
Mors natum, cæsis Volscorum millibus ante
Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit.
Quin ego non alio digner te funere Palla,
Quam pius Aeneas, & quam magni Phryges, & quam

¶ *Ecphrasis.*

Quia ego haud eram ignarus, id est, bene sciebam, quantum posset noua gloria. i. incipiens, & prædulce decus in armis in primo maxime certamine, cum homines aliquod decus cupiunt assequi. Sed tu fili iuuenis fuisti primiciæ miseræ, & fuisti rudimenta, id est, principia dura, id est, crudelia belli propinqui. i. quod parabatur. Vota etiam & preces meæ nulli Deorū fuerunt exaudita. Et tu o coniux sanctissima fuisti felix morte tua, quia non seruata est in hunc dolorē, quē ego sentio. Ego contra uici mea fata uiuendo, ut, scilicet, ego genitor restarem superstes nato, cum prior mori debuissem. Rutuli obruerent, id est, obruere debuissent me secutum arma socia Troum, id est, Troianorū, & dedissem ipse animam telis, & hæc pompa funebris retulisset domum me, non autem filium Pallanta. O Teucri, ego nō arguerim uos, neq; fœdera, q̄ uobiscū pepigi, nec dextras quas Iunximus hospitio. i. fidem hospitalem, sed ista sors erat debita nostræ senectæ, ut filium sic occisum uiderem. Quod si mors immatura manebat. i. expectabat natū, iuuabit illum cecidisse. i. mortuum fuisse ducentem Teucros in Latium multis millibus Volscorum ante cæsis. Quin o Palla non digner te alio funere, id est, dignum putabo, quam quo pius Aeneas dignatus est te, & quā quo Phryges magni.

Magna tro Tyrrheniq; duces, Tyrrhenumq; exercitus omnis,
phæ. &c. Magna trophæa ferunt, quos dat tua dextera leto.
Versũ hũc Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis,
non habet Esset par ætas, & idem si robur ab annis
codex ue- Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?
tustus, neq; Vadite, & hæc memores Regi mandata referte,
sane Virgi Quod vitam moror inuisam, Pallante perempto,
lianus uide Dextera causa tua est, Turnum gnatoq; patriq;
tur. Quam debere vides: meritis vacat hic tibi solus
Vindicta. Fortunæq; locus: non vitæ gaudia quæro,
Nec fas, sed gnato manes perferre sub imos.
Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera, atq; labores:
Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarchon
Constituere pyras: huc corpora quisq; suorum
More tulere patrum: subiectisq; ignibus atris
alij, tene- Conditur in tenebras altum caligine cælum.
bris. Ter circum accensos cincti fulgentibus armis

¶ Ecphrasis.

& quã quo duces Tyrrheni, & omnis exercitus Tyrrhenorũ. Ipsi ferunt magna trophæa illorum, quos tua dextera dat leto .i. interfecisti. Et o Turne, tu quoq; stares nunc truncus immanis in armis .i. trophæum, quale in principio libri descripsimus, si par ætas tuæ, & si idem robur fuisset Pallanti ab annis .i. ab ætate. Sed ego infelix quid demoror Teucros ab armis .i. bello gerendo? Igitur o Troiani, uadite, & referte hæc mãdata Regi uestro. Tua dextera .i. fides & fortitudo est causa, quod Pallãte perẽpto moror .i. detineo uitam inuisam, quã dexterã tuã tu uides debere Turnũ .s. uictũ tradere et nato, et patri. Hic solus locus fortunæ uacat tibi meritis .i. nihil aliud est, quod poßit uirtus tua, uel fortuna præstare. Ego non quæro iam gaudia uitæ, nec fas est me illa quærere, sed quæro perferre nato gaudia sub imos manes. Interea, dũ hæc peragebãtur, Aurora extulerat mortalibus lucẽ almã, referẽs .i. restituẽs opera et labores. Et iã pius Aeneas, & Tarchon dux Tyrrhenorũ cõstituere pyras in littore curuo, & quisq; tulere huc, & illuc corpora suorũ more parentũ. Cælum altũ conditur .i. obscuratur in tenebras caliginis, & hoc ignibus atris subiectis .i. suppositis pyris. Et ipsi cincti armis fulgentibus

Decurrere rogos: ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis, vlulatusq; ore dedere.
Spargitur & tellus lachrymis: sparguntur & arma;
It cælo clamorq; virum, clangorq; tubarum.
Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Conijciunt igni galeas, ensesq; decoros,
Frenaq;, feruentesq; rotas: pars munera nota
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora morti,
Setigerosq; sues, raptasq; ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes: tum littore toto
Ardenteis spectant socios, semiustaq; seruant
Busta, nec auelli possunt, nox humida donec
Inuertit cælum stellis fulgentibus aptum.
Nec minus & miseri diuersa in parte Latini
Innumeras struxere pyras, & corpora partim
Multa virum terræ infodiunt, auectaq; partim
Finitimos tollunt in agros, vrbiq; remittunt

al. discurrere
Ritus funerum.
alij, Hic
Alludit ad priscū morē, solebāt enim uino flāmas extinguere, priusq̄ oīa igni perijssent.
al. ardentibus.
al. eucta.

¶ *Ecphrasis.*

decurrere ter circum rogos accensos, & ter lustrauere in equis ignem mœstum funeris, id est, pyras illas erectas, & dederunt ululatus ore, id est, ululauerunt. Et tellus spargitur lachrymis, id est, impletur, & arma sparguntur etiam lachrymis. Clamor uirum pro uirorum, & clangor tubarum it cælo, id est, in cælum. Alij conijciunt hinc igni, id est, in ignem gladios & enses decoros. appo. spolia direpta Latinis occisis, & coijciunt frena, & rotas feruentes. Et pars ipsorum conijciunt munera nota, scilicet, clypeos, & tela non fœlecia. i. ab hostibus recepta. Multa quoq; boum corpora mactantur morti, id est, Proserpinæ circa mortuorum, scilicet, cadauera, & iugulant in flammas sues setigeros, id est, hirsutos, & iugulant pecudes raptas ex omnibus agris. Tum, id est, deinde spectant socios ardentes in toto littore, ubi positæ erāt pyræ, et seruāt busta semiusta, nec possūt inde auelli, donec nox humida inuertit cælū aptū. i. cōiunctū stellis ardēib9. Nec minus. i. similiter Latini miseri struxere pyras innumeras in parte diuersa. i. separata, & partim infodiūt terræ multa corpora uirorū, & tollūt partim alia cadauera auecta in finitimos agros, et remittūt urbi cætera cadauera, q̄ restabant.

al. stragis Cætera, confusæq; ingentem cædis aceruum;
Nec numero, nec honore cremant: tunc vndiq; vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cælo dimouerat vmbram:
Mœrentes altum cinerem, & confusa ruebant
Ossa focis, tepidoq; onerabant aggere terræ.
Iam vero in tectis prædiuitis vrbe Latini
Præcipuus fragor, & longe pars maxima luctus.
Hic matres, miseræq; nurus, hic chara sororum
Pectora mœrentum, puerıq; parentibus orbi
Dirum execrantur bellum, Turniq; Hymenæos:
Ipsum armis, ipsumq; iubent decernere ferro,
Qui regnum Italiæ, & primos sibi poscat honores.
Ingrauat hæc sæuus Drances: solumq; vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contra varijs sententia dictis
Pro Turno, & magnum Reginæ nomen obumbrat:

¶ *Ecphrasis.*

& cremant ingentem aceruum cædis confusæ, id est, stragem occisorum, nec numero, neque honore, quia occisi a suis agnosci non poterant. Tunc agri uasti undique, id est, ab omni parte collucent crebris ignibus certatim, id est, cum magna omnium contentione. Lux tertia, id est, dies dimouerat cælo umbram gelidam, id est, Solem tertia dies reduxit, & eo die mœrentes .i. tristes ruebant, id est, eruebant ex focis, id est, pyris cinerem, & ossa confusa, id est, resoluta igni, & onerabant illa aggere tepido terræ, id est, cumulo. Iam uero fragor præcipuus erat in tectis, & in urbe Latini Regis prædiuitis, & illic erat pars maxima luctus longi. Hic, id est, in urbe Latini matres & nurus miseræ, & pectora chara sororum, id est, sorores mœrentes, & pueri orbi parentibus, qui in bello ceciderant, execrantur dirum bellum, & Hymenæos, id est, nuptias Turni. Et iubent, id est, uolunt ipsum Turnum decernere armis .i. cõferre cum Aenea, qui Turnus poscit sibi regnum Italiæ, & honores primos. Drances, qui fuit orator missus ad Aeneã, sæuus in Turnũ ingrauat hæc, et dicit solũ Turnũ posci in certamina ab Aenea. Multa sentẽtia erat cõtra uarijs dictis .i. multi ecõtrario sentiebãt pro Turno simul, & nomẽ magnũ Reginæ obũbrat .i. protegit Turnũ.

Cætera

Multa virum meritis sustentat fama trophæis.
Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce super mœsti magni Diomedis ab vrbe — *al. magnâ.*
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum impensis operum, nil dona, nec aurum,
Nec magnas valuisse preces: alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Troiano ab Rege petendum. — *al. petendã*
Deficit ingenti luctu Rex ipse Latinus:
Fatalem Aeneam manifesto numine ferri
Admonet ira Deum, tumuliq; ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primosq; suorum — *Cõsultatio de rebus regni.*
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenere, fluuntq; ad regia plenis
Tecta vijs: sedet in medijs Rex maximus æuo,
Et primus sceptris haud læta fronte Latinus. — *sceptris alij cœptis.*

¶ Ecphrasis.

& multa fama sustentat uirum, id est, Turnum trophæis meritis, id est, uictorijs. Et ecce inter hos motus urbis tumultu medio flagrante, id est, incitato, Legati, quos supra diximus a Latinis & Turno missos, mœsti referunt responsa ab urbe magna Diomedis, id est, ab Argiripa, & referunt nihil esse actum omnibus impensis tantorum operũ. i. frustra suscepisse legationem, & dona ad illum missa, & aurum & preces magnas nil ualuisse apud Diomedem, qui dixit alia arma, id est, auxilia, quam sua, esse a Latinis quærenda, aut petendum esse pacem a Rege Troiano. Tunc ipse Rex Latinus in tanta rerum perturbatione deficit luctu ingenti, reputans Aeneam fatalem, id est, fatis promissum ferri ad Italiæ regnum numine manifesto, & ira Deorum, & tumuli recentes ante ora admonent, id est, in memoriam reducunt Latini, id quod libro septimo putabat: Aeneam esse, quem fata Lauiniæ maritum promittebant. Ergo Latinus cogit, id est, congregat intra alta limina magnum concilium, q; pro. i. primos suorum. i. primores populi accitos, id est, conuocatos suo imperio. Illi, scilicet, primores conuenere, & confluunt ad tecta Regia, id est, domum uijs plenis, id est, frequentibus, & Latinus Rex maximus æuo, & primus sceptris, id est, Princeps omnium sedet in medijs, id est, in medio illorum fronte haud læta, immo tristi uultu. Atque hic, id est, in concilio iubet

Atque hic legatos Aetola ex vrbe remissos,
aiij, Quid tunc d.tũ. Quæ referant, fari iubet: & responsa reposcit
Ordine cuncta suo. tunc facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens, ita farier infit:
Vidimus o ciues Diomedem, Argiuaq; castra,
Atq; iter emensi casus superauimus omneis,
Contigimusq; manum, qua concidit Ilia tellus.
Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis
alij aruis. Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
Munera præferimus, nomen patriamq; docemus,
alij adduxerit. Qui bellum intulerint, quæ causa attraxerit Arpos.
Auditis hæc placido sic reddidit ore:
O fortunatæ gentes Saturnia regna,
Antiqui Ausonij, quæ vos fortuna quietos
Sollicitat? suadetq; ignota lacessere bella?

¶*Ecphrasis.*

legatos remissos, id est, redeuntes ex urbe Aetola, id est, a Diomede Aetolorum Rege condita, fari, quæ responsa referant, & reposcit, id est, petit, ut referant ordine cuncta responsa a Diomede reportata. Tunc silentia facta sunt linguis. Et Venulus princeps legationis parens, id est, obediens dicto Regis infit, id est, incipit farier, id est, loqui in modum sequentem. O ciues nos uidimus urbem Diomedis, & emensi, id est, peragrantes iter superauimus omnes casus, & contigimus illius manum, qua tellus Ilia concidit, id est, euersa est. Ille condebat Argiripam urbem cognomine gentis patriæ in aruis Gargani Iapygis, id est, montis Apuli. Et postquam introgressi sumus, & copia, id est, facultas fandi est nobis data, præferimus munera, quæ ad illum tulimus, & docemus, id est, ostendimus illi & nomen & patriam nostram, & quæ causa attraxerit nos Arpos, id est, ad Argiripam, & qui intulerint nobis bellum, quia Troiani. Quibus auditis ille reddidit hæc sequentia ore placido. O antiqui Ausonij, id est, Itali, gentes fortunatæ. appositiue. regna Saturnia, quasi diceret. fœlix sæculum, quo apud uos Saturnus regnauit, quæ Fortuna solicitat uos quietos? & suadet lacessere, id est, prouocare contra uos bella antehac uobis ignota. Et omitto nũc ea, quæ exhausta sunt. i. perpessa, bellãdo sub altis muris Troiæ,

Quicunq; Iliacos ferro violauimus agros
(Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem — *al. premat*
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus: scit triste Mineruæ
Sydus, & Euboicæ cautes, vltorq; Caphareus.
Militia ex illa diuersum ad littus adacti, — *al. abacti.*
Atrides Protei Menelaus adusq; columnas
Exulat, Aetnæos vidit cyclopas Vlisses:
Regna Neoptolemi referam? versosq; penates
Idomenei? Libyco ue habitantes littore Locros?
Ipse Myceneus magnorum ductor Achiuum
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetijt: deuicta Asia subsedit adulter.
Inuidisse Deos, patrijs vt redditus oris — *alij, aruis.*
Coniugium optatum, & pulchram Calydona viderem?
Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur:

¶ *Ecphrasis.*

& quos uiros Simois ille fluuius Troiæ premit. Quicunq; Græci uiolauimus ferro agros Iliacos, omnes expendimus, id est, luimus infanda supplicia per orbem, & expendimus pœnas scelerum nostrorum. nos dico, manus, id est, gens miseranda uel pro etiam Priamo. Et hoc ita esse sydus triste Mineruæ, id est, Pallas scit, & cautes Euboicæ. et Caphareus (promontorium Euboiæ, ubi Græci naufragium paßi sunt) ultor scit. Itaq; ex illa militia nos sumus adacti ad littus diuersum, id est, ad diuersas orbis partes, quia Menelaus Atrides, id est, Atrei filius exulat usq; ad columnas Prothei, id est, ad Aegyptū usq;, & Vlysses uidit Cyclopas Aetneos. i. Siculos, ut in tertio dixit. Et referā ne ego regna Neoptolemi. i. Pyrrhi ab Oreste cæsi? & penates Idomenei uersos? q, ut in codē tertio diximus, Rex fuit Cretæ a suis regno pulsus, et Locros habitātes in littore Libyco i. in Aphrica? ij. s. Aiacis socij fuerunt. Ipse ductor Achiuorum. i. Agamemnon. Mycenarum Rex oppetijt, id est, perijt dextra cōiugis infandæ. i. Clytemnestræ intra prima limina, id est, cum primum est domum ingressus, & adulter subsedit in regno. i. Egystus deuicto alio ab Agamemnone. Tu uideres. i. putares Deos inuidisse mihi redditus aruis patriis, & ut uiderē coniugiū optatū i. cōiugē. et Calydona pulchrā? Et nunc etiā portenta sequuntur me uisu horribili, et socij amißi

Et socij amici petierunt æthera pennis,
Fluminibusq; uagantur aues (heu dira meorum
Supplicia) & scopulos lacrymosis vocibus implent.
Hæc adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, cum ferro cœlestia corpora demens
Appetij, & Veneris violaui vulnere dextram.
Ne vero, ne me ad tales impellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama: nec veterum memini, lætorue malorum.
Munera quæ patrijs ad me portastis ab oris,
Vertite ad Aeneam: stetimus tela aspera contra.
Contulimusq; manus: experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam:
Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,

¶Ecphrasis.

petierunt æthera.i. facti aues uolauerunt pennis, & uagantur fluminibus. appositiue, heu dira supplicia meorum, & implent scopulos uocibus lachrymosis, id est, flebilibus. Hæc fuerunt mihi speranda, id est, timenda ex illo tempore, cum ego demens appetij ferro corpora cælestia, & pro, id est, uulnere uiolaui dextram Veneris, quo tempore cum Aenea conflixi, & illa se mihi opposuit. Igit̃ o Latini ne uero ĩpellite me ad tales puguas, neq; post Pergama eruta est mihi ullum bellum cum Teucris, nec memini, aut lætor ueterum malorum, id est, nullum gero odium cum illis. Et uertite ad Aeneam munera, quæ portastis mihi ab oris patrijs. Iam in bello Troiano stetimus contra illius tela aspera, & contulimus cum eo manus, id est, confliximus. Credite mihi experto quantus.i. quam magnus assurgat in clypeum, & quo turbine, id est, quo impetu torqueat hastam. Præterea si terra Idæa, id est, Troiana tulisset duo, id est, duos tales uiros, qualis est Aeneas, Dardanus, id est, Troianus uenisset ultro ad urbes Inachias, id est, Argiuas bellum inferendo, & Græcia lugeret fatis uersis, id est, conuersis & permutatis. Et quidquid, id est, quocunq; tempore cessatum est apud mœnia Troiæ duræ, id est, laborosæ: uictoria

Hectoris, Aeneæq́ manu victoria Graium
Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis:
Hic pietate prior: coeant in fœdera dextræ,
Qua datur: ast armis concurrant arma, cauete.
Et responsa simul, quæ sint, Rex optime Regis (aliȷ Regũ)
Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
Vix ea legati, variusq́ per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantur
Cum rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæq́ fremunt ripæ crepitantibus vndis.
Vt primum placati animi, & trepida ora quierunt,
Præfatus Diuos solio Rex infit ab alto:
Ante equidem summa de re statuisse Latini
Et vellem, & fuerat melius, non tempore tali
Cogere concilium, cum muros obsidet hostis.

¶ *Ecphrasis.*

Graiorum, hæsit, id est, immorata est manu Hectoris *&* Aeneæ, *& rettulit uestigia, id est, retrocesit in annum decimum.* Ambo Hector *&* Aeneas *insignes armis præstantibus, sed hic* Aeneas *est prior pietate.* Quoniam *igitur ita est, dextræ uestræ coeant in fœdera, id est, amicitiam cum* Troianis, *qua datur, id est, quæcunq; detur occasio fœderis faciendi.* Sed *cauete arma uestra concurrant cum illorum armis.* O Rex *optime audisti quæ sint responsa* Regis Diomedis, *& quæ sit illius sententia gerendo bello cum* Teucris. Legati *uix subaudi dixerãt, et uarius fremor. i. fremitus siue murmur cucurrit per ora turbata* Ausonidarum, *id est,* Latinorum. Et *ponit comparationem dicens: ceu cum saxa morantur amnes rapidos, id est, opponuntur ad fluminis impetum, tunc murmur fit gurgite obiectibus clauso, & undis crepitantibas, id est, sonantibus, ripæ uicinæ fremunt, id est, sonant undarum collisione ad saxa illa.* Vt *primum animi* Latinorum *placati sunt, & ora illorum trepida, id est, turbata quierunt,* Rex *præfatus* Diuos. *i. a* Diuis *incipiens infit. id est. loqui incipit.* O Latini, *ego uellem, id est, uoluissem uos ante hoc tempus statuisse, id est, deliberesse de re summa, id est, republica, & fuerat melius, & non cogere concilium tali tempore. cũ hostis obsidet muros, quo tẽpore potius est pugnãdũ, quã cõcilio decernẽdũ.*

Bellum importunum ciues cum gente Deorum,
Inuictisq; viris gerimus: quos nulla fatigant
Prælia, nec victi possunt absistere ferro.
Spem, siquam accitis Aetolum habuistis in armis,
Ponite, spes sibi quisq;: sed hæc quam angusta, videtis.
Cætera, qua rerum iaceant perculsa ruina,
Ante oculos, interq; manus sunt omnia vestras:
Nec quenquam incuso: potuit, quæ plurima virtus
Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.
Nunc adeo, quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo:
Est antiquus ager Tusco mihi proximus amni,
Longus in Occasum: fines super vsq; Sicanos.
Aurunci, Rutuliq; serunt: & vomere duros
Exercent colles, atq; horum asperrima pascunt:
Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis

¶ *Ecphrasis.*

Nos o ciues gerimus bellum importunum, & difficile cum gente Deorum, id est, cui fauent Dij, & ab illis ducunt originem, & cum uiris inuictis, quos nulla prælia fatigant, nec uicti.i. etiam cum uincuntur, possunt absistere, id est, cessare a bello. Igitur ponite, id est, deponite spem, siquam spem habuistis in armis Aetholorum, & quisq; sit sibi spes sua, id est, ponat spem in seipso: sed uos uidetis, hæc quam angusta sint, id est, quam angustis in rebus simus. Cætera omnia qua ruina rerum iaceant perculsa, id est, prostrata, omnia inquit sunt ante oculos uestros & inter manus uestras. Neque ego incuso quemquam ex uobis, quia in uobis fuit uirtus, id est, fortitudo, quæ potuit esse maxima, & certatum est toto corpore, id est, uiribus regni. Sed ego nunc expediam, id est, declarabo, quæ sententia sit menti dubiæ, id est, deliberanti, & ego docebo uos paucis uerbis. Ideo adhibite mihi animos, id est, animaduertite. Est mihi ager antiquus proximus amni Thusco, id Tybridi, ager dico longus in Occasum, id est, Occidentem uersus, super usq; ad fines Sicanos, id est, quos Sicani aliquando tenuerunt. Quem agrum Aurunci & Rutuli serunt, id est, colunt, & exercent uomere duros colles, & pascunt asperrima horum. Hæc omnis Regio, quam dixi: & plaga pinea montis celsi cedat amicitiæ Teucrorum, &

Cedat amicitiæ Teucrorum: & fœderis equas
Dicamus leges, sociosq; in regna vocemus.
Consîdant, si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines, aliamq; capessere gentem
Est animus, poscuntq; solo decedere nostro, *al. possunt*
Bis denas Italo texamus robore naueis,
Seu plures complere valent: iacet omnis ad vndam
Materies, ipsi numerumq;, modumq; carinis
Præcipiant, nos æra, manus, naualia demus.
Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment
Centum Oratores prima de gente Latinos,
Ire placet, pacisq; manu prætendere ramos,
Munera portantes eborisq;, auriq; talenta, *Romanorum insi-*
Et sellam regni, trabeamq; insignia nostri. *gnia.*
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni

¶ *Ecphrasis.*

dicamus, id est, constituamus cum illis leges æquas fœderis, & uocemus socios in Regna, & consîdant in eo agro, & condant mœnia, id est, urbem, si tantus amor, id est, uoluntas est illis condendæ urbis. Sin pro sed si animus est illis capessere alios fines, id est, aliam regionem, & aliam gentem, & poscunt decedere ex nostro solo, id est, terra, texamus illis, id est, ædificemus bis denas naues, id est, duodecim robore Italo, id est, arboribus nostris, & ædificemus illis plures, si ualent complere plures naues. Quod, quam facile factu sit, ostendit, quia omnis materies, id est, lignum iacet ad undam, id est, prope flumen. Ipsi Troiani præcipiant numerum & modum carinis, id est, quot & quam magnas carinas siue rates uelint, nos demus æra, ex quibus nauium rostra fiant, et demus manus artificum, & reliqua omnia naualia, id est, quæ ad naues pertineant. Præterea placet mihi, centum Oratores Latinos de prima gente. i. de populi primoribus ire ad Troianos, qui ferant dicta. i. sententiam nostrã, et qui ferãt. i. confirmẽt nostra fœdera, et placet illos oratores pretẽdere manu ramos pacis. i. oliuæ, ut supra dixit: portãtes munera. s. talẽta auri et eboris et sellã regni et trabeã, ap. insignia nostri regni, quia trabea uestis Regia est. Igitur o ciues cõsulite in medium. i. in commune, et succurrite rebus fessis, id est, afflictis & angustis.

Obliqua inuidia, ſtimuliſq; agitabat amaris,
Largus opum, & lingua melior, ſed frigida bello
Dextera, conſilijs habitus non futilis autor,
Seditione potens; genus huic materna ſuperbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.
Surgit: & his onerat dictis, atq; aggerat iras:
Rem nulli obſcuram, noſtræ nec vocis egentem,
Conſulis o bone Rex: cuncti ſe ſcire fatentur,
ferat alij, petat. Quid fortuna ferat populi, ſed dicere muſſant.
Det libertatem fandi, flatuſq; remittat.
Cuius ob auſpicium infauſtum, moreſq; ſiniſtros
(Dicam equidem, licet arma mihi, morteḿq; minetur)
Lumina tot cecidiſſe Ducum, totamq; videmus
Conſediſſe vrbem luctu, dum Troia tentat
Caſtra, fugę fidens, & cœlum territat armis.

¶ Ecphraſis.

Tum Drances ſurgit, idem infenſus, id eſt, iratus Turno, quem gloria Turni agitabat ſtimulis amaris, id eſt, ſtimulabat inuidia obliqua, id eſt, non aperte ſed ex tranſuerſo detrahente, Drances dico, largus opum, id eſt diues, & melior lingua, id eſt, eloquentia, ſed dextra illius erat frigida, id eſt, ignaua bello, & habitus, id eſt, habebatur autor non futilis, id eſt, uanus conſilijs, & erat potens ſeditione, id eſt, ſeditioſus & factioſus. Nobilitas materna dabat huic genus ſuperbum, id eſt, erat nobilis ex parte matris, & ferebat genus incertum, id eſt, obſcurum de patre. Surgit inquam, & onerat, atque aggerat, id eſt, accumulat iras his dictis. O bone Rex tu conſulis .i. in conſultationem ponis rem nulli obſcuram, neque egentem noſtræ uocis, id eſt, conſilij, cuncti enim fatentur ſe ſcire, quid fortuna populi tui ferat, id eſt, deſideret, ſed muſſant, id eſt, quaſi murmurando dubitant dicere. Det libertatem fandi, ſubaudi Turnus, & remittat flatus, id eſt, ſuperbiam. Ob auſpicium infauſtum, id eſt, infortunatum, & ob mores ſiniſtros cuius nos uidemus tot lumina Ducum, id eſt, claros Duces cecidiſſe, & uidemus totam urbem noſtram conſediſſe, id eſt, demerſam eſſe luctu, quæ facta ſunt, dum fidens fugæ tentat caſtra Troia, id eſt, Troianorum, & territat armis cælum, id eſt, Troianos, quos Dij amant fouentq;: & interpoſuit per parentheſim, dicam equidem, licet Turnus minetur mihi mortem &

Vnum etiam donis iſtis, quæ plurima mitti
Dardanidis, ducíq; iubes, vnum optime Regum
Adijcias, nec te vllius violentia vincat,
Quin natam egregio genero, dignisq; Hymenæis
Des pater: & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quod ſi tantus habet mentes, & pectora terror,
Ipſum obteſtemur, veniamq; oremus ab ipſo:
Cedat ius proprium regi, patriæq; remittat.
Quid miſeros toties in aperta pericula ciues
Proijcis? o Latio caput horum, & cauſa malorum:
Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes
Turne, ſimul pacis ſolum inuiolabile pignus.
Primus ego, inuiſum quem tu tibi fingis, & eſſe *al. adeſſe*
Nil moror, en ſupplex venio, miſerere tuorum:
Pone animos, & pulſus abi: ſat funera fuſi
Vidimus, ingentes & deſolauimus agros.
Aut ſi fama mouet, ſi tantum pectore robur

¶ *Ecphraſis.*

arma. Sed o Regum optime adijcias etiam unum donum iſtis donis, quæ dona plurima tu iubes duci Dardanidis, neq; uiolentia ullius uincat te, quin tu pater des gnatam genero egregio, id eſt, Aeneæ, & hymenæis dignis, id eſt, matrimonio iuſto & fatis permiſſo, & iungas hanc pacem fœdere æterno. Quodſi tantus terror habet mentes & pectora noſtra, obteſtemur ipſum Turnum, & oremus ueniam, id eſt, beneficium ab ipſo, ſcilicet, ut cedat, & remittat ius proprium Regi Latino & patriæ. Quid o Turne proijcis toties miſeros ciues in pericula aperta? Turne dico, caput, id eſt, origo tantorum malorum. O Turne nulla ſalus eſt nobis in bello, ſed omnes poſcimus te pacem, & ſimul etiam poſcimus te pignus inuiolabile pacis, cedendo, ſcilicet, Aeneæ in uxore ducenda. Ego primus, quem tu fingis eſſe tibi inuiſum, id eſt, odioſum, & nil moror eſſe, id eſt, non multifacio, ego inquam uenio ſupplex, & oro te, miſerere tuorum. Et depone animos, id eſt, animoſam iracundiam, & pulſus, id eſt, acie fugatus abi, id eſt cede, quia nos fuſi in pugna ſat uidimus funera noſtrorum ciuium, & ſatis deſolauimus agros ingentes, id eſt, cultoribus ſpoliauimus. Aut ſi fama, id eſt, gloria mouet te, & ſi concipis pectore tantum robur, & ſi Re-

Concipis, & si adeo dotalis Regia cordi est,
Aude, atq; aduersum fidens fert pectus in hostem.
Scilicet vt Turno contingat Regia coniux,
Nos animæ viles, inhumata, infletaq; turba
Sternamur campis, etiam tu, si qua tibi vis,
Si patrij quid Martis habes, illum aspice contra,
Qui vocat.

al. Qui solus solum uocat in certamina Turnũ.

Talibus exarsit dictis violentia Turni.
Dat gemitum, rumpitq; has imo pectore voces:
Larga quidem semper Drance tibi copia fandi,
Tunc cum bella manus poscunt, patribusq; vocatis
Primus ades: sed non replenda est curia verbis,
Quæ tuto tibi magna volant, dum distinet hostem

Turni, alij Turno

Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio, solitum tibi: meq; timoris
Argue tu Drance, tot quando stragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, passimq; trophæis

¶Ecphrasis.

gia dotalis adeo est tibi cordi, id est, placet tibi, aude, atq; fidens fer pectus, id est, impetum in hostem aduersum, id est, oppositumc. Silicet, id est, certe sed cum ironia, ut Regia coniunx, id est, Lauinia filia Regis contingat tibi, id est, sit coniunx tua, nos animæ uiles, id est, parui precij, & turba inhumata & infleta sternamur campis, id est, per campos. Idcirco tu aspice illum, id est, Aeneam, qui uenit contra te, & hoc si qua uis est tibi, & si habes aliquid Martis. Violentia Turni exarsit talibus dictis, & dat gemitum, id est, gemit, & rupit, id est, emittit has uoces, id est, uerba ex imo pectore. O Drance, copia fandi tũc est tibi larga, cum bella poscunt manus, id est, pugnam, & primus ades, id est, uenis uocatis patribus, id est, senatoribus, sed curia, id est, locus ubi sunt senatores, non est replenda uerbis sed rebus subaudi, quæ uerba uolant tibi tuto, dum agger murorum distinet, id est, separat hostem. et fossæ muris prætentæ nõ inundant sanguine nostrorum ciuium atq; hostium. Proinde tu o Drance tona eloquio, id est, oratione, solitum, id est, res consueta tibi, & argue me timoris, quando pro quia tua dextra dedit tot aceruos stragis Teucrorum, & passim dextra tua dedit. i. fecit cãpos insignes trophæis, cũ ironia hæc sunt proferennda.

Insignis campos. possit quid viuida virtus, — *alij agros.*
Experiare licet: nec longe scilicet hostes
Quærendi nobis, circum stant vndiq; muros.
Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauors
Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis
Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquam merito fœdissime pulsum
Arguet, Iliaco tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum, atq; exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens:
Et quos mille die victos sub Tartara misi
Inclusus muris, hostiliq; aggere septus.
Nulla salus bello? capiti cane talia demens
Dardanio, rebusq; tuis: proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atq; extollere vires

¶ *Ecphrasis.*

Licet, id est, potestas tibi est, experiare, id est, ut experiaris quid uirtus uiuida possit, id est, fortitudo. Nec hostes Troiani sunt nobis longe quærendi, quoniam undiq; circunstant muros nostros. Imus, id est, uis ne eamus in aduersos? quid cessas? subaudi ire, an Mauors, id est, bellum semper erit tibi in lingua uentosa, id est, uana, & in istis tuis pedibus fugacibus præ nimio timore? Pulsus ego, id est, fugatus sum? ut tu dicis. O Drance fœdissime, quisquam arguet me pulsum, qui uidebit Tybrim tumidum sanguine Iliaco, id est, Troianorum crescere? & qui uidebit totam domum Euandri procubuisse cum stirpe? propter Euandri filium Pallanta interfectum, & qui uidebit Arcadas illius comites exutos armis, id est, spoliatos? Bitias & Pandarus ingens, de quibus libro nono dixit, quomodo sunt a Turno interfecti, & illi, quos ego uictor mille misi sub Tartara, id est, interfeci, non ita experti sunt me, quemadmodum tu dicis, quod feci inclusus muris Troianorum, & septus aggere, id est, fossa hostili. Nulla salus est in bello? Sed tu demens cane, id est, ominare talia capiti Dardanio, id est, Aeneæ hosti nostro, & tuis rebus. Proinde ne cessa turbare omnia magno metu, atque extollere uires gentis bis uictæ, id est, Troianorum, qui uicti sunt bis, semel sub Laomedonte, atque iterum sub Priamo.

Gentis bis victę: contra premere arma Latini.
Nunc & Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiſcunt,
Nunc & Tydides, & Lariſſæus Achilles:
Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus vndas.
Vel cum ſe pauidum contra mea iurgia fingit,
Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat:
Nunquam animam talem dextra hac (abſiſte moueri)
Amittes, habitet tecum, & ſit pectore in iſto.
Nunc ad te, & tua magne pater conſulta reuertor:
Si nullam noſtris vltra ſpem ponis in armis,
Si tam deſerti ſumus: & ſemel agmine verſo
Funditus occidimus, nec habet fortuna regreſſum:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
Quanquam o ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet.
Ille mihi ante alios, fortunatusq́ laborum,
Egregiusq́ animi, qui nequid tale videret,

De Mezētio, loquitur.

¶ Ecphraſis.

& contrario ne ceſſes premere, id eſt, ſupprimere arma Latini principis noſtri. Sed ex ſententia tua proceres Myrmidonum, id eſt, Græcorum, & Tydides, id eſt, Diomedes, & Achilles Lariſſæus a Lariſſa urbe Theſſaliæ cognominatus, tremiſcunt, id eſt, timent arma Phrygia, id eſt, Troianos, quod eſt contra naturam: Et Aufidus amnis fluuius Apuliæ fugit retro undas Adriaticas, id eſt, maris Adriatici, quod etiam contra naturam eſt, cum in ipſum defluat. Vel etiam cum iactat ſe pauidum contra mea iurgia, id eſt, fingit ſe timere, & arcebat crimen formidine ficta, & interponit per parentheſim. O ſcelus artificis. Tu o Drance nunquam amittes talem animam, id eſt, peribis ſub hac dextra, id eſt, mea. Ideo abſiſte, id eſt, ceſſa & noli moueri, ſed anima tua habitet tecum, & ſit in iſto pectore, id eſt tuo, ac ſi dicat, quod ad me attinet, uiue. Nunc o magne pater reuertor ad te, & ad tua conſulta, id eſt, conſultationem. Si tu nullam ſpem ponis ultra in noſtris armis, & ſi tam deſerti ſumus, & occidimus funditus, id eſt, penitus agmine, id eſt, exercitu noſtro ſemel uerſo, id eſt, fugato, nec Fortuna noſtra habet regreſſum: oremus pacem ab Aenea, & tendamus dextras inermes: quod uicti conſueuerunt facere. Quanquam o ſi, i. utinã adeſſet quicquã uirtutis ſolitæ. Ille iudicatur a me fortunatus

Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit.
Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
Auxilioq́ vrbes Italæ, populiq́ ſuperſunt:
Sin & Troianis cum multa gloria venit
Sanguine:ſunt illis ſua funera, parq́ per omneis al. ſuntq́;
Tempeſtas:cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies, variusq́ labor mutabilis æui
Rettulit in melius:multos alterna reuiſens
Luſit, & ſolido rurſus fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi:
At Meſſapus erit, felixq́ Tolumnius, & quos
Tot populi miſere duces:nec parua ſequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Eſt & Volſcorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florenteis ære cateruas. alij. Agmina

¶ Ecphraſis.

laborum, id eſt, in laboribus, & egregius animi, qui moriens procubuit, ne uideret aliquid tale, quale ego uideo, & qui moriens momordit ſemel humum ore. Nunquid uero opes nō ſunt nobis, id eſt, uires? & iuuentus adhuc intacta .i. integra? & urbes & populi Italiæ ſuperſunt nobis auxilio? Sin pro ſed ſi gloria uictoriæ uenit Troianis cum multo ſanguine, & ſua funera ſunt illis, & tempeſtas, id eſt, iactura eſt par per omnes, id eſt, per utrumq; populum, cur nos indecores, id eſt, inglorij deficimus in primo limine, id eſt, principio belli? & cur tremor occupat artus ante tubam, id eſt, prælij congreſſum. Quia dies, id eſt, tempus & labor æui mutabilis rettulit, id eſt, reſtituit multa in melius, & Fortuna alterna reuiſens multos luſit illos, & rurſus locauit illos in ſolido, id eſt, ſtabiliuit illos. Et ſi Aetolus, id eſt, Diomedes, & Arpi, id eſt, ciuitas quam in Italia fundauit, non erunt nobis auxilio. At Meſapus Neptuni filius, & Tolūnius fœlix, & duces, quos tot populi miſere, erunt nobis auxilio. Nec parua gloria uictoriæ ſequetur duces illos delectos ex Latio, id eſt, Italia, & pro, id eſt, ex agris Laurentibus, qui ſunt Latij populi antiquiſſimi. Præterea eſt & nobis Camilla dux, & princeps de egregia gente Volſcorum, agens .i. ducens agmen equitum, & cateruas .i. cohortes florentes ære, id eſt, armatas, & in

Quod si me solum Teucri in certamina poscunt,
Idq; placet, tantumq; bonis communibus obsto:
Non adeo has exosa manus victoria fugit,
Vt tanta quicquam pro spe tentare recusem,
Ibo animis contra, vel magnum præstet Achillem,
Factaq; Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet: vobis animam hanc, soceroq; Latino
Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus,
Deuoueo. solum Aeneas vocat: & vocet, oro:
Nec Drances potius, siue est hæc ira Deorum,
Morte luat: siue est virtus, & gloria, tollat.
Illi hæc inter dubijs de rebus agebant
Certantes: castra Aeneas, aciemq; mouebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit: magnisq; vrbem terroribus implet:
Instructos acie Tyberino a flumine Teucros,
Tyrrenamq; manum totis descendere campis.

Petitum a Romana historia de formis deuouendi.

Expeditio Aeneæ.

¶ *Ecphrasis.*

armis splendentes. Quod .i. sed si Teucri poscunt in certamina me solum, id est, singularem, & id placet utriq; populo, & ego tantum obsto bonis communibus, id est, reipublicæ: uictoria exosa has manus meas non adeo fugit, ut recusem tentare quicquam pro tanta spe, quanta uictori proposita est. Itaq; ego ibo contra illum, uel pro quamuis prestet, id est, excellat magnum Achillem animis, id est, animositate, & licet ille induat arma paria, id est, similia armis Achillis, facta manibus Vulcani. Ego Turnus deuoueo uobis o Laurentes, et Latino socero hanc animam, scilicet, meam, Turnus dico, nulli secundus, id est, primus uirtute ueterum, id est, maiorum meorum. Aeneas uocat me solum, & ego oro, id est, opto me solum uocet, nec Drances, potius quam ego, luat morte, id est. persoluat, siue hæc est ira Deorum, siue est uirtus & gloria, tollat. Illi. s. Turnus & Drances cum reliquo populo, certantes agebant inter se, id est, deliberabant de rebus dubijs, sed Aeneas mouebat castra atq; aciem in urbem. Et ecce nuncius ruit, id est, celer uenit per tecta Regia tumultu ingenti, & implet totam urbem magnis terroribus, nuncians Teucros instructos acie, id est, exercitu, & manum Tyrrhenam, id est, Tyrrhenorum descendere totis campis a flumine Ty

Extemplo turbati animi, concussaq; vulgi
Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ.
Arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuuentus;
Flent mœsti, mussantq; patres, hic vndiq; clamor
Dissensu magnus vario se tollit in auras:
Haud secus atq; alto in luco cum forte cateruæ
Consedere auium: piscoso ue amne Padusæ
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni:
Imo ait o ciues arrepto tempore Turnus
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes,
Illi armis in regna ruunt, nec plura locutus
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis:
Duc, ait, & Rutulos equites: Messapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.

Non temere dixit manipulos. q a antiqs mos fuit uti manipulis pro uexillis.

¶ *Ecphrasis.*

berino. Extemplo, idest, statim animi Laurentum Turbati sunt, et pectora uulgi sunt concussa, & iræ sunt arrectæ, id est, excitatæ stimulis haud mollibus, id est, duris. Tunc trepidi poscunt arma manu, id est, ad manum, & iuuentus fremit, id est, cū fremitu petit arma. Patres, id est, senatores mœsti flent, & mussant, idest, murmurant. Hic. i. tunc clamor magnus tollit se ad auras undiq;, idest, ab utraq; parte dissensu uario sententiarum. Deinde ponit comparationem dicens: haud secus, idest, non aliter, atq; pro quam cateruæ auium, cum consedere in luco alto, uel cū cygni rauci, id est, canori dant sonitū per stagna loquacia, id est, sonantia & hoc in amne, id est, aqua Padusæ, quod est Padi fluentum, piscoso. Tūc Turnus ait, immo o ciues cogite. i. concludite concilium tempore arrepto, & uos sedentes laudate pacem, cū tempus arma petat. Illi, i. Troiani ruūt in regna armis. i. impetum armati faciunt, ut regnent. Et Turnus non locutus plura corripuit, sese & citus extulit sese tectis, id est, ex aula, ubi erant congregati patres, & ait. Tu o Voluse, dux hic erat, edice, id est, quasi per edictum magistratus denuncia manipulis Volscorum, armari, id est, ut armentur, & duc equites Rutulos in pugnam, & Mesapus, id est, o Mesape, & o Coras cum fratre tuo Catillo diffundite equites in armis. i. armatos in campis latis. Pars militum firment. i. muniant aditus, id est, introitus urbis, & capessant turres,

Pars aditus vrbis firment, turresq́ capessant,
Cætera, qua iusso, mecum manus inferat arma.
Sapientia post factum. Illicet in muros tota discurritur vrbe.
Concilium ipse pater, & magna incœpta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus tempore differt:
Multaq́ se incusat, qui non acceperit vltro
Tumultuarius populi labor. Dardanium Aenean, generumq́ adsciuerit vrbi.
Præfodiunt alij portas, aut saxa, sudesq́
Subuectant: bello dat signum rauca cruentum
Tũc alij, tum. Buccina: tunc muros varios varia cinxere corona
Matronæ, puerîq́: vocat labor vltimus omnes.
Nec non ad templum, summasq́ ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum Regina caterua,
Dona ferens: iuxtaq́ comes Lauinia virgo
Causa mali tanti, atq́ oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum ture vaporant,
Et mœstas alto fundunt de limine voces:
Armipotens belli præses Tritonia virgo

¶ Ecphrasis.

id est, urbis propugnacula. Cætera manus, id est, exercitus inferat arma mecum, qua iusso, id est, iussero. Illicet, id est, statim discurritur, id est, omnes discurrunt in muros tota ex urbe. Ipse pater Latinus deserit concilium & magna incœpta, id est, quod instituerat facere, & turbatus tempore tristi differt illa incœpta, & incusat se multa, id est, multum, quippe qui non acceperit ultro Aeneam Dardanium, & adsciuerit, id est, aduocauerit illum generum urbi suæ. Alij præfodiunt portas, id est, fossas portis prætendunt, aut subijciunt saxa & sudes, id est, hastas, & buccina rauca dat signum cruentum bello. Tum, id est, præterea matronæ et pueri cinxere muros uarios corona uaria, qa ultimus labor. i. necessitas uocat omnes. Nec nõ, id est, præterea Regina. s. Amata ferẽs dona subuehitur ad templum, id est, ad summas arces Palladis, & hoc magna caterua matrum comitante illam; et Lauinia uirgo comes iuxta matrem deiecta, id est, habens deiectos oculos decoros, Lauinia dico, appositiue, causa tanti mali. Matres succedunt, id est, intrant; & uaporant templum thure incenso & fumigante, & de limine alta templi fundũt uoces mœstas. O Tritonia, id est, o Pallas uirgo armipotens, o

Frange

Frange manu telum Phrygij prædonis, & ipsum
Pronum sterne solo, portisq; effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus.
Iamq; adeo rutilum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis, surasq; incluserat auro
Tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem, alij, Rutulum.
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce:
Exultatq; animis, & spe iam præcipit hostem:
Qualis vbi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campoq; potitus aperto;
Aut ille in pastus, armentaq; tendit equarum,
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq; fremit ceruicibus alte
Luxurians, luduntq; iubæ per colla per armos;
Obuia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit, portisq; ab equo Regina sub ipsis
Desiluit, quam tota cohors imitata relictis

¶ *Ecphrasis.*

præses belli, quod est idẽ, frange manu tua telũ prædonis Phrygij.i.Aeneæ, qui uenit rapturus res nostras, & sterne illũ pronũ solo.i.in terra, & effunde.i.deijce illũ sub altis portis.i.ante portas urbis. Ipse ediuerso Turnꝰ furẽs cingitur.i.parat se in prælia, & ipse indutus iã.i.armatus Thoraca.i.thoracẽ rutilũ.i.splendentẽ squãmis ahenis, aut rutulũ.i.patriũ, horrebat.i.terribilis uidebatur, et ipse adhuc nudus tẽpora.i.nõdũ habẽs caput armatũ incluserat suras auro.i.aureis tibialibꝰ, & accinxarat ensem lateri. Et ipse aureus.i.armis aureis indutus fulgebat decurrens ab arce alta, & exultat animis.i.animositate, & precipit.i.præoccupat hostẽ Aeneã spe.i.cogitatione. Qualis equus liber.i.solutus tandem.i.post multum tẽpus ubi fugit uinculis, quibus erat ligatus, abruptis, et potitus est cãpo aperto. Ille, inquã, equus sic liber & solutus impastus, aut tẽdit in armenta equarum, ubi pascũtur gregatim, aut assuetus perfundi.i.lauari in flumine noto aquæ, emicat.i.exultat, & luxurians alte fremit.i.hinnit ceruicibus arrectis.i.erectis, et iubæ ludunt.i.mouẽtur per colla & per armos. Cui Turno camilla obuia occurrit acie Volscorũ comitãte. Et Regina Camilla desiluit ab equo sub ipsis portis, id est, ante ipsas urbis portas, quam Camillam tota cohors imitata desluxit.i.descendit

Ad terram defluxit equis: tum talia fatur:
Turne, sui merito si qua est fiducia forti,
Audeo, & Aeneadum promitto occurrere turmæ:
Solaq; Tyrrhenos equites ire obuia contra,
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.
Turnus ad hæc oculos horrenda in virgine fixus:
O decus Italiæ virgo; quas dicere grates,
Quas ve referre parem: sed nunc (est omnia quando
Iste animus supra) mecum partire laborem.
Aeneas (vt fama fidem, missiq; reportant
Exploratores) equitum leuia improbus arma
Præmisit, quaterent campos: ipse ardua montis
Per deserta iugo properans aduentat ad vrbem.
Furta paro belli conuexo in tramite syluæ,
Vt biuias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis:

¶ Ecphrasis.

ad terram ex equis relictis, quemadmodum & Camilla, tunc talia fatur. Turne, si aliqua fiducia est forti merito sui, id est, propter experientiam, ego audeo, & promitto me occurrere turmæ Aeneadum, id est, Troianorum, ego sola audeo ire obuia contra equites Tyrrhenos. Et sine, id est, permitte me tentare manu prima pericula belli, & tu o Turne subsiste pedes ad muros, & pro id est. serua mœnia. i. urbem. Turnus fixus oculos ad hæc uerba in uirgine horrenda, id est, ueneranda subaudi inquit. O uirgo decus Italiæ, quas grates, id est, gratias parem dicere, & quam gratiam parem referre tibi. Sed nunc partire mecum laborē belli gerendi, quando pro quoniam iste tuus animus excellit, & est supra omnia. Vt fama est, & exploratores missi a me reportant fidem. i. rei certitudinem, Aeneas improbus præmisit leuia arma equitum, id est, equites leuis armaturæ, ut quaterent campos, & excursiones facerent. Et ipse properans. vel superans iugo aduentat. i. accedit ad urbem per deserta ardua mōtis. Ego paro. i. disponere statuo furta belli. i. insidias in tramite syluæ, per quam uenturus est, conuexo. i. curuo, ita ut ego obsidam. i. occupem biuias fauces. s. uallis, armato milite, id est, militibus. Tu o Camilla excipe equitem Tyrrhenū. i. equites collatis signis. i. cōjerta pugna

Tecum acer Messapus erit: turmæq; Latinæ,
Tyburtiq; manus: Ducis & tu concipe curam.
Sic ait: & paribus Messapum in prælia dictis
Hortatur, sociosq; duces: & pergit in hostem.
Est curuo anfractu vallis, accommoda fraudi, al. valles
Armorumq; dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus, tenuis quo semita ducit, al. qua
Angustæq; ferunt fauces, aditusq; maligni.
Hanc super in speculis, summoq; in vertice montis
Planities ignota iacet, tutiq; receptus,
Seu dextra, læuaq; velis occurrere pugnæ, al. concurrere.
Siue instare iugis, & grandia voluere saxa.
Hic iuuenis nota fertur regione viarum,
Arripuitq; locum, & syluis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex virginibus socijs, sacraq; caterua De ortu et educatione Camillæ
Compellabat, & has tristeis Latonia voces

¶ *Ecphrasis.*

Messapus Neptuni filius, & Latinæ turmæ. i. equites Latini, & manus. i. exercitus Tyburti Ducis erit tecum in pugna, & tu cũ illis cõcipe curã Ducis. Turnus ait sic, & hortatur Messapũ in prælia paribus. i. similibus dictis, hoc est, qualibus est Camillã hortatus, et hortatur reliquos duces socios, et ipse pergit in hostes, qui cũ Aenea uenturi erant. Deinde describit locum ubi Turnus parauit insidias aduenienti Aeneæ, dicens. Vallis accommoda, id est, apta fraudi, id est, insidiis, & dolis armorum, quod idem est, est in anfractu curuo. i. in secessu, quã uallem utrinq;. i. ab utraq; parte latus atrum, id est, umbrosum frondibus arborum urget. i. premit & cõtinet: quo, id est, in quam uallem tenuis semita ducit, & aditus maligni ducunt. Planicies, id est, campus, ignota iacet super hãc uallẽ in summo uertice montis, et recessus etiã tuti iacẽt illic, siue tu uelis occurrere dextra parte, aut læua. i. sinistra pugnæ, siue instare iugis. i. ascẽdere iuga montiũ, et uoluere. i. deijcere inde saxa grãdia. Iuuenis. i. Turnus fertur huc. i. illuc regione uiarũ sibi nota iã pridẽ, & arripuit locũ, id est, occupauit, & insedit syluis iniquis. i. in quibus iniqua futura erat pugna. Interea, dum hæc fiebant. Latonia. i. Diana compellabat, id est, alloquebatur Opim Nimpham unam ex uirginibus socijs, & ex caterua illi sacra,

Ore dabat:graditur bellum ad crudele camilla,
O virgo,& nostris nequicquam cingitur armis,
Chara mihi ante alias:neq; enim nouus iste Dianæ
Causa cur Venit amor,subitaq; animum dulcedine mouit.
amauit Diã Pulsus ob inuidiam regno,viresq; superbas
na Camillã Priuerno antiqua Metabus,cum excederet vrbe,
Infantem fugiens media inter prælia belli
Sustulit exilio comitem,matrisq; vocauit
Nomine Casmillæ mutilata parte Camillam.
Ipse sinu præ se portans iuga longa petebat
Solorum nemorum:tela vndiq; sæua premebant,
Et circunfuso volitabant milite Volsci.
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis,tantus se nubibus hymber
Ruperat:ille innare parans infantis amore
Tardatur,charoq; oneri timet,omnia secum
Versanti subito,vix hæc sententia sedit:

¶ *Ecphrasis.*

& dabat ore.i.dicebat has uoces tristes. O uirgo, Camilla graditur.i.proficiscitur ad bellum crudele, & cingitur nequicq̃.i.frustra, quia peritura est, nostris armis.i. uenatorijs. Camilla, dico, chara mihi ante oẽs alias meas comites. Nec enim amor iste uenit Dianæ.i.mihi nouus.i.nunc, neq; amor iste mouet animum, ut illã amẽ, dulcedine subita. Et narrat ex quo tempore illam amare cœperit. Metabus Camillæ pater pulsus ex regno suo, hoc est, Priuerno urbe antiqua, & hoc ob inuidiam, & uires illius superbas, cum excederet ex urbe Priuerno fugiens Metabus subsftulit inter media prælia Camillã comitẽ exilio, & uocauit illam Camillã nomine matris Casmillæ mutata parte.i.detracta littera.s. Ipse Metabus portans illã præ se sinu petebat iuga longa.i.montes nemorum solorum.i.syluarũ, & tela sæua insequentium premebant illũ undiq;: & Volsci populi, quorum erat Rex, uolitabãt in illũ, milite circũfuso.i.militibus ab omni parte missis. Et ecce Amasenus Italiæ fluuius abũdans in medio fugæ Metabi spumabat in summis ripis, tãtus imber ruperat se .i. eruperat ex nubibus. Tum ille.s. Metabus parans innare, id est, natatu flumen traijcere, tardatur amore infantis, id est, filiæ Camillæ, & timet non sibi, sed oneri charo.i. filiæ. Et uix tandem hæc sententia sedit.i. placuit illi.

Telum immane,manu valida quod forte gerebat
Bellator,solidum nodis,& robore cocto:
Huic natam,libro,& syluestri subere clausam
Implicat,atq; habilem mediæ circunligat hastæ:
Quam dextra ingenti librans ita ad æthera fatur:
Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo
Ipse pater famulam voueo:tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit:accipe testor
Diua tuam,quæ nunc dubijs committitur auris.
Dixit:& adducto contortum hastile lacerto
Immittit:sonuere vndæ,rapidum super amnem
Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
At Metabus magna propius iam vrgente caterua
Dat sese fluuio,atq; hastam cum virgine victor
Gramineo domum Triuiæ de cespite vellit.
Non illum tectis vllæ,non mœnibus vrbes
Accepere,neq; ipse manus feritate dedisset:
Pastorum & solis exegit montibus æuum.

¶ *Ecphrasis.*

Telum immane.i.maximum erat illi,quod ipse bellator forte gerebat manu ualida,telum,dico,solidum,id est,graue nodis,& robore cocto,id est,antiquo.Et implicat natam huic telo clausam libro,id est,cortice,& subere syluestri,quod idem est,& circũligat illã habilẽ,id est,paruã mediæ hastæ. Quam hastam Metabus librans dextra ingenti fatur, id est, loquitur ita ad æthera.O alma uirgo Latonia cultrix nemorum, quia uenationis præses,ego ipse pater,qui ius habeo in filiam, uoueo tibi hanc.Illa prima tenens per auras tua tela,supplex tibi fugit hostem. Igitur o Diua accipe tuã.i.tibi deuotã,quæ nũc cõmittitur auris dubijs.i. periculosis.Dixit Metabus,et immittit.i.iaculatur hastile lacerto adducto more iaculãtiũ.Tunc undæ sonuerunt super amnẽ rapidũ,et Camilla infelix, hoc ad instãtẽ mortẽ refertur,fugit ĩ iaculo stridẽte.i.cũ stridore misso.At Metab9 dat sese fluuio caterua magna urgẽte illũ ,ppius.i.propinquius,& ille uictor.i.uoti cõpos uellit de cespite gramineo hastã cũ uirgine.appo.domum Triuiæ.i.Dianæ.Sed non ullæ .i.nullæ urbes excepere illũ tectis,aut mœnib9,neq; ipse dedisset manus feritate, usq; adeo ferox erat,& exegit æuũ.i.uixit in solis mõtibus.i.solitudine pastorũ.

Hic natam in dumis,interq; horrentia lustra
Armentalis equæ mammis,& lacte ferino
Nutribat,teneris immulgens vbera labris:
Vtq; pedum primis infans vestigia plantis
al'.armauit Institerat,iaculo palmas onerauit acuto,
Habit9 ui rilis, Spiculaq; ex humero paruæ suspendit,& arcum
Pro crinali auro,pro longæ tegmine pallæ
Tigridis exuuiæ per dorsum a vertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit:
Et fundam tereti circum caput egit habena,
Strymoniamq; gruem,aut album deiecit olorem.
Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum:sola contenta Diana
Aeternum telorum,& virginitatis amorem
Intemerata colit.vellem haud correpta fuisset
Militia tali,conata lacessere Teucros:
Chara mihi,comitumq; foret nunc vna mearum.
al'.iniquis. Verum age,quandoquidem fatis vrgetur acerbis,

¶ *Ecphrasis.*

Et ille nutribat natam hic,id est,in syluis mammis equæ armentalis ,& lacte ferino,immulgens ubera labris teneris,& hoc in dumis,& inter lustra horrentia. Et ut .i.posteaquam infans institerat uestigia primis plantis pedū, onerauit palmas iaculis acutis,& suspendit spicula.i.sagittas ex humero illius paruæ, et suspēdit arcum pro auro crinali.i.loco illius auri,quo crines in nodum colligūtur,& exuuiæ tigridis.i.pellis pēdent illi a uertice per dorsum pro tegmine longæ pallæ .i.loco tegminis.Et illa torsit.i.iaculata est tela puerilia.i.parua, manu iā tūc tenera,quia infans erat,& teneræ ætatis,& egit.i.rotauit circū caput fundam habena.i.fune tereti,& deiecit fundæ ictu gruem Strymoniam.i.Thraciā a flumine Strymone,aut olorē.i.cygnū albū.Multæ matres per oppida Tyrrhena.i. Italiæ optauerūt illam nurū.i.filiorum suorū sponsam. Sed illa contenta est sola Diana, id est,uirginitate,& sic intemerata colit amorem æternum telorū,& uirginitatis. Et ego uellem nunc haud fuisset correpta tali militia , quali nunc detinetur,quia foret mihi chara nunc, & una mearum comitum. Verū.i.sed age.i.eia. quandoquidem.i. quoniā urgetur,id est, premitur fatis acerbis,id est,crudelibus,

Labere Nympha polo, fineſq; inuiſe Latinos,
Triſtis vbi infauſto committitur omine pugna.
Hæc cape, & ultricem pharetra deprome ſagittam:
Hac quicunq; ſacrum violarit vulnere corpus
Tros, Italus ve, mihi pariter det ſanguine pœnas.
Poſt ego nube caua miſerandæ corpus, & arma
Inſpoliata feram, tumulo patrioq; reponam.
Dixit: at illa leues cæli demiſſa per auras
Inſonuit, nigro circundata turbine corpus.
At manus interea muris Troiana propinquat,
Hetruſciq; duces, equitumq; exercitus omnis Bonũ omẽ
Compoſiti numero in turmas: fremit æquore toto
Inſultans ſonipes, & preſſis pugnat habenis
Huc obuerſus, & huc: tum late ferreus haſtis
Horret ager, campiq; armis ſublimibus ardent.
Necnon Meſſapus contra, cellereſq; Latini,
Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ

¶ *Ecphraſis.*

o Nympha labere .i. deſcende ex polo, & inuiſe, id eſt, uiſita fines Latinos, ubi geritur bellum, & pugna triſtis committitur omine infauſto .i. pugna infeliciter, quod ad Camillam attinet, gerēda. Ideo cape hæc arma, & deprome ex pharetra ſagittam ultricē. Et quicunq; violauerit vulnere corpus Camillæ ſacrum mihi .i. dedicatū. ſiue ille ſit Tros, ſiue Italus pariter det mihi pœnas, id eſt, luat mortem hac, id eſt, per hanc ſagittam. Poſt, id eſt, deinde poſt mortem ego feram in nube caua corpus & arma inſpoliata illius miſerandæ, & reponam, id eſt, ſepeliam in tumulo patrio. Dixit Diana. At illa, ſcilicet, opis circundata, id eſt, habens circūdatū corpus turbine nigro, demiſſa per auras leues cæli inſonuit. Et interea manus Troiana .i. exercitus propinquat muris urbis, & duces Hethruſci, & omnis exercitus equitum cōpoſiti numero .i. ordine in turmas equitum propinquant ad muros. Sonipes .i. equus inſultans toto æquore, id eſt, cāpo fremit .i. hinnit, & pugnat .i. luctatur habenis preßis, id eſt, retentis, obuerſus .i. conuertens ſe huc & illuc. Tum etiam ager ferreus .i. armatorum militum horret haſtis, & campi ardent armis ſublimibus .i. altis. Necnon .i. pterea eduerſo Meſſapus Neptuni filius, & Latini celeres, & Coras cū Catillo fratre ſuo, et ala equitū Camillæ uirginis,

Aduersi campo apparent: hastasque reductis
Protendunt longe dextris, & spicula vibrant:
Aduentusque virum, fremitusque ardescit equorum.
Iamque intra iactum teli progressus vterque
Substiterat, subito erumpunt clamore, frementesque
Exhortantur equos: fundunt simul vndique tela
Crebra niuis ritu, cœlumque obtexitur vmbra.
Continuo aduersis Tyrrhenus, & acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis, primique ruinam
al. perfe- Dant sonitu ingenti, præfractaque quadrupedantum
cta. Pectora pectoribus rumpunt: excussus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti
Præcipitat longe, & vitam dispergit in auras.
Extemplo turbatæ acies, versique Latini
Reijciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt:
alij, inuasit Troes agunt: princeps turmas inducit Asylas,
Iamque propinquabant portis, rursusque Latini

¶ *Ecphrasis.*

aduersi. i. omnes hi contra Aeneades egreßi apparent in medio campo, & protendunt, id est, iaculãtur longe hastas reductis, id est, retroductis dextris more iaculatorum, & uibrant spicula, quod idem est. Et aduentus uirorum, & fremitus equorum ardescit ab utraque parte. Et iam uterque exercitus progressus in aduersum intra iactum teli substiterat, id est, stetit. Et ipsi frequentes erumpunt subito clamore, & exhortantur equos, & simul fundunt tela crebra undiq; i. ab utraque parte, ritu, id est, ad similitudinem niuis, & cælum obtexitur, id est, tegitur umbra telorum. Et continuo Tyrrhenus & Aconteus acer, id est, fortis incurrunt connixi hastis aduersis, qui primi dant sonitum ruina ingenti, id est, fragore ex incursu facto, & rumpunt pectora perfracta pectoribus quadrupedantum, id est, equorum. Tum Aconteus excussus est in morem, id est, similitudinẽ fulminis, aut põderis acti. i. impulsi tormẽto. i. ballista. Itaq; præcipitat pro præcipitatur longe, & dispergit uitam, id est, sanguinem aut animam in auras. Extemplo acies turbatæ sunt, & Latini uersi in fugam reijciunt parmas, & fugientes conuertunt equos ad mœnia. i. in urbem. Et Troes agunt. i. insequuntur. Et Asylas princeps uir inducit turmas equitũ, & iam propinquabãt portis, et Latini rursus

Clamorem tollunt,& mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt,penituſq; datis referuntur habenis: *al. diffugiunt.*
Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras,ſcopuloſq; ſuperiacit vndam *Alludit ad*
Spumeus,extremumq; ſinu perfundit arenam: *Euripum.*
Nunc rapidus,atq; æſtu reuoluta reſorbens
Saxa,fugit,littuſq; vado labente relinquit.
Bis Tuſci Rutulos egere ad mœnia verſos:
Bis reiecti armis reſpectant terga tegentes.
Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia,totas
Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir.
Tum vero & gemitus morientium,& ſanguine in alto
Armaq;,corporaq;,& permiſti cæde virorum
Semianimes voluuntur equi:pugna aſpera ſurgit.
Orſilochus Remuli(quando ipſum horrebat adire)
Haſtam intorſit equo,ferrumq; ſub aure reliquit:
Quo ſonipes ictu furit arduus, altaq; iactat

¶ *Ecphraſis.*

tollũt clamorem,& reflectũt colla mollia equorũ.i.domita.Hi.i. Troiani fugiũt,& referũtur.i.retroferũtur habenis datis penitus.Qualis pont⁹ procurrẽs gurgite alterno.i.alternatim fluẽti,nũc.i.aliquando ruit ad terrã.i.cũ impetu venit,& pontus ſpumeus.i.ſpumoſus ſuperiacit vndã ſcopulis,& perfundit .i.ſpargit extremã harenã ſinu.i.undarũ curuatiõe:nũc.i.aliquãdo põtus rapidus, atq; reſorbẽs æſtu.i.maris cõmotione & feruore ſaxa reuoluta fugit retro,et relinquit littus uado labẽte.i.ipſe labens per uadũ.Thuſci.i.Tyrrheni bis egere Rutulos.i.in fugã cõuertere ad mœnia cõuerſos.Et ijdẽ bis reiecti armis Rutulorũ,tegẽtes terga dũ fugiũt reſpectãt.i.retro aſpiciũt.Sed poſtq̃ utriq; congreſſi in tertia prælia implicuere.i. cõſeruere totas acies inter ſe,& conſerta pugna uir legit.i.ſortitur uirũ cũ quo dimicet. Tũ uero & gemitus morientiũ audiũtur,& equi permixti in ſanguine uirorũ uoluuntur.i.deyciuntur ſemianimes,& arma & corpora uoluuntur in alto ſanguine,& pugna aſpera ſurgit,id eſt, creſcit. Orſilochus intorſit haſtam equo , id eſt , in equum Remuli , quando pro quia horrebat adire ipſum Remulum , id eſt, pugna laceſſere, & reliquit ferrum ſub aure ipſius equi.Quo ictu ſonipes.i.equus arduus furit erigens ſeipſum,& equitẽ excutiens

Vulneris impatiens arrecto pectore crura:
Voluitur ille excussus humi. Catillus Iolam:
Ingentemq; animis, ingentem corpore, & armis
al. Ormenium — Deijcit Herminium, nudo cui vertice fulua
Cæsaries, nudiq; humeri: nec vulnera terrent:
Tantus in arma patet, latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicatq; virum transfixa dolore.
al. uulnera — Funditur ater vbiq; cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchramq; petunt per vulnera mortem.
Camilla Amazon — At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla.
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat:
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.
Illa etiam siquando in tergum pulsa recessit,
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.
Romana nomina. — At circum lectæ comites, Larinaq; virgo,

¶Ecphrasis.

& impatiẽs vulneris arrecto pectore iactat crura alta. Itaq; Orsilochus excussus equo voluitur humi.i. in terram deiectus est. Catillus præterea deijcit .i. strauit Iolam, & Herminiũ ingentẽ corpore & armis, cui Herminio Cæsaries erat fulua nudo uertice, & cui etiã humeri erãt nudi, nec vulnera.i. ictus telorum terrẽt illũ, tãtus.i. ita magn9 patet.i. patẽs est, et extẽditur in arma. Hasta acta.i. impulsa huic.i. in hũc p armos latos, quia, vt dixit, corpore erat ingẽti, tremit, et illa trãsfixa duplicat.i. incuruat virũ præ nimio dolore. Cruor ater funditur vbiq;, et certantes ferro vtriq; dant funera, & petũt mortẽ pulchrã.i. honestã per vulnera. At Camilla Amazon.i. quasi vna ex Amazonibus pharetrata & exerta.i. exertũ habens vnũ latus pugnæ exultat inter cædes medias: & nũc, id est, aliquãdo spargens manu hastilia lenta, id est, vibrata & contorta, densat, id est, frequentat illa hastilia iaciendo: & nũc, id est, aliquando ipsa indefessa rapit manu dextra bipennẽ.i. securim validam. Arcus aureus sonat ex humero illius, & pro id est, arma Dianæ, in cuius erat tutela. Etiam si aliquando illa pulsa, id est, fugata recessit in tergum, id est, fugit, conuerso arcu dirigit in hostes spicula fugientia, id est, ipsius fugientis. At comites illius lectæ.i. electæ sunt circũ ipsam.s. Larina uirgo,

Tullaq́;, & æratam quatiens Tarpeia securim, al'.erectã
Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit, pacisq́; bonæ, belliq́; ministras:
Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis,
Seu circum Hippolyten, seu cum se Martia curru
Penthesilea refert, magnoq́; vlulante tumultu
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem postremum aspera virgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clytio primum patre, cuius apertum al'.Euneũ
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens riuos cadit, atq́; cruentam
Mandit humum, moriensq́; suo se in vulnere versat.
Tum Lyrim, Pegasumq́; super: quorum alter habenas
Suffosso reuolutus equo dum colligit: alter
Dum subit, ac dextram labenti tendit inertem;

A Tanai ad Thermodoontẽ transtulerunt sedes suas, ex Scythia i thraciam.

¶Ecphrasis.

& Tulla, et Tarpeia quatiens securim æratam. Hæ, inquam, omnes Italides, quas ipsa Camilla Diua delegit sibi decus. i. sui comitatus ornamentum, & delegit illas & ministras bonæ pacis, & comites belli. Quales Amazones Threiciæ, id est, in Thracia cum pulsant flumina Thermodoontis fluminis Thraciæ, & bellantur armis pictis, id est, bellant, seu circum Hippolyten, quæ fuit ex Theseo Hippolyti mater, seu cum Penthesilea Martia, id est, bellicosa refert se, id est, uehitur curru, & agmina fœminea, id est, Amazonum exultant peltis lunatis, id est, clypeis rotundis, magno tumultu ululante more muliebri. O uirgo Camilla, quem primum, & quem postremũ deijcis telo? id est, interfecisti, aut quod corpora morientia fundis humi? id est, sternis. Primum subaudi sternis Euneum patre Clytio, id est, filium Clytij, cuius aduersi, id est, oppositi transuerberat pectus apertum abiete longa. i. hasta abiegna. Et ille Euneus cadit uomens riuos sanguinis, & moriẽs mandit. i. mordet humũ, et uersat, id est, uolutat se in suo vulnere. Tum. i. deinde super. i. insuper transuerberat Lyrim & Pegasum, quorũ alter. s. Lyris dũ colligit habenas equi reuolutus in terrã equo suffosso. i. vulnerato, et alter reuolutus dum subit. i. accedit ad illum, & tendit dextram inermem illi labenti,

Præcipites, pariterq; ruunt, his addit Amastrum
Hippotadem; sequitur incumbens eminus hasta
Tereaq;, Harpalycumq;, & Demophoonta, Chrominq;.
Quotq; emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygij cecidere viri. procul Ornytus armis
Ignotis, & equo venator Iapyge fertur:
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus,
Et malæ texere lupi cum dentibus albis:
Sparus, rusticũ telũ, & recuruum. Agrestisq; manus armat sparus, ipse cateruis
Vertitur in medijs, & toto vertice supra est.
Hunc illa exceptum (neq; enim labor agmine verso)
Traijcit, & super hęc inimico pectore fatur:
Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti?
Aduenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redargueret: nomen tamen haud leue partum
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.

¶ *Ecphrasis.*

ambo, inquam, præcipites ruunt pariter, & Camilla addit Amastrum his superioribus Hippotadẽ. i. Hippotæ filium, & incumbens hasta sequitur eminus. i. prope Terea & Harpalycum, & Demophoonta, & Chromin. Et quot spicula. i. hastas emissa manu uirgo Camilla contorsit, tot uiri Phrygij ceciderũt, quia nullus ictus inanis fuit. Ornytus, qui erat uenator, fertur procul armis ignotis, id est, inconsuetis, & equo Iapyge. i. Appulo, & quomodo arma essent illi ignota ostendit dicens. Cui pugnatori pellis erepta iuuenco. i. a tauro operit humeros latos, & cui ingens hiatus oris, & malæ. i. maxillæ lupi texere caput illi cum dentibus albis, qui erant maxillis lupi inserti. Et sparus agrestis, id est, iaculum rusticum armat illius manus, & ipse Ornytus uertitur. i. uersatur in medijs cateruis, & est supra cæteros toto uertice. Illa Camilla traijcit. i. transfodit hunc exceptum, quasi improuiso, neq; enim labor est illum traijcere toto agmine iam uerso in fugam, & insuper fatur hæc inferiora pectore inimico. O Tyrrhene Ornyte, putasti te agitare feras in syluis. Aduenit dies. i. tempus, qui redargueret uestra uerba armis muliebribus. Tamen tu referes manibus, id est, ad inferos nomen haud leue, immo maximum partum, id est, acquisitum tibi, scilicet, cecidisse telo Camillæ. i. meo.

Protinus Orsilochum, & Buten duo maxima Teucrum
Corpora: sed Buten aduersum cuspide figit
Loricam, galeamq; inter, qua colla sedentis
Lucent, & læuo dependet parma lacerto:
Orsilochum fugiens, magnum agitata per orbem
Eludit gyro interior, sequiturq; sequentem.
Tum validam perq; arma viro, perq; ossa securim
Altior insurgens oranti, & multa precanti
Congeminat vulnus, calido rigat ora cerebro.
Incidit huic: subitoq; aspectu territus hæsit
Apennínicolæ bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.
Isq; vbi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neq; instantem Reginam auertere cernit,
Consilio versare dolos ingressus, & astu,
Incipit hæc: Quid tam egregium, si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te comminus æquo
Mecum crede solo, pugnæq; accinge pedestri:

¶ *Ecphrasis.*

Protinus fixit .i. vulnerauit Orsilochum & Buten duo maxima corpora Teucrū pro Teucrorum, sed Buten fixit aduersum cuspide .i. hasta inter loricā & galeā, ca parte, qua colla illius sedētis lucēt, & qua parma depēdet ex lacerto .i. brachio leuo, & illa fugiens & interior .i. sinisterior agitata per magnū orbē eludit gyro Orsilochū, & sequitur sequentē, quod in motu circulari cōtingit. Tūc illa altior insurgēs cōgeminat securim ualidā .i. ictū securis per .i. inter arma & ossa uiro .i. Orsilocho oranti illā, & precanti multa. Tunc vulnus rigat ora cerebro calido. Tunc filius Auni Apēninicolæ .i. incolæ mōtis Apēnini bellator haud extrem9 Ligurum incidit huic .i. in hanc, & ille territus hæsit .i. dubitauit, & obstupuit aspectu subito, haud extremus, dico, dum fata sinebant illum fallere. Is, inquam, Ligur ubi cernit se nullo iam cursu posse euadere ex pugna, neq; auertere, id est, fugare Reginam Camillam instantem, ingressus uersare, id est, exercere dolos consilio, & astu .i. Astutia incipit hæc, quæ sequuntur. Quid tam egregium .i. gloriosum est, si tu fœmina fidis equo forti .i. fuga equi? Igitur dimitte fugam, & crede, id est, cōmitte te æquo solo .i. terræ mecū, et accinge te .i. para pugnæ pedestri.

al. fraudē
al. accensa

Iam nosces ventosa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa furens, acriq; incensa dolore,
Tradit equum comiti, paribusq; assistit in armis,
Ense pedes nudo, puraq; interrita parma.
At iuuenis vicisse dolo ratus, auolat ipse,
Haud mora, conuersisq; fugax aufertur habenis,
Quadrupedumq; citum ferrata calce fatigat.

al. ferrato
Ligurū perfidia.

Vane Ligur, frustraq; animis elate superbis,
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur virgo: & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frenisq; aduersa prehensis
Congreditur, pœnasq; inimico a sanguine sumit:
Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Comprensamq; tenet, pedibusq; euiscerat vncis,
Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.

¶ Ecphrasis.

& iam nosces.i.experieris cui nostrū gloria uentosa.i.inanis ferat laudē.i.uictoriam. Dixit Ligur. At illa Camilla furēs.i.irata, et accēsa dolore acri tradit equū comiti suæ Accæ forte, & aßistit in armis paribus.s.pedes nudo ense, & interrita parma pura, quia nihil in ea fuit depictum. At iuuenis Ligur ipse haud mora.i.statim aduolat.i. fugit ratus se iam uicisse dolo, & ille fugax aufertur.i.rapitur a Camillæ congressu habenis conuersis, & fatigat quadrupedem.i. equum calce ferrata.i.calcaribus armata. Tūc uirgo Camilla fatur hæc. O Ligur uane.i.mendax & infide, & elate animis superbis, sed frustra, tu lubricus.i.fugax tētasti nequicquā.i.frustra artes patrias.i.mores gentis tuæ. Sed fraus ista tua nō perferet te incolumē Auno patri.i. tuo fallaci. Hæc, inquā, fatur Camilla, et ipsa ignea.i.feruēs plātis.i pedibus pernicibus.i.uelocibus transit equū Liguris, præueniēs illum cursu, & ipsa aduersa.i.opposita congreditur cū illo frenis prehensis manu, & sumit pœnas ex Liguris sanguine inimico. Idq; tam facile, quā faciliter accipiter ales sacer, vulgo Sacre, cōsequitur pennis ab alto saxo columbam sublimem in nube, & deinde tenet illā cōprehēsam, & euiscerat illam uncis pedibus.i.unguibus curuis. Tū.i.deinde cruor columbæ, & plumæ cōuulsæ labuntur ab alto æthere.

At non hæc nullis hominum sator, atq; Deorum
Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sæua
Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædes, cedentiaq; agmina Tarchon
Fertur equo, varijsq; instigat vocibus alas,
Nomine quenq; vocans, reficitq; in prælia pulsos:
Quis metus, o nunquam dolituri, o semper inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina palantes agit, atq; hæc agmina vertit.
Quo ferrum, quid ve hæc geritis tela irrita dextris? al. gerim9
At non in venerem segnes, nocturnaq; bella:
Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi, alij, induxit.
Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ.
Hic amor, hoc studium, dum sacra secundus aruspex
Nuntiet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.

¶ Ecphrasis.

At sator Deorum atq; hominū.i. Iuppiter altus obseruās hæc a summo Olympo nonnullis oculis immo uigilantibus, ipse Iuppiter genitor suscitat in prælia sæua Tarchontē ducē Tyrrhenorū, & incitat illū stimulis haud mollibus.i. duris. Ergo Tarchon inflāmatus a Ioue fertur equo inter cædes & inter agmina cedentia.i. fugiētia, & uocans quēq; suorū equitū nomine.i. nominatim instigat.i. exhortatur alas equitū uocibus uarijs, & reficit.i. restaurat, & animat illos pulsos.i. fugatos, dicēs. O Tyrrheni semper inertes.i. ignaui, & nunq̄ dolituri. Quis metus est uobis? & q̄ tāta ignauia est in uestris animis? fœmina i. una Camilla agit.i. insequitur uos palātes.i. sparsos & fugatos, & uertit in fugā hæc tāta agmina.i. tot equites. Igitur quo.i. in quos usus geritis ferrū.i. arma? & quid.i. cur geritis tela irrita.i. uana & inutilia uestris dextris? At uos nō estis segnes in Venerē, & bella nocturna.i. concubitus mulierū, aut nō estis segnes, id est, inertes, ubi, id est, quando tibia curua Bacchi.s. in bacchanalibus indixit, id est, denunciauit choros ad illius sacra celebranda, non estis, inquam, segnes expectare dapes, & pocula mensæ plenæ. Hic est amor uester, & hoc est studium uestrum, dum aruspex, id est, sacerdos secundus nunciet sacra, id est, secunda & prospera, & donec hostia pinguis uocet uos in altos lucos, ubi sacra Bacchi celebranda sunt.

Hæc effatus, equum in medios moriturus & ipse
at. offert Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert,
Direptumq; ab equo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
Tollitur in cælum clamor: cunctiq; Latini
Conuertere oculos, volat igneus æquore Tarchon
Arma virumq; ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas,
Qua vulnus letale ferat: contra ille repugnans
Sustinet a iugulo dextram, & vim viribus exit,
Vtq; volans alte raptum cum fulua draconem
Fert aquila, implicuitq; pedes, atq; vnguibus hæsit,
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore
Arduus insurgens: illa haud minus vrget adunco
Luctantem rostro, simul æthera verberat alis:
Haud aliter prædam Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans; ducis exemplum, euentumq; secuti.

¶ *Ecphrasis.*

Hæc effatus. Tarchon, & ipse moriturus concitat equum in medios, & sic turbidus, id est, præceps infert se aduersum Venulo, & complectitur hostem Venulum direptum ab equo, & ipse concitus aufert illũ multa ui ante suum gremium. Tunc clamor tollitur in cælum, & cuncti Latini conuertere oculos ad illud factum, & Tarchon igneus, id est, feruidus uolat æquore, id est, per campum, ferens arma, & uirum, id est, uirum armatum. Tum defringit ferrum a summa hasta, id est, ab hastæ summitate ipsius Venuli, & rimatur, id est, quærit partes apertas, id est, exarmatas, qua ferat. i. inferat vulnus lethale. Sed ille repugnãs contra sustinet, id est, arcet dextram a iugulo suo, & exit, id est, uitat uim Tarchõtis uiribus suis. Deinde ponit comparationẽ dicens, ut aquila fulua uolans alte cũ fert draconem raptum alte, & implicuit pedes & ungues, & hæsit unguibus, idẽ dicit; & serpens siue ille draco horret, id est, inhorrescit squamis arrectis, & ille arduus. i. altus assurgens, id est, erigens se sibilat ore. Sed illa aquila non minus urget rostro draconẽ luctantẽ, & simul dum illum urget, uerberat æthera alis. i. uolat. Haud aliter Tarchon ouans. i. alacris portat prædã ex agmine Tiburtũ.

Mæonidæ incurrunt,tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, & quæ ſit fortuna, facillima, tentat.
Qua ſe cunq; furens medio tulit agmine virgo,
Hac Aruns ſubit, & tacitus veſtigia luſtrat:
Qua victrix redit illa, pedemq; ex hoſte reportat,
Hac iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, iamq; hos aditus, omnemq; pererrat
Vndiq; circuitum, & certam quatit improbus haſtam.
  Forte ſacer Cybele Chloreus, olimq; ſacerdos
Inſignis longe Phrygijs fulgebat in armis,
Spumantemq; agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquamis, auro conſerta tegebat:
Ipſe peregrina ferrugine clarus, & oſtro
Spicula torquebat Lycio Cortinia cornu:
Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati
Caſſida: tum croceam chlamydem, ſinuſq; crepantes

Aruns Camillæ occiſor.

alij abitus

¶ *Ecphraſis.*

Tunc Meonidæ, id eſt, Tyrrheni ſecuti euentum & exemplum Ducis ſui Tarchontis, incurrunt, id eſt, impetum faciunt. Tunc Aruns debitus fatis, quia periturus, circuit iaculo prior Camillam uelocem multa arte, & tentat, quæ fortuna ſit facillima. Et quaecunq;, id eſt, per quamcunq; partem uirgo tulit ſe medio agmine, hac, id eſt, per eandem partem Aruns ſubijt, id eſt, ſuccedit, & ſic tacitus luſtrat illius ueſtigia. Et qua, id eſt, per quamcunq; partem illa redit uictrix, & reportat pedem ex hoſte uicto, quod idem eſt, hac, id eſt, per eandem partem iuuenis detorquet furtim habenas celeres, id eſt, equum, & pererrat hos atq; hos, id eſt, illos aditus, & omnem circuitum undiq;, & ille improbus quatit haſtam certam, id eſt, nunquam errantem. Forte Chloreus ſacer Cybele, et ſacerdos olim illi, inſignis fulgebat longe in armis Phrygijs, id eſt, Troianis, & agitabat equum ſpumantem, quem Chloreum pellis inſerta in plumam, id eſt, in modum plumæ tegebat, id eſt, armabat ſquammis & ahenis & auro, id eſt, aureis. Et ipſe clarus ferrugine, id eſt, purpura peregrina, id eſt, Ibera, & oſtro, torquebat ſpicula Cortinia, id eſt, ſagittas cornu. Arcus aureus ſonat ex humeris, & caßida aurea erat uati. Tum, id eſt, præterea:

Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro,
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum,
Hunc virgo, siue vt templis præfigeret arma
Troia, captiuo siue vt se ferret in auro
Venatrix, vnum ex omni certamine pugnæ
Cæca sequebatur, totumq; incensa per agmen
Fœmineo prædæ, & spoliorum ardebat amore.
Telum ex insidijs cui tandem tempore capto
Coniicit, & superos Aruns sic voce præcatur: *alij Concitat.*
Summe Deum, & sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna:
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens: non exuuias, pulsæ ue trophæum
Virginis, aut spolia vlla peto, mihi cætera laudem

¶ *Ecphrasis.*

collegerat in nodum auro fuluo, idest, crinali aureo chlamidem croceam, id est, purpuream, & sinus carbaseos crepantes, ille dico, pictus tunicas acu, id est, habens tunicas pictas, & tegmina crurum, id est, tibialia barbara. Virgo, id est, Camilla cæca sequebatur hunc, siue ut præfigeret arma templis, siue ut ferret se. i. gloriaretur in auro captiuo, ipsa uenatrix sequebatur hunc unum ex omni certamine pugnæ, & ipsa incensa ardebat amore fœmineo prædæ & spoliorũ per totum agmen. Cui tandem Aruns concitat telum ex insidijs tempore capto, id est, ad id electo & quæsito, & precatur sic uoce Deos superos. O Apolle summe Deum pro Deorum, & custos, id est, præses sancti Soractis. i. montis non longe ab urbe Roma, quem te nos primi colimus, id est, præcipue, & cui ardor pineus, id est, ignis ex pinis congestis pascitur aceruo, id est, strue pinorum, & nos cultores freti pietate, id est, confisi religione premimus per medium ignem uestigia in multa pruna. O pater omnipotens, id est, o Apollo da, hoc dedecus, quod a fœmina superemur, aboleri nostris armis. Ego non peto exuuias, id est, spolia, aut ulla spolia uel trophæum uirginis, quia cætera facta ferent mihi laudem, non autem uictoria parta de uirgine. Dum hæc dira pestis, id est, Camilla pulsa cadat, id est, pereat meo uulnere, ego inglorius re

Facta ferant:hæc dira meo dum vulnere pestis
Pulsa cadat. patriam remeabo inglorius vrbem.
Audijt: & voti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras,
Sterneret vt subita turbatam morte Camillam,
Annuit oranti:reducem vt patria alta videret,
Non dedit. inq; Notos vocem vertere procellæ.
Ergo vt missa manu sonitum dedit hasta per auras,
Conuertere animos acies, oculosq; tulere
Cuncti ad Reginam Volsci:nihil ipsa nec auræ,
Nec sonitus memor, aut venientis ab æthere teli,
Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineumq; alte bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites, dominamq; ruentem
Suscipiunt. fugit ante omneis exterritus Aruns,
Lætitia, mistoq; metu:nec iam amplius hastæ
Credere, nec telis occurrere virginis audet.

Ex homeri Iliadum libro.xvi.

¶ *Ecphrasis.*

meabo, id est, redibo ad urbem patriam. Phœbus audijt Aruntis uerba, & preces, & dedit mente partem uoti illius succedere, quemadmodum uolebat, quia Camillam occidit, & partem uoti dispersit in auras uolucres, quia statim perijt. quod statim exponit. Nam Phœbus annuit oranti, ut sterneret Camillam turbatam morte subita, sed non dedit, ut patria illius alta, id est, antiqua uideret illum reducem, & procellæ, id est, uenti uerterunt uocem illius, id est, preces in Notos.i.uētos. Ergo ut hasta missa Aruntis manu dedit sonitū per auras, cuncti Volsci conuertere animos acres, id est, intentos, & oculos cuncti tulerunt ad Reginam suam Camillam. Sed ipsa nihil pro non memor est auræ nec sonitus, aut teli uenientis ab æthere, donec hasta perlata hæsit sub papillam. idest, mammillam exertam. id est, nudā. Et ipsa hasta acta, id est, adacta alte, id est, profunde bibit cruorem uirgineum. Tunc comites trepidæ concurrunt, & suscipiunt dominam ruentem. Sed Aruns exterritus metu mixto lætitia fugit ante omnes, nec iā amplius audet credere hastæ, nec audet occurrere telis uirginis. Ac ille uelut lup⁹ occiso pastore uel magno iuuēco cōsci⁹ audacis fac

Ac velut ille prius, quam tela inimica sequantur,
Continuo in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnoq; iuuenco,
Conscius audacis facti, caudamq; remulcens
Subiecit pauitantem vtero, syluasq; petiuit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns;
Contentusq; fuga, mediis se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat vulnere mucro.
Labitur exanguis, labuntur frigida leto
Lumina, purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic expirans Accam ex æqualibus vnam
Alloquitur: fida ante alias quæ sola Camillæ,
Qua cum partiri curas: atq; hæc ita fatur:

Solicitudo morientis Camillæ, p republica.

Hactenus Acca soror potui, nunc vulnus acerbum
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circum:
Effuge, & hęc Turno mandata nouissima perfer:

¶ *Ecphrasis.*

Cti abdidit. i. abscondidit se continuo in altos montes, priusquam tela inimica pastorum et agricolarum sequantur illum, & lupus ille remulcens subiecit utero caudam pauitantem, quod in timore lupi & canes facere consueuerunt, & pe tiuit, id est, contulit se in syluas. Haud secus, id est, non aliter, Aruns turbidus, id est, perturbatus aufert se ex oculis Camillæ, & contentus fuga immiscuit se armis mediis. Sed illa Camilla moriens extrahit telum manu, sed mucro ferreus stat uulnere acto, id est, immisso ad costas inter ossa. Itaque illa exanguis labi tur, & lumina frigida, id est, oculi labuntur leto, id est, morte. Et color quon dam purpureus reliquit ora, id est, faciem. Tunc illa expirans alloquitur sic Accam unam ex æqualibus, quæ sola ante alias erat fida Camillæ, & qua cum, id est, cum qua partiri, id est, partiebatur curas, atque fatur hæc ita. O Acca soror hactenus potui, subaudi pugnare, sed nunc uulnus acerbum conficit. i. debilitat me, & omnia nigrescunt tenebris mihi morienti circum me. Effuge igitur, & perfer, id est, denuncia hæc mandata nouissima Turno, ut succe dat pugnæ, & arceat Troianos ab urbe. Et iam uale, & simul cum his dictis

Succedat pugnæ, Troianosq́; arceat vrbe.
Iamq; vale. simul his dictis linquebat habenas
Ad terram non sponte fluens, tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore, lentaq; colla
Et captum leto posuit caput, arma relinquens: *Conflictio animæ.*
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras.
Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor
Sydera: deiecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrum,
Tyrrheniq́; Duces, Euandriq; Arcadis alæ.
At Triuiæ custos iandudum in montibus Opis
Alta sedet summis, spectatq́; interrita pugnas:
Vtq́; procul medio iuuenum in clamore furentum
Prospexit tristi multatam morte Camillam,
Ingemuitq́;, deditq́; has imo pectore voces:
Heu nimium virgo nimium crudeli luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello,
Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam

¶ *Ecphrasis.*

linquebat habenas equi, fluens ad terram non sponte, quia moriebatur. Tum illa frigida paulatim exoluit se toto corpore, & relinquens arma posuit colla lenta, id est, flexibilia, & posuit .i. inclinauit caput captum, id est, demissum leto, id est, morte. Et uita, id est, anima indignata fugit cum gemitu ad umbras. Tum uero clamor immensus surgens ferit sydera aurea, & pugna crudescit Camilla deiecta, id est, strata. Tunc omnis copia Teucrum, id est, Troianorum, & duces Tyrrheni, & alæ Euandri Arcadis, omnes inquam hi densi incurrunt, id est, congrediuntur. At Opis Nympha custos Triuiæ, id est, Dianæ, alta sedet iamdudum in summis montibus, & ipsa interrita, quippe quæ loco erat tuto, spectat pugnas. Et, ut pspexit pcul Camillã multatã tristi morte in medio clamore iuuenum furentium, ingemuit Opis, & dedit has uoces ex imo pectore. Heu o uirgo Camilla, tu luisti supplicium crudele nimium, conata, id est, ausa lacessere Teucros bello, id est, pugna. Nec profuit tibi coluisse Dianam in dumis, aut gessisse humero nostras sagittas, id est, qualibus nos utimur. Tamen tua Regina, id est, Diana, quã coluisti, non relin

Non moriemur inultæ.

Profuit, aut noſtras humero geſſiſſe pharetras!
Non tamen indecorem tua te Regina relinquet
Extrema iam in morte, neq; hoc ſine nomine letum
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.
Nam quicunq; tuum violauit vulnere corpus,
Morte luet merita. Fuit ingens monte ſub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum
Antiqui Laurentis, opacaq; ilice tectum.
Hic Dea ſe primum rapido pulcherrima niſu
Siſtit, & Aruntem tumulo ſpeculatur ab alto.
Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem:
Cur, inquit, diuerſus abis? huc dirige greſſum,
Huc periture veni, capias vt digna Camillæ
Præmia. tu ne etiam telis moriere Dianæ?
Dixit, & aurata volucrem Threiſſa ſagittam
Deprompſit pharetra, cornuq; infenſa tetendit,

¶ *Ecphraſis.*

quet te indecorem, id eſt, inhonoratam in morte iam extrema, neq; hoc letum, id eſt, mors tua erit per gentes ſine nomine, id eſt, gloria, aut patieris famam, id eſt, infamiam inultæ. Nam quicunq; uiolauit uulnere tuum corpus, luet, id eſt, punietur morte merita. Buſtum, id eſt, tumulus ingens, & tectum ilice, id eſt, arbore glandifera, opaca, id eſt, umbroſa Dercenni antiqui Regis Laurentis fuit ex aggere, id eſt, terra congeſta, Tyrrheno, id eſt, Italo, quia in Tyrhenia buſtum illud fuit. Dea, id eſt, Opis pulcherrima ſiſtit ſe primum hic, id eſt, in hoc tumulo, niſu, id eſt, uolatu rapido, & ſpeculatur Aruntem interfectorem Camillæ ab alto tumulo. Et ut uidit illum fulgentem armis, & tumentem uana, id eſt, inaniter, inquit. Cur abis diuerſus? id eſt, in partem diuerſam, dirige greſſum huc, id eſt, ad me, & o periture ueni huc, ut capias præmia digna Camillæ, id eſt, propter Camillam peremptam. Ne, id eſt, certe tu etiam, ſicut & Camilla, morieris telis Dianæ, id eſt, meis, quæ ſum in Dianæ comitatu. Dixit Opis, & ipſa quaſi Threiſſa deprompſit uolucrem ſagittam ex pharetra aurata, & infenſa, id eſt, irata tetendit cornu, id eſt, corneum arcum, & duxit, id eſt, contraxit arcum longe, id eſt, ualde, donec

Et ducit longe, donec curuata coirent — *alij Et lon*
Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis, — *ge addu-*
Læua aciem ferri, dextra, neruoq; papillam. — *xit*
Extemplo teli stridorem, aurasq; sonanteis — *Gestus sa-*
Audijt vna Aruns, hæsitq; in corpore ferrum. — *gittatum.*
Illum expirantem socij, atq; extrema gementem — *Aruns alij*
Obliti, ignoto camporum in puluere linquunt: — *Arruns*
Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum. — *al. effertur*
  Prima fugit, domina amissa, leuis ala Camillæ.
Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas,
Disiectiq; duces, desolatiq; manipli — *al. equos.*
Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquam instantes Teucros, letumq; ferenteis
Sustentare valet, telis aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,
Quadrupedumq; putrem cursu quatit vngula campum.
  Voluitur ad muros caligine turbidus atra

¶ *Ecphrasis.*

capita arcus curuata coirent inter se, & donec tangeret manibus æquis, læua manu aciem ferri, id est, spiculi, & manu dextra papillam. Itaque graphice describit gestum arcum ualde contrahentis. Extemplo. i. statim Aruns una .i. simul audijt stridorem teli, id est, sagittæ, & arcus sonantes, & ferrum, id est, sagitta hæsit in corpore. Tunc socij obliti linquunt illum expirantem. i. morientem, & gementem extrema. i. gemitu mortis conquerentē, linquunt inquam, in ignoto puluere camporum. Et Opis Nympha aufertur pennis, id est, alis ad Olympum æthereum, id est, cælum. Tunc ala, id est, cohors Camillæ, leuis prima fugit amissa domina. i. ipsa duce sua, & Rutuli turbati fugiunt, et Atinas acer et duces deiecti, & manipuli desolati petunt loca tuta, id est, urbem, & tendunt, id est, fugiunt in mœnia aduersa. Nec quisquam illorum ualet sustentare, id est, sustinere telis Teucros instantes, ferentesq; letum, id est, mortem, aut ualet sistere contra, id est, resistere. Sed referunt arcus laxos, id est, retentos humeris languentibus, id est. fessis, & ungula quadrupedum, id est, equorum quatit cursu campū putrem, id est, siccitate solutū. Puluis turbidus

Puluis: & e speculis percussæ pectora matres
Fœmineum clamorem ad cœli sydera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupere patenteis,
Hos inimica super misto premit agmine turba,
Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,
alij intra. Mœnibus in patrijs, atq; inter tuta domorum
Confixi expirant animas. pars claudere portas,
Nec socijs aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes: oriturq; miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
Exclusi ante oculos, lacrymantumq; ora parentum
Pars in præcipites fossas, vrgente ruina,
Voluitur; immissis pars cæca, & concita frenis
Arietat in portas, & duros obice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Monstrat amor verus patriæ) vt videre Camillam,
Tela manu trepidæ iaciunt, ac robore duro,

¶ *Ecphrasis.*

soluitur ad muros caligine atra, id est, obscura, & matres, id est, mulieres percussæ pectora tollunt ex muris clamorem fœmineum, id est, muliebrem ad sydera cœli. Et turba inimica, id est, Troiana super. i. insuper premit agmine mixto hos, qui primi cursu, id est, fuga irrupere portas patentes, id est, cum præcipitio intrauere, nec sic effugiunt mortem miseram, sed confixi telis hostilibus expirant animas in ipso limine, id est, portis urbis suæ, & mœnibus patrijs, atq; inter loca domorum tuta. Pars illorum claudere pro claudebat portas, nec audent aperire uiam socijs. nec audent excipere mœnibus illos orantes, ut exciperentur. Et cædes miserrima oritur armis defendentium muros Latinorum, & Troianorum ruentium in arma. Ibi inquam Latini exclusi ante oculos, & ora parentum lachrymantium, quoniam filios morientes uidebant, pars illorum uoluitur, id est, deijcitur in fossas præcipites, id est, profundas ruina urgente, id est, ipso casu compellente illos. Et pars cæca, id est, furiosa, & concita frenis immißis, id est, solutis arietat, id est, arietis in modum ruit. i. impetum facit in portas, & in postes, id est, hostia, duros, id est, firmos obice, id est. repagulis. Ipsæ matres, id est, mulieres, ut uidere Camillam mortuam, trepidæ, id

Stipitibus ferrum, sudibusq́ imitantur obustis: *alij ardēt*
Præcipites, primæq́ mori pro mœnibus audent.
Interea Turnum in syluis sæuissimus implet
Nuntius, & iuueni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
Ingruere infensos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse, metum iam ad mœnia ferri. *metum al. Aeneā ad*
Ille furens (nam sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit. *linquit al. linquēs.*
Vix e conspectu exierat, campumq́ tenebat,
Cum pater Aeneas saltus ingressus apertos
Exuperat iugum, syluaq́ euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi, totoq́ feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
Ac simul Aeneas fumantes puluere campos

¶ *Ecphrasis.*

est, festinæ iaciunt manu summo certamine tela de muris, & per parenthesim interposuit, uerus amor patriæ monstrat id facere, & imitantur ferrum duro robore, id est, pro ferro utuntur robore, & stipitibus & sudibus, id est, fusti bus obustis. Et illæ præcipites & primæ, antequam uiri, audent mori pro mœnibus id est, pro murorum defensione. Interea, dum hæc fiunt apud urbem, nūcius sæuissimus .i. crudelia nūcians implet Turnū, subaudi, rumoribus in syluis, ubi pugnabat. Et Acca nomen est comitis Camillæ fert .i. denunciat iuueni tumultum ingentem, & fert acies Volscorum deletas, id est, fusas fugatasq́, & fert Camillam cecidisse, & fert hostes infensos ingruere in urbem, & iam corripuisse omnia Marte secundo, id est, fauente & propitio, & fert iam metum pugnæ ferri ad mœnia. Tunc ille Turnus furens, & quia numina Iouis sæua, id est, sinistra sic poscunt, deserit colles obsessos, id est, quos occupauerat, ut supra diximus, & relinquit nemora aspera, in quibus parauerat Aeneæ insidias. Et uix Turnus exierat e conspectu. id est, specula, & tenebat campum apertum. Cum Aeneas pater ingressus est saltus apertos, id est, nullis insidijs occupatos, & exuperat, id est, transcendit montis iugum, & euadit ex sylua opaca, id est, umbrosa propter arbores. Et sic ambo, id est, Aeneas & Turnus rapidi feruntur ad muros toto agmine, id est, integris exercitibus, nec absunt

Prospexit longe, Laurentiaq́ꝫ agmina vidit,
Et sæuum Aenean agnouit Turnus in armis,
Aduentumq́ꝫ pedum, flatusq́ꝫ audiuit equorum.
Continuoq́ꝫ ineant pugnas, & prælia tentent,
Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Ibero
Tingat equos, noctemq́ꝫ die labente reducat,
Considunt castris ante vrbem, & mœnia vallant.

¶ *Ecphrasis.*

inter se longis, id est, multis paßibus. Ac simul, id est, postquam Aeneas prospexit campos fumantes multo puluere, & uidit longe agmina Laurentia, id est, Latinorum, & simul, id est, postquam Turnus agnouit sæuum, id est, magnum Aeneam in armis, & postquam audiuit aduentus pedum, & audiuit flatus equorum se insequentium. Continuo, id est, statim ineant, id est, inissent pugnam, & tentent, id est, tentassent prælia, ni pro nisi Phœbus roseus iam tingat equos fessos labore diurno in gurgite Ibero, id est, Hispano, id est, in Occidente, & reducat, id est, iam reduxisset noctem labente die, id est, Sole occidente. Itaq; Troiani considunt castris ante urbem, & uallant mœnia, id est, castrorum munitiones.

EXPLICIT LIBER
Vndecimus.

Adilon.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.


MODESTINI IVRISCONSVLTI IN
Duodecimum Aeneidos Librum argumentum.




Vrnus iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semet in arma parat: pacem cupiente Latino,
Fœdus percutitur, passuris omnia victis.
Hoc Turni Iuturna soror confudit, & ambos
In pugnam populos agit ementita Camertem.
Aeneas volucri tardatur membra sagitta;
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur: vitam laqueo sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congressus, vtrinq;
Circunfusa acie, vita spoliauit & armis.

¶ *Ecphrasis.*

TVrnus occidit, id est, occumbit duodecimo libro armis diuinis, id est, a Vulcano Aeneæ fabricatis, aut armis diuinis, scilicet, Aeneæ, qui postea fuit in Diuos relatus. Turnus parat semet in arma, id est, ad bellum Latinis iam fractis, id est, uictis Marte aduerso, id est, illis contrario, & hoc Latino Rege cupiente, id est, desiderante pacem. Fœdus, id est, pactum percutitur, id est, firmatur inter illos, & hoc, uictis passuris, id est, toleraturis omnia, id est, quicquid uictoribus collibuisset. Iuturna Nympha soror Turni confudit, id est, turbauit hoc, scilicet, pactum, & ipsa Iuturna ementita, id est, assimulata Camertem, id est, uirum illum strenuum de gente Rutulorum sic dictum, agit, id est, impellit ambos populos in pugnam. Aeneas tardatur membra, id est, habet membra tardata celeri sagitta illi infixa: cura parentis, id est, Veneris anxia pro nato, scilicet, Aenea seruauit, id est, sanauit uulnus a sagitta illatum. Vrbs, scilicet, Laurentum capitur a Troianis, Amata uxor Latini & mater Lauiniæ finiuit sibi uitam laqueo, id est, collo alligato laqueo se suspendit. Aeneas congressus, scilicet, cum Turno in campo spoliauit ipsum Turnum uita & armis, & hoc acie, id est, exercitu, circumfusa, id est, circũ illos astante utrinq;, id est, ab utraq; parte: ne uis aliqua Aeneæ uel Turno fieret.

PVB. VERGILII MARONIS AENEIDOS

Liber duodecimus.

Turnus leoni comparatur.



TVrnus vt infractos aduerso Marte Latinos
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
Se signari oculis, vltro implacabilis ardet,
Attollitq; animos: Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus
Tum demum mouet arma leo, gaudetq; comanteis
Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento:
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.
Tum sic affatur Regem, atq; ita turbidus infit:
Nulla mora in Turno, nihil est quod dicta retractent
Ignaui Aeneadæ, nec quæ pepigere recusent.
Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus.

¶ Ecphrasis.

VT, id est, postquam Turnus uidet Latinos infractos, id est, ualde fractos defecisse Marte aduerso, id est, pugna infœlici, & uidet sua promissa nunc reposci, & uidet se signari oculis omnium. ille implacabilis. id est. furiosus ardet ultro, & attollit, id est, erigit animos, id est, parat se ad pugnam. Deinde ponit comparationem, qualis leo in aruis Pœnorum saucius pectus, id est, habens pectus sauciatum graui uulnere, ille inquam leo tum demum mouet arma, id est, irascitur, & gaudet, id est, exultat excutiens ceruice toros comantes, id est, pectus iubatum, & ille impauidus frangit telum latronis, id est, uenatoris fixum in corpore suo, & fremit, id est, rugit ore cruento. Haud secus, id est, non aliter quam in leone, uiolentia gliscit, id est, crescit Turno accenso, id est, irato. Tunc affatur sic Regem Latinum, & ille turbidus. id est, iratus infit, id est, incipit ita. Nulla mora est in Turno, id est, in me, nec est quod, id est, cur Aeneadæ ignaui. i. Troiani retractent. i. reuocẽt dicta, nec recusent quæ pepigere, id est, nobiscum pacti sunt. Congredior, id est, congredi cum Aenea uolo. Ideo o Latine pater fer sacra, & concipe fœdus pactum, id est, sanci illud.

Aut hac Dardanium dextra ſub Tartara mittam
Deſertorem Aſiæ:ſedeant,ſpectentq́ Latini,
Et ſolus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos,cedat Lauinia coniux.
Olli ſedato reſpondit corde Latinus:
O præſtans animi iuuenis, quantum ipſe feroci — *alij animo*
Virtute exuperas:tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere, atq́ omneis metuentem expendere caſus.
Sunt tibi regna patris Dauni:ſunt oppida capta
Multa manu, nec non aurumq́,animusq́ Latino eſt: — *alij anim9 aurūq́; Latino eſt.*
Sunt aliæ innuptæ Latio,& Laurentibus agris,
Nec genus indecores:ſine me hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis,ſimul hæc animo hauri:
Me natam veterum nulli ſociare procorum
Fas erat:idq́ omnes Diuiq́,hominesq́ canebant,
Victus amore tui,cognato ſanguine victus,

¶ *Ecphraſis.*

Aut ego mittā ſub Tartara, id eſt,interficiam hac dextra mea Dardanium Aeneam deſertorem Aſiæ,id eſt,ex Troia profugum,& ego ſolus refellam,id eſt, diluam commune crimen. Aut Aeneas habeat uictos,& Lauinia coniunx cedat illi,& per parentheſim interpoſuit,Latini ſedeant, & ſpectent,id eſt, aſpiciant me decernentem armis cum Aenea. Tunc Latinus Rex reſpondit olli pro illi pectore ſedato,id eſt, tranquillo. O iuuenis præſtans animi,quantum tu ipſe exuperas uirtute feroci, id eſt,fortitudine, tanto impenſius,id eſt,magis æquum eſt me metuentem conſulere,id eſt,prouidere,& expendere,id eſt, æſtimare omnes caſus, qui poſſunt accidere. Regna Dauni patris tui ſunt tibi hereditaria, ſunt preterea oppida capta a te manu,id eſt,pugna,nec nō,id eſt,preterea Latino,id eſt,mihi eſt aurum,& animus ſubaudi largiendi.Sūt etiā aliæ uirgines innuptæ in Latio,& in aruis Laurentibus,nec indecores genus. i. generis non inhoneſti, quarum ex numero ſubaudi poßis aliquam uxorem ducere. Ideo ſine me dicere hæc haud mollia,id eſt,facilia fatu,id eſt,ut dicantur.& aperire,id eſt,aperte loqui dolis ſublatis,id eſt,ſine fraude,ſimul etiam hauri, id eſt, accipe hæc animo. Non erat fas,id eſt,licitum per religionē, me ſociare natam,id eſt, locare alicui procorum ueterum,id eſt,priorum,& omnes Diui & homines canebant,id eſt,

Coniugis & mœstæ lacrymis, vincla omnia rupi:
Promissam eripui genero, atque arma impia sumpsi.
Ex illo qui me casus, quæ Turne sequantur
Bella vides, quantos primus patiare labores.
Bis magna uicti pugna, vix vrbe tuemur
Spes Italas: recalent nostro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albent.
Quo referor toties? quæ mentem insania mutat?
Si Turno extincto socios sum accire paratus,
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli, quid cætera dicet
Italia, ad mortem si te (fors dicta refutet)
Prodiderim, natam, & connubia nostra petentem?
Respice res bello varias: miserere parentis
Longæui, quem nunc mœstum patria Ardea longe
alij bis dictis. Diuidit. haud quaquam dictis violentia Turni
Flectitur; exuperat magis, ægrescitque medendo,

¶ *Ecphrasis.*

prædicabant id mihi. Itaque ego uictus amore tui, & uictus sanguine cognato, & lachrymis coniugis mœstæ rupi omnia uincla, & eripui filiam promissam genero, & sumpsi arma impia. Ex illo tempore, quo hæc feci, o Turne, tu uides, qui casus & quæ bella sequantur me, & uides quantos labores tu primus patiaris. Et nos uicti bis in magna pugna uix tuemur urbe, id est, muro urbis spes Italas, & fluenta Tyberina recalent nostro sanguine, & campi ingentes adhuc albent ossibus. Ego igitur quo referor, id est, mutor totiens? & quæ insania mutat mentem? Si ego paratus sum accire, i. adiungere Teucros socios, Turno, id est, te extincto, cur ego non potius tollo certamina inter nos te incolumi, id est, saluo. Rutuli, quorum tu Dux es, consanguinei nostri, & cætera Italia quid dicent, si ego prodiderim te petentem natam meam et nostra connubia, id est, illius nuptias, & per parenthesim interposuit, fors refutet, id est, auertat & prohibeat dicta. Præterea respice uarias res, id est, euentus belli, & miserere Dauni parentis tui longæui, quem mœstum, id est, solicitum Ardea patria uestra nunc diuidit longe. Sed uiolentia Turni haud flectitur, i. mouetur quicquam his dictis: sed magis exuperat, & ægrescit medendo, id est, quo magis illi me-

Vt primum fari potuit, sic incipit ore: *incipit alij instituit.*
Quam pro me curam geris, hanc precor optime pro me
Deponas, letumq; sinas pro laude pacisci
Et nos tela, pater, ferrumq; haud debile dextra
Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis,
Longe illi Dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœminea tegat, & vanis sese occulat vmbris.
At Regina noua pugnæ conterrita sorte
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat:
Turne, per has ego te lacrymas, per si quis Amatæ
Tangit honos animum (spes tu nunc una senectæ,
Tu requies miseræ, decus, imperiumq; Latini
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit)
Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
Qui te cunq; manent isto certamine casus,
Et me Turne manent; simul hæc inuisa relinquam

¶ Ecphrasis.

dicina adhibetur. Sed ut primum potuit fari, instituit sic ore, id est, locutus est. O pater optime, precor deponas hanc curam, quam geris pro me, & sinas me pacisci letum, id est, commutare mortem pro laude. Quia & nos spargimus tela, & ferrum haud debile nostra dextra, & sanguis sequitur, id est, manat de nostro uulnere, id est, ad pugnandum uires satis magnas habemus. Dea mater, id est, Venus, quæ illum in bello Troiano semper protexit, nunc, cum est mecum pugnaturus, erit procul, quæ tegat illum fugacem nube fœminea, quod alias fecit, & occulat illum umbris uanis. At Regina Amata uxor Regis Latini conterrita noua sorte pugnæ flebat, et ipsa moritura si in certamine Turnus moreretur, tenebat generum ardentem, id est, in certamen descendere cupientem, dicens. O Turne, ego oro te per has lachrymas meas, & per honorem Amatæ, si quis honos Amatæ tangit animum tuum. Tu nunc es spes una senectæ meæ, & tu es requies mihi miseræ. Decus & imperium Latini te penes, id est, in potestate tua est, & omnis domus, id est, tota familia inclinata recumbit, id est, incumbit & innititur in te, Te inquam o Turne oro hoc unum, desiste, id est, noli committere. i. conserere manum cum Teucris. Quoniam quicunq; casus. i. fortunæ manēt. i. expectāt te in isto certamine, et illi ijdē casus manēt. i. expectāt me,

Lumina, nec generum Aeneam captiua uidebo.
Accepit vocem lacrymis Lauinia matris
Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Siquis ebur; vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa, tales virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor: figitq; in virgine vultus,
Ardet in arma magis, paucisq; affatur Amatam:
Ne, quæso, ne me lacrymis, ne ue omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem
O mater: neq; enim Turno mora libera mortis.
Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer: cum primum crastina cœlo
Puniceis inuecta rotis Aurora rubebit,
Non Teucros agat in Rutulos: Teucrum arma quiescant,
Et Rutulum: nostro dirimamus sanguine bellum:

¶ *Ecphrasis.*

quia simul ego tecum relinquam lumina hæc inuisa, id est, uitam odiosam, nec ego captiua uidebo generum Aeneam. Lauinia perfusa genas flagrantes accepit uocem matris, id est, subjecuta est lachrymis, cui Lauiniæ plurimus rubor subiecit ignem, id est, ignis subiecit ruborem, & cucurrit rubor ille per ora calefacta ab igne? Veluti siquis uiolauerit, id est, infecerit ebur ostro, id est, purpura sanguineo, aut ubi lilia alba rubent rosa permixta illis, uirgo inquam tales dabat colores ore. Amor turbat illum, & figit uultus in uirgine, & ardet magis in arma, & affatur Amatam paucis uerbis. O mater, quæso, ne prosequere me euntem in certamina Martis duri, neque prosequere me tanto omine, neque enim mora libera mortis est Turno, id est, mihi Turno. Ideo Idmon tu nuncius refer, id est, renuncia hæc mea dicta haud placitura tyranno Phrygio, id est Regi Troiano. Cum primum Aurora crastina, id est, dies sequens inuecta cælo rotis puniceis .i. purpureis rubebit, quia aurora rubet, non agat, id est, ducat Teucros suos milites in Rutulos, id est, contra nos, sed arma Teucrorum & Rutulorum quiescant, & nos duo dirimamus bellum nostro sanguine, id est, sanguinis nostri effusione. Et Lauinia quæratur coniunx in illo

Illo quæratur coniux Lauinia campo.
Hæc vbi dicta dedit,rapidusq; intecta recessit,
Poscit equos,gaudetq; tuens ante ora frementeis:
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,
Qui candore niues anteirent,cursibus auras:
Circunstant properi aurigæ,manibusq; lacessunt
Pectora plausa cauis,& colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squallentem,alboq; orichalco
Circundat loricam humeris,simul aptat habendo
Ensemq;,clypeumq;,& rubræ cornua cristæ:
Ensem,quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti
Fecerat,& Stygia candentem tinxerat vnda.
Exin,quæ in medijs ingenti adnixa columnæ
Aedibus adstabat,validam vi corripit hastam
Actoris Arunci spolium,quassatq; trementem
Vociferans:nunc o nunquam frustrata vocatus
Hasta meos,nunc tempus adest;te maximus Actor,

Orithyi. filia Erichthei, Boreæ uxor. Quod auri splendorem, æris duritiē habet.

¶ *Ecphrasis.*

campo,ubi sumus decertaturi. Vbi dedit hæc dicta.i.dixit,ipse rapidus recessit intecta,& poscit equos,quos ipse intuens fremētes ante ora.i.faciē gaudet. Quos equos ipsa Orythyia Erichthei Regis Athenīēsis filia,dedit Pilūno auo suo decus .i.honoris causa,qui equi anteirent niues.i.præcederent cādore,& anteirent auras cursibus. Tunc aurigæ properi circunstant equos,& lacessunt.i.mulcent manibus cauis.i.palmis pectora equorum plausa.i.cū plausu attrectata, & pectunt colla comantia.i.crines. Dehinc ipse Turnus circundat humeris loricam squallentem auro.i.squamas aureas habentem,& orichalco albo.i.optimo. Et simul aptat illam habendo.id est, ad habendum ensem & clypeum,& cornua cristæ rubræ. Ensem,dico, quem Deus ignipotens.i.Vulcanus fecerat,& dedit Dauno parenti i.patri Turni,& tinxerat illū candentē,id est,ignitum unda Stygia.id est, inferna aqua temperauerat. Exin,id est, deinde corripit hastam ualidam ui ingenti,quæ astabat in medijs ædibus,hastam,dico,spolium Actoris Arunci,ex Arunca urbe Italiæ antiquissima, & quassat illam hastam trementem, id est, uibratam, uociferans in hunc modum. O hasta nunquam frustrata meos conatus, nunc adest tempus, quo mihi usui futura es. Actor maximus olim gessit te,

Te Turni nunc dextra gerit: da ſternere corpus,
Loricamq́ manu ualida lacerare reuulſam
Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaq́ madentes.
His agitur furijs, totoq́ ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis:
Mugitus ueluti cum prima in prælia Taurus
Terrificos ciet, atq; iraſci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco, uentoſq́ laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Nec minus interea maternis ſæuus in armis
Aeneas acuit Martem, & ſe ſuſcitat ira,
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum ſocios, mœſtiq́ metum ſolatur Iuli
Fata docens: Regiq; iubet reſponſa Latino
Certa referre uiros, & pacis dicere leges.
Poſtera uix ſummos ſpargebat lumine montes
Orta dies, cum primum alto ſe gurgite tollunt

¶ *Ecphraſis*

& Turnus nunc gerit te. Da mihi ſternere corpus Aeneæ, & lacerare loricam Phrygis ſemiuiri, id eſt, Aeneæ reuulſam manu ualida, & da fœdare, id eſt, deturpare crines fœdatos, & uibratos ferro calido. id eſt, calamiſtro, & madentes. i. perfuſos myrrha. Turnus agitur, id eſt, agitatur his furijs, & ſcintillæ abſiſtunt, id eſt, abſiſtere uidentur, & recedere a toto ore ardentis, & ignis micat, id eſt, micare uidetur in oculis acribus. Et ponit deinde comparationem dicens, ueluti cum Taurus ciet mugitus terrificos in prima prælia, atq; tentat iraſci in cornua obnixus, id eſt, incurrens trunco arboris, & laceßit, id eſt, prouocat uentos ictibus, aut proludit ad pugnam harena ſparſa pedibus. Et interea Aeneas ſæuus, id eſt, magnus in armis maternis, id eſt, quæ mater illi conciliauerat, acuit Martem, id eſt, ſe ad bellum incitat, & ſuſcitat ſe ira, gaudens bellū componi. i. finiri fœdere oblato a Turno. Tum ipſe docēs fata i. quod Deorū uoluntate in Italiā ad regnū uenerit, cōſolatur ſocios, & metū Iuli mœſti, & iubet certos uiros referre certa reſponſa Regi Latino, & dicere certas leges pacis. Et poſtera dies orta. i. ſol uix ſpargebat mōtes ſūmo lumine. i. oriebatur. i. cū primū

Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant,
Campum ad certamen magnæ sub mœnibus urbis
Dimensi Rutuliq; viri, Teucriq; parabant,
In medioq; focos, & Dijs communibus aras
Gramineas: alij fontemq;, ignemq; ferebant
Velati lino, & verbena tempora vincti.
Procedit legio Ausonidum, pilataq; plenis
Agmina se fundunt portis: hinc Troius omnis,
Tyrrhenusq; ruit varijs exercitus armis,
Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis
Pugna vocet: nec non medijs in millibus ipsi
Ductores auro volitant ostroq; decori,
Et genus Assaraci Mnestheus, & fortis Asylas,
Et Messapus equum domitor, Neptunia proles.
Vtq; dato signo spatia in sua quisq; recessit,
Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.
Tum studio effusæ matres, & vulgus inermum,

Singulorũ certamen.

al. limo

¶ *Ecphrasis.*

equi solis tollunt se ex gurgite alto, & efflant, id est, spirant lucem naribus elatis .i. altis. Viri Rutuli, & Teucri parabant campum ad singulare certamen Turni & Aeneæ, dimensi .i. metientes campũ illum sub mœnibus urbis magnæ, & parabant focos in medio, et aras gramineas, in quibus sacrificarent Dijs communibus .i. belli præsidibus. Et alij uincti tempora uerbena .i. coronati gramine, & uelati lino .i. lemniscis ferebant fontem & ignem ad fœdera, & sacrificia peragẽda. Legio Ausonidarum, id est, Italorum procedit, & agmina pilata .i. armata pilis plenis portis fundunt se. Et omnis exercitus Troius .i. Troianus, & Tyrrhenus, id est, Lathius ruit huc armis uarijs, id est, diuerso genere armorum instructus. Vtriq;, inquã, haud secus instructi .i. armati ferro, quã si aspera pugna Martis uocet illos ad præliũ. Necnõ .i. præterea ipsi ductores uolitant decori auro et ostro .i. purpura auro intertexta in medijs milibus .i. in medio exercitu, scilicet, Mnestheus genus Assaraci, unde Aeneas quoq; ducebat originem, & Asylas fortis, & Messapus proles Neptunia .i. filius Neptuni domitor equorũ. Et ut .i. postea quã dato signo, quisq; illorũ recessit in sua spacia .i. loca, defigũt hastas tellure, et reclinãt .i. inclinant scuta. Tũ matres effusæ studio .s. ut uiderent, & vulgus inermũ,

Inualidiq; senes turres,& tecta domórum
Obsedere,alij portis sublimibus adstant.
At Iuno ex summo (qui nunc Albanus habetur,
Tum neq; nomen erat,neq; honos,aut gloria monti)
Prospiciens tumulo,campum spectabat,& ambas
Laurentum,Troumq; acies,vrbemq; Latini.
Extemplo Turni sic est affata sororem
Diua Deam,stagnis quæ fluminibusq; sonoris
Præsidet:hunc illi Rex ætheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate sacrauit.
Nympha decus fluuiorum,animo gratissima nostro,
Scis,vt te cunctis vnam,quæcunq; Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile,
Prætulerim,cæliq; libens in parte locarim,
Disce tuum,ne me incuses,Iuturna dolorem.
Qua visa est fortuna pati,Parcæq; sinebant
Cedere res Latio,Turnum,& tua mœnia texi:
Nunc iuuenem imparibus video concurrere fatis,

¶Ecphrasis.

& senes inualidi obsedere.i.occupauerunt turres, ac tecta domorū. Alij adstāt in portis sublimibus. At Iuno prospiciens e summo tumulo,qui nunc habetur.i.dicitur Albanus, sed tunc.i.in illis temporibus,neq; erat nomen,neq; honos, aut gloria monti,spectabat,inquam,Iuno campum, & ambas acies Troum & Laurentū.i.Latinorū,et urbem Latini Regis.Et extēplo Diua affata est sic sororē Turni.i. Iuturnam Deam,quæ præsidet stagnis & fluminibus sonoris impulsu undarum. Iuppiter Rex altus ætheris sacrauit.i.dedicauit hūc honorem,ut aquis præesset, pro uirginitate erepta illi,dixitq; Iuno. O Iuturna Nympha decus fluuiorum,& gratissima nostro animo,tu scis, ut.i.quēadmodū ego prætulerim te cunctis Nymphis alijs,quæcunq; Nymphæ Latinæ ascenderunt cubile Iouis ingratum, id est, ipsius ingrati,& tu scis,ut ego libens.i.uolens locarim te in parte cæli.i.immortalitatis.Ideo o Iuturna disce tuū dolorem,ne postea incuses me.Ego texi, id est, protexi Turnum,& tua mœnia,ea parte qua fortuna uisa est pati, & ea parte qua Parcæ sinebant res cedere.i. succedere Latio,id est,Latinis.Sed nūc ego uideo iuuenem Turnū fratrem tuū concurrere fatis imparibus,quia fata Aeneæ fauēt,

Parcarumq́ dies, & vis inimica propinquat,
Non pugnam aspicere hanc oculis, non fœdera possum,
Tu pro germano, si quid præsentius audes,
Perge, decet: forsan miseros meliora sequentur.
Vix ea: cum lachrymas oculis Iuturna profudit,
Terq́, quaterq́ manu pectus percussit honestum,
Non lachrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno,
Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti:
Aut tu bella cie, conceptumq́ excute fœdus:
Autor ego audendi: sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis,
Interea Reges (ingenti mole Latinus
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum al. cõtinuò al. inuehitur.
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro:

¶ Ecphrasis.

& dies Parcarum, & uis inimica propinquat Turno. Ego non possum aspicere oculis hanc pugnam, & fœdera. Tu perge, si audes aliquid præsentius pro germano, id est, in fauorem illius, quia decet, id est, quod pro germano feceris, honestum est, & forsan meliora sequentur miseros, id est, succedent. Vix Iuno ea locuta est, id est, effata, cum Iuturna profudit lachrymas oculis, & percussit ter & quater, id est, sæpissime manu pectus honestum. Tunc Iuno Saturnia, id est, Saturni filia ait. Hoc tempus non est dandum lachrymis, sed accelera, & eripe fratrem morti, id est, a morte, si quis est modus eripiendi. Aut tu cie, id est, concita bella, & excute, id est, perturba fœdus conceptum, quia ego sum tibi author audendi facere hoc. Et Iuno exhortata sic Iuturnam, reliquit illam incertam, id est, dubiam, & turbatam vulnere, id est, dolore tristi mentis. Interea, id est, dum hæc fiunt, Reges, uerbum est infra procedunt. Latinus Rex uehitur curru qudrijugo mole ingenti, id est, apparatu magno. Cui Latino bis sex. id est, duodecim radij aurati cingunt circum, id est, coronant tempora fulgentia, appositiue, specimen, id est, ornamentum Solis aui sui, qui secundum Hesiodum Cyrces & Vlyssis filius fuit. Turnus crispans, id est, uibrans bina hastilia lati ferri manu it in bigis albis, id est, curru bijugo.

Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cælestibus armis,
Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris, puraq; in veste sacerdos
Ex Homeri Iliad.li. 19. Setigeræ foetum suis, intonsamq; bidentem
Attulit, admouitq; pecus flagrantibus aris,
Illi ad surgentem conuersi lumina Solem
Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisq; altaria libant.
Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
Iam melior, iam Diua precor, tuq; inclyte Mauors,
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques;
Fontesq;, fluuiosq; voco, quæq; ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo sunt numina ponto,
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
Conuenit Euandri victos discedere ad vrbem,

¶Ecphrasis.

Hinc.i.ex parte diuersa Aeneas pater origo stirpis Romanæ, & iuxta illũ Ascanius altera spes magnæ Romæ, procedunt castris, & sacerdos in ueste pura attulit fœtum suis setigeri, id est, porcellum, & bidentem intonsam, id est, pecudem. Et admouit pecus, id est, porcum, & ouem aris flagrantibus, & illi conuersi lumina, id est, habentes oculos conuersos ad Solem surgentem, id est, orientem, dant manibus fruges salsas.i.molã, & notãt.i designant ferro summa tẽpora pecudũ, & libant altaria pateris, id est, pateras altaribus. Et tũc pius Aeneas precatur sic ense stricto. Sol esto, id est, sit mihi testis, & hæc terra sit testis mihi precanti, propter quam potui perferre tantos labores. Et o pater omnipotens, & tu o Iuno Saturnia, & tu o Mauors inclyte, qui pater torques cuncta bella tuo sub numine, precor estote testes mihi. Et ego inuoco fontes. & fluuios, & religionẽ, id est, Deum, quæcunq; religio est ætheris alti, & inuoco numina, quæ sunt in ponto cæruleo.i.uiridi. Si fors .i. forte uictoria cesserit Turno Ausonio.i. Itado & indigenæ, cõuenit.i.sit hæc cõuẽtio, Teucros uictos discedere ad urbẽ Euãdri,

Cedet Iulus agris, nec post arma vlla rebelles Lex pacis
Aeneadæ referent, ferro ve hæc regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem,
Vt potius reor, & potius Dij numine firment,
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes æterna in fœdera mittant.
Sacra Deosq; dabo, socer arma Latinus habeto:
Imperium solenne socer: mihi mœnia Teucri
Constituent, vrbiq; dabit Lauinia nomen.
Sic prior Aeneas: sequitur sic deinde Latinus
Suspiciens cælum, tenditq; ad sydera dextram:
Hæc eadem Aenea, terram, mare, sydera iuro,
Latonæq; genus duplex, Ianumq; bifrontem,
Vimq; Deum infernam, & diri sacraria Ditis:
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit:
Tango aras, mediosq; ignes, & numina testor,
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet.

¶ Ecphrasis.

& Iulus cedat agris, id est, recedat, nec Aeneadæ, id est, Troiani rebelles referēt, id est, renouabunt ulla arma, aut lacessent ferro, id est, prouocabunt hæc regna. Sin pro sed si uictoria annuerit nobis nostrum Martem, id est, bellum, id est, uicero, ut potius reor. i. puto & opto, & hoc confirment Dij potius numine, id est, autoritate sua, ego non iubebo Italos parere mihi aut Teucris, nec peto mihi regna, sed ambæ gentes, scilicet, Troiani & Latini inuictæ mittent se in fœdera æterna paribus legibus, id est, æquo iure. Ego dabo sacra & Deos. i. religionem. Et Latinus socer habeto, id est, habeat arma, & imperium solēne. Teucri constituēt mihi mœnia i. cōdent, & Lauinia dabit nomē urbi. Aeneas prior sic locutus est, & Latinus suspiciēs cælū tēdit dextrā ad sydera. O Aenea, ego iuro hæc eadem numina, quæ iurasti. s. terrā, mare, sydera, & duplex genus Latonæ. i. Apollinē & Dianam, & Ianum bifrontē. i. bicipitē, & uim Deorū infernā, & sacraria. i. secreta sacramēta Ditis diri. i. Plutonis. Et genitor. i. Iuppiter, qui sancit fœdera fulmine. i. sanctificat, audiat hæc, et dicēs hæc, tāgo aras, et ignes medios, quod idem est, & testor numina. Nulla dies rumpet Italis hanc pacem, & hæc fœdera.

Quo res cunq; cadent: nec me vis vlla volentem
Auertet, non si tellurem effundat in vndas
Diluuio miscens, cælum ve in tartara soluat, *Ex Homeri Ilia. li. j.*
Vt sceptrum hoc (dextra sceptrum nam forte gerebat)
Nnunquam fronde leui fundet virgulta, nec vmbras,
Cum semel in syluis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitq; comas, & brachia ferro
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribusq; dedit gestare Latinis.
Talibus inter se firmabant fœdera dictis
Conspectu in medio procerum: tum rite sacratas
In flammam iugulant pecudes, & viscera viuis
Eripiunt, cumulantq; oneratis lancibus aras.
At vero Rutulis impar ea pugna videri
Iamdudum; & vario misceri pectora motu.
Tum magis, vt propius cernunt non viribus æquis;
Adiuuat incessu tacito progressus, & aram

¶ *Ecphrasis.*

quocunq; i. In quācūq; partem res cadent. i. accidēt. Nec ulla uis auertet me. i. prohibebit uolētē, non, inquā, auertet, si pro quāuis uis illa miscēs cælū diluuio effundat tellurē in undas, & soluat cælū in tartara. Ita, inquā, hoc erit, ut. i. quēadmodum hoc sceptrum, & per parenthesim interposuit poeta dicēs, nā forte gerebat dextra sceptrū Rex, nūquā fundet uirgulta. i. germina, nec umbras. i. frondes, cum. i. posteaquā recisum semel in syluis de imo stirpe. i. arbore caret matre. i. arboris, unde recisum est, alimēto, & ipsum sceptrū olim arbos. i. arboris materia posuit. i. amisit comas. i. frōdes, et brachia. i. ramos ferro. i. securi, & nunc manus artificis inclusit hoc sceptrum ære decoro, & dedit illud gestare, id est, ad gestandum patribus, id est, regibus Latinis. Itaq; Aeneas & Latinus confirmabant inter se fœdera talibus dictis in medio cōspectu procerū. Tū. i. deinde iugulāt rite in flammam pecudes sacratas, id est, sacrificio designatas, & eripiūt uiscera illis uiuis pecudibus, & cumulant. i. implent aras lancibus oneratis, id est, plenis extorum. At uero ea pugna uideri, id est, uidebatur impar Rutilis iam dudum, id est, paulo ante, & pectora illorum misceri pro miscebantur motu uario. Sed tunc magis ut, id est, posteaquam cernunt propius, concurrere illos uiribus non æquis.

Suppliciter venerans, demisso lumine Turnus,
Pubentesq́ genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
Sermonem, & vulgi variare labantia corda,
In medias acies formam assimulata Camerti,
Cui genus a proauis ingens, clarumq́ paternæ
Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.
In medias dat sese acies, haud nescia rerum,
Rumoresq́ serit varios, ac talia fatur:
Non pudet o Rutuli cunctis pro talibus vnam
Obiectare animam? numero ne, an viribus æqui
Non sumus? en omnes, & Troes, & Arcades hic sunt,
Fatalisq́ manus infensa Hetruria Turno:
Vix hostem alterni, si congrediamur, habemus.
Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris,
Succedet fama, viuusq́ per ora feretur:
Nos patria amissa dominis parere superbis

Tyberius Donatus legit, Tabentesque genæ.

¶*Ecphrasis.*

Sed Turnus progressus ingressu tacito, & uenerans suppliciter aram lumine demisso, & genæ, id est, maxillæ pubentes, id est, florentes, & pallor in corpore iuuenili adiuuant, id est, augent hanc mentem Rutulorum. Quem sermonem Rutulorum ut Iuturna uidit crebrescere, id est, frequentari, & uidit corda vulgi labantia, id est, uacillantia uariare, id est, titubare, ipsa assimulata formam Camerti, haud nescia rerum, dat sese in medias acies, & serit rumores uarios, & interponit, quis fuisset Camertes ille, dicens. Cui erat genus ingens, & clarum iam inde a proauis, & cui erat nomen uirtutis, id est, fortitudinis paternæ, & ipse erat acerrimus, id est, fortissimus armis. Et Iuturna in specie Camertis fatur talia. O Rutuli, non pudet uos obiectare, id est, obijcere unam animã, id est, uitam unius hominis pro cunctis uobis? An ne. i. nõ sumus æqui. i. æquales Troianis numero & uiribus? quasi dicat sumus. En hic sunt omnes Troes, & Arcades, & Hethruria infensa Turno, apposi. manus fatalis, id est, fato huic bello seruata propter Mezentium. Si nos alterni, id est, bini cõgrediamur, uix habemus hostem, quia multo plures sumus. Ille quidem, s. Turnus succedet fama ad superos, quorũ aris deuouet se, & ille uiuus per gloriã, feretur per hora hominũ, sed nos amissa patria

Cogemur, qui nunc lenti consedimus aruis.
Talibus incensa est iuuenum sententia dictis
Iam magis, atq; magis, serpitq; per agmina murmur.
Ipsi laurentes mutati, ipsiq; Latini,
Qui sibi iam requiem pugnæ, rebusq; salutem
Sperabant: nunc arma volunt, fœdusq; precantur
Infectum, & Turni sortem miserantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit, & alto
Dat signum cælo, quo non præstantius vllum
Turbauit mentes Italas, monstroq; fefellit.
Nanq; volans rubra fuluus Iouis ales in æthra
Littoreas agitabat aues, turbamq; sonantem
Agminis aligeri, subito cum lapsus ad vndas
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus vncis.
Arrexere animos Itali: cunctæq; volucres
Conuertunt clamore fugam (mirabile visu)
Aetheraq; obscurant pennis, hostemq; per auras
Facta nube premunt, donec vi victus, & ipso
Pondere defecit, prædamq; ex vnguibus ales.

¶ *Ecphrasis.*

cogemur parere Troianis dominis superbis, qui nunc consedimus lenti, id est, pi-gri in aruis. Tunc sententia iuuenum incensa est talibus Iuturnæ dictis, & murmur huius sententiæ serpit iam magis & magis per agmina. Et ipsi Laurentes, & ipsi Latini, qui sperabant iam requiem .i. cessationem pugnæ, & salutem rebus suis, nunc uolunt arma, & precantur fœdus infectum .i. non fuisse factum, & miserantur sortem Turni iniquam. Iuturna adiungit his superioribus aliud maius, quia dat signum ab alto cælo, quo signo non ullum aliud præstantius, id est, maius turbauit mentes Italas .i. Italorum, & fefellit illas mõstro .i. augurio. Nam ales Iouis fuluus .i. aquila nigra uolans in æthra .i. æthere, rubra .i. cælo igneo, agitabat .i. insequebatur aues littoreas, puta cygnos, & agitabat turbam sonantem agminis aligeri .i. auium, cum ipse ales .i. aquila subito lapsus ad undas rapit pedibus uncis cygnum excellentem. Itali, scilicet, id uidentes arrexere, id est, conuerterũt animos, id est, mẽtem Et cũctæ uolucres cõuertũt fugã clamore, et obscurant .i. inumbrant æthra .i. aerem alis, et facta nube premunt .i. insequuntur hostẽ per auras, donec uictus ui ales ille, & ipso pondere .i. mole sua defecit, & ales ille.

Proiecit fluuio, penitusque in nubila fugit.
Tum vero augurium Rutuli clamore salutant,
Expediuntque manus: primusque Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petiui.
Accipio, agnoscoque Deos: me me duce ferrum
Corripite o Rutuli, quos improbus aduena bello *al. miseri*
Territat, inualidas vt aues, & littora vestra
Vi populat: petet ille fugam, penitusque profundo
Vela dabit: vos vnanimi densate cateruas,
Et Regem vobis pugna defendite raptum.
Dixit: & aduersos telum contorsit in hostes
Procurrens: sonitum dat stridula cornus, & auras
Certa secat: simul hæc, simul ingens clamor, & omnes
Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.
Hasta volans, vt forte nouem pulcherrima fratrum
Corpora constiterant contra, quos fide crearat
Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gilippo,

¶ *Ecphrasis*

Proiecit fluuio.i.in fluuium prædam ex unguibus, & fugit penitus.i.longe in nubila. Tum uero Rutuli salutant augurium clamore, quia sibi fauebat, & expediunt manus ad pugnam, et Tolumnius augur primus inquit. Hoc augurium erat, quod ego semper petiui uotis. Ego accipio, & agnosco Deos. O Rutuli corripite me me duce.i.authoritate mea ferrũ, quos uos aduena improbus territat bello, ut aues inualidas aquila territabat, & populat pro populatur ui uestra littora. Ille petet fugã, & penitus dabit uela.i.nauigabit profundo.i.mari. Igitur uos, dico, o Rutuli unanimi.i.concordes densate cateruas, & defendite pugna.i.pugnãdo Regem uestrũ Turnum raptum uobis. Dixit Tolumnius, & procurrens contorsit telum in hostes aduersos, & cornus stridula.i hasta cornea sonans dat sonitũ, & illa certa secat auras. Hæc cornus simul it, & ingens clamor simul it. Tũc cunei i.cohortes, turbati sunt, & corda sunt calefacta tumultu illo. Nam hasta illa uolans transadigit, id est, transuerberat costas unum.i.unius horum nouem, quos narrabit, ut forte corpora pulcherrima nouem fratrum constiterant contra, id est, ex aduerso, quos fratres una coniux fida Tyrrhena, id est, Tusca crearat Gilippo Arcadio, qui ex Arcadia forte uenerat cum Euandro, transadigit, inquam,

Horum vnum ad medium, teritur qua sutilis aluo
Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet,
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis
al. effundit Transadigit costas, fuluaque extendit arena.
At fratres animosa phalanx, accensaque luctu,
Pars gladios stringunt manibus: pars missile ferrum
Corripiunt, cæcique ruunt, quos agmina contra
Procurrunt Laurentum: hinc densi rursus inundant
Troes, Agillinique, & pictis Arcades armis.
al. idem ar Sic omnes amor vnus habet decernere ferro.
dor habet. Diripuere aras: it toto turbida cælo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit hymber:
Craterasque, focosque ferunt: fugit ipse Latinus
Pulsatos referens infecto fœdere Diuos.
Infrenant alij currus, aut corpora saltu
Subijciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
Messapus Regem, Regisque insigne gerentem
Tyrrhenum Aulesten, auidus confundere fœdus

¶ Ecphrasis.

horum fratum unum iuuenem egregium forma, & armis fulgentibus, ea parte qua balteus sutilis teritur ad mediam aluum, & ea parte qua fibula mordet iuncturas laterum, & effundit .i. sternit illum in arena fulua. At fratres reliqui oppositi phalanx animosa, & accensa luctu propter fratris mortem, pars illorū stringunt gladios manibus, & pars corripiunt ferrum missile, id est, hastas, & cæci, id est, perturbati ruunt .i. impetum faciunt, contra quos fratres agmina Laurentū procurrunt. Hinc .i. ex parte aduersa Troes densi rursus, id est, econtrario inundant, id est, undatim in pugnam descendunt, & præter Troes, & .i. etiam Agillini, & Arcades cum armis pictis. Sic unus amor habet omnes decernere ferro, id est, ad decertandum armis. Tunc diripuerunt aras, id est, stipites ex aris, & tempestas turbida telorum it toto cælo, id est, in totum cælum, & hymber ferreus .i. tela in modum hymbris, ingruit .i. cadit, & ferunt in pugnā crateras, & faces. Et ipse Latinus fugit referēs Diuos pulsatos .i. uiolatos fœdere infecto .i. irritato. Alij infrenāt currus .i. equos currum, aut subijciūt in equos corpora, id est, insiliunt saltu, & adsunt ensibus strictis. Messapus auidus confundere fœdus,

Aduerſo proterret equo: ruit ille recedens,
Et miſer oppoſitis a tergo voluitur aris
In caput, inque humeros: at feruidus aduolat haſta
Meſſapus, teloque orantem multa trabali
Deſuper altus equo grauiter ferit, atque ita fatur:
Hoc habet, hæc melior magnis data victima Diuis.
Concurrunt Itali, ſpoliantque calentia membra.
Obuius ambuſtum torrem Chorineus ab ara
Corripit, & venienti Ebuſo, plagamque ferenti
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit, al. olli
Nidoremque ambuſta dedit: ſuper ipſe ſecutus
Cæſariem leua turbati corripit hoſtis,
Impreſſoque genu nitens terræ applicat ipſum,
Sic rigido latus enſe ferit. Podalirius Alſum
Paſtorem, primaque acie per tela ruentem
Enſe ſequens nudo ſuperimminet: ille ſecuri
Aduerſi frontem mediam, mentumque reducta
Diſijcit, & ſparſo late rigat arma cruore. al. diſcidit

¶ *Ecphraſis.*

Proterret. i. perturbat equo aduerſo Auleſten Tyrrhenum Regem, & gerentem inſigne Regis, id eſt, diadema. Ille recedens, id eſt, retrocedẽs ruit, & miſer. i. infelix uoluitur, id eſt, cadit aris oppoſitis a tergo, uoluitur, inquam, in caput, & in humeros. At tunc Meſſapus feruidus aduolat cum haſta, et ipſe altus equo deſuper ferit grauiter telo trabali, id eſt, ad trabis magnitudinem, illum orantem multa, & fatur ita. Hoc habet, hoc eſt, lætali percuſſus eſt vulnere, & hæc uictima melior eſt data magnis Diuis, quam ea, qua fœdus eſt ſancitum. Tunc Itali concurrunt, & ſpoliãt membra calentia. Chorineus corripit ab ara torrem. i. ſtipitẽ obuſtum, & occupat flammis os Ebuſo uenienti, & ferenti plagam. i. ictum. Barba ingens reluxit illi, & barba illa ambuſta dedit nidorem. Et inſuper ipſe ſecutus eſt, & corripit læua cæſariem hoſtis turbati, & innitens genu impreſſo applicat ipſum terræ, id eſt, ad terram. Et deinde ferit latus enſe rigido. Podalirius ſequens enſe nudo Alſum paſtorem ruentem per tela in prima acie ſuperemінet, & ille reducta, id eſt, librata ſecuri diſijcit, id eſt, diffindit mediam frõtẽ & mentum illius Podalirij aduerſi. i. oppoſiti, & rigat deinde arua cruore ſparſo.

Mors. Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
Nudato capite, atq; suos clamore vocabat.
Quo ruitis? quæ ve ista repens discordia surgit?
O cohibete iras, ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges, mihi ius concurrere soli.
sinite al', Me sinite, atq; auferte metus, ego fœdera faxo
auferte. Firma manu: Turnum iam debent hæc mihi sacra.
Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce viro stridens alis allapsa sagitta est:
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta.
Quis tantam Rutulis laudem casus ve, Deus ve
Attulerit: pressa est insignis gloria facti,
Nec sese Aeneæ iactauit vulnere quisquam.
Turnus vt Aeneam cedentem ex agmine vidit,
Turbatosq; duces, subita spe feruidus ardet.
Poscit equos, atq; arma simul: saltuq; superbus.

¶ *Ecphrasis.*

Quies dura.i.difficilis somnus, hoc est, mors; & somnus ferreus, quod idē est, urget.i.premit oculos illius.s.Podalirij, & lumina.i.oculi clauduntur in mortē æternam; quia nunquam resurget, quēadmodū ex somno solent homines excitari. At tunc Aeneas pius tendebat dextram inermem capite nudato, & reuocabat suos ex pugna, dicens. O Troiani, quo ruitis? uel quæ ista discordia repēs surgit? O cohibete iras.i.ne ruatis in pugnā, quia iam fœdus ictum est, & omnes leges, id est, pugnæ conditiones sunt compositæ, & mihi soli ius.i. fas est concurrere. Ideo sinite me concurrere, atq; auferte metus.i.ne timueritis, quia ego faxo .i.faciam fœdera firma manu mea. Quia hæc sacra debēt mihi Turnum, subaudi, occidendum. Et ecce subito sagitta allapsa est alis, id est, plumis uiro, id est, Aeneæ, inter has uoces, & inter Aeneæ uerba media. Quis casus, id est, fortuna, uel quis Deus attulerit tātā laudē Rutilis, subaudi nescitur, qa insignis huius facti gloria pressa.i.suppressa, & obscurata est. Neq; qsquā iactauit se.i.gloriatus est vulnere Aeneæ. Sed Turn9, ut uidit Aeneā recedentē ex agmine.i.exercitu, et uidit duces turbatos, ipse feruid9 spe subita ardet, et simul poscit equos et arma, et ille super-

Emicat in currum, & manibus molitur habenas,
Multa virum volitans dat fortia corpora leto,
Semineces voluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atq; furentes *alii, intonat.*
Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos, Zephyrumq; volant: gemit vltima pulsu
Thraca pedum: circumq; atræ formidinis ora
Iræq;, insidiæq; Dei comitatus aguntur:
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis
Hostibus insultans, spargit rapida vngula rores
Sanguineos, mistaq; cruor calcatur arena.
Iamq; neci Sthenelumq; dedit, Thamyrimq;, Polumq;,
Hunc congressus, & hunc, illum eminus: eminus ambos *al. ambo.*
Imbrasidas Glaucum, atq; Ladem, quos Imbrasus ipse

¶ *Ecphrasis.*

bus emicat saltu, id est, ascendit in currũ, & molitur, id est, tractat habenas manibus. Et ipse uolitans dat lœto, id est, morti multa corpora fortia uirorum, & uoluit multos, id est, deijcit in terram semineces, id est, semimortuos, aut proterit, id est, conculcat curru agmina hostium, aut ingerit illis fugientibus hastas inter fugiendũ raptas. Deinde cõparationẽ ponit dicens, qualis Mauors. i. Mars sanguineus. i. cruentus cum concitus. i. cõmotus in pugnam intonat. i. fremit clypeo ad flumina Hebri gelidi. i. Thracis, quia Thracia frigida est, atq; mouẽs bella immittit. i. laxat equos furentes, & illi equi uolãt in æquore aperto ante Notos et Zephyrum uentos. Et ultima Thraca, id est, Thracia gemit. i. tremit pulsu pedũ. Iræ & insidiæ appositiue ora. i. facies atræ formidinis, & iterũ. appo. comitatus Dei Martis aguntur circum. i. in circuitu. Talis Turnus alacer quatit equos fumantes sudore inter media prælia, Turnus, dico, insultãs hostibus cæsis, & ungula æquorum rapida spargit rores sanguineos, & cruor calcatur harena mixta. Et iam dedit neci. i. occidit Sthenelum, & Thamarim, & Polum, occidit, inquam, hunc et hunc. i. duos ex illis congressus cum illis comminus, et illũ eminus. Et occidit eminus Glaucum atq; Ladem ambos Imbrasidas. i. Imbrasi filios, quos Imbrasus ipse

Nutrierat Lycia,paribusq; onerauerat armis,
Vel conferre manum,vel equo præuertere ventos.
Parte alia media Eumedes in prælia fertur,
De Dolone uide Homе. Ilia. li. x. Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auum referens,animo,manibusq; parentem:
Qui quondam,castra vt Danaum speculator adiret,
Ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus,
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit pretio,nec equis aspirat Achillis.
al', pspexit. Hunc procul vt campo Turnus conspexit aperto;
Ante leui iaculo longum per inane secutus
Sistit equos bijuges,& curru desilit,atq;
Semianimi,lapsoq; superuenit,& pede collo
Impresso,dextra mucronem extorquet,& alto
Fulgentem tinxit iugulo:atq; hæc insuper addit:
En agros,& quam bello Troiane petisti
Hesperiam metire iacens:hæc præmia,qui me
Ferro ausi tentare,ferunt:sic mœnia condunt.

¶Ecphrasis.

nutrierat in Lycia,& onerauerat armis paribus,uel conferre manum,id est, conserere pugnam,uel præuertere,id est,præuenire equo uentos. Parte alia cãpi Eumedes proles,id est,filius antiqui Dolonis,præclara bello fertur in media prælia. Eumedes,dico,referens nomine auum,& referens parentem Dolonem animo.i. animositate et manibus. Qui Dolõ, ut speculator adiret castra Danaorũ,ausus est poscere sibi currum,id est,equos Pelidæ, id est, Achillis precium, id est, in mercedem suæ audaciæ. Sed Tydides, id est, Diomedes affecit illum alio precio,id est,pœna pro talibus ausis,nec aspirat equis Achillis,id est,peruenit. Vt Turnus prospexit hunc Eumedem procul campo aperto,ipse secutus illum ante iaculo leui per inane.i. spacium aeris longũ sistit.i.stare facit equos bijuges,& desilit curru,atq; superuenit illi elapso,atq; exanimi.i.mortuo, & pede impresso collo.i.in collum illius extorquet mucronem dextræ.i.a dextra,& tinxit.i. madefecit illum fulgẽtẽ in iugulo alto.i. pfundo,& insuper addit hæc. O Troiane,en.i.ecce tu iacẽs metire.i.occupa agros & hesperiã,quã petisti bello. Illi,qui ausi sunt tentare me.i.lacessere ferro,hæc præmia ferũt. Et sic cõdũt mœnia.i.urbẽ,ut tu nũc iacẽs.

Huic

Huic comitem Asbutem, coniecta cuspide mittit, alij Sabarimq́;
Chloreaq́; , Sibarimq́; , Daretaq́; , Thersilocumq́; ,
Et sternacis equi lapsum ceruice Tymœten.
Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto
Insonat Aegæo: sequiturq́; ad littora fluctus,
Qua venti incubuere, fugam dant nubila cœlo:
Sic Turno, quacunq́; viam secat, agmina cedunt,
Conuersæq́; ruunt acies, fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura volantem.
Non tulit instantem Phegeus, animisq́; frementem,
Obiecit sese ad currum, & spumantia frenis
Ora citatorum dextra contorsit equorum. al. detorsit
Dum trahitur, pendetq́; iugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitq́; infixa bilicem
Loricam, & summum degustat vulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat:
Quem rota præcipitem, & procursu concitus axis

¶ Ecphrasis.

Et mittit Asbuten comitem huic, illũ quoq; occidendo cuspide coniecta, et Chlorea, & Sibarim, & Dareta, et Thersilocũ, & Thymœtẽ lapsum ex ceruice equi sternacis, id est, calcitrosi, & qui facile sessorem sternit. Ac ueluti, id est, quemadmodum spiritus, id est, uentus Boreæ Edoni, id est, Thracij, cum insonat alto, id est, sonitum facit in alto, id est, mari Aegæo, & ea parte, qua uenti incubuerunt, fluctus sequitur ad littora, et etiã nubila dant fugam cælo, id est, per cælum: sic, i. eodem modo agmina cedunt Turno, & acies conuersæ ruunt ea parte, qua secat uiam, id est, it. Et impetus fert ipsum; & aura quatit cristam uolantem curru aduerso, id est, opposito contra auram. Sed Phegeus non tulit illum instantem & frementem animis, id est, ira, et obiecit sese, id est, opposuit ad currum, & dextra sua detorsit. i. flexit ora spumantia frenis equorũ citatorũ. id est, concitatorum. Et dum trahitur, id est, raptatur iugis, & currus iugis pendet, lancea lata consequitur hunc retectum, id est, apertum & exarmatum, & lancea illa infixa rupit loricam bilicem. i. duplicem, & degustat: i. perstringit uulnere summũ corpus. i. corporis summitatẽ. Ille tamen ibat in hostem cõuersus:

Impulit, effuditq; solo: Turnusq; secutus
Imam inter galeam, summi thoracis & oras
Abstulit ense caput, truncumq; reliquit arena.
Atq; ea dum campis victor dat funera Turnus,
Interea Aeneam Mnestheus, & fidus Achates,
comes alij puer — Ascaniusq; comes castris statuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus.
Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioq; viam, quæ proxima, poscit,
Ense secent lato vulnus, teliq; latebram
Rescindant penitus, seseq; in bella remittant.
alij Iapix. — Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iasides, acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Augurium, citharamq; dabat, celeresq; sagittas.
Ille, vt depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, vsumq; medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

¶ *Ecphrasis.*

clypeo obiecto, & petebat auxilium a socijs mucrone, id est, ense educto, quem præcipitem, id est, præcipitatum rota & axis concitus procursu, id est, incursu impulit, & effudit solo, id est, in terram, & Turnus secutus abstulit caput ense inter imam galeam & oras thoracis summi, id est, in ipsa thoracis & galeæ compage, & reliquit truncum, id est, illū capite truncatum in arena. Atque dum Turnus uictor dat ea funera, id est, strages in campis, Interea Mnestheus & Achates fidus & Ascanius puer statuerunt in castris Aeneam cruentum, nitentem lōga cuspide gressus alternos .i. alternatim ambulātē cuspide & altero crure. Sæuit Aeneas, & luctatur eripere telum arundine sagittæ infracta, & poscit uiam, quæ erat proxima auxilio, scilicet, quod secent uulnus ense lato, id est, uulnus ense latum faciant, & rescindant penitus latebras teli, & remittāt iterum sese in bella. Et iam Iapis medicus dilectus Phœbo, qui medicinæ est inuentor, ante omnes alios Troianos aderat, Iapis, dico, Iasides .i. Iasi filius. Cui Iapidi Apollo lætus, captus quōdam amore acri, id est, uehementi illius, dabat augurium et citharam et sagittas celeres. appo. suas artes et munera, sed ille maluit

Stabat acerba fremens ingentem nixus in hastam
Aeneas, magno iuuenum, & mœrentis Iuli
Concursu, lacrymisq; immobilis: ille retorto
Pæonium in morem senior succinctus amictu
Multa manu medica, Phœbiq; potentibus herbis
Nequicquam trepidat, nequicquam spicula dextra
Sollicitat, prensatq; tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam fortuna regit, nihil autor Apollo
Subuenit, & sæuus campis magis, ac magis horror
Crebrescit, propiusq; malum est: iam puluere cœlum
Stare vident. subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt medijs: it tristis ad æthera clamor
Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentum.
Hic Venus indigno nati concussa dolore
Dictamum genitrix Cretæa capit ab Ida, *alij Dictamnum*
Puberibus caulem folijs, & flore comantem

¶*Ecphrasis.*

scire potestates herbarum, & usus medendi, & inglorius agitare artes mutas, id est, obscuras, qualis est medicina, ut proferret, id est, extenderet fata, id est, uitam parentis depositi, id est, desperati. Aeneas stabat nixus in hastam ingentem, fremens acerba pro acerbe, idq; magno concursu iuuenum & Iuli mœrentis, et stabat Aeneas immobilis lachrymis. Sed ille Iapis senior succinctus amictu retorto, id est, reducto in morem Pæonium, id est, medicum, trepidat, id est, festinat multa manu medica, & herbis potentibus Phœbi. sed omnia nequicquam, id est, frustra, et solicitat, id est, labefactat spicula, id est, sagittam nequicquam, id est, frustra dextra, et uersat, prensatq; ferrum sagittæ forcipe tenaci. Sed nulla fortuna regit uiam, qua sagitta exeat, et Apollo medicinæ autor nhil subuenit, et interea sæuus armorũ horror crebrescit magis et magis, et malum est propius. i. appropinquat. Quia iam uident cælum stare. i. squalere puluere, et equites fugiẽtes subeunt castra, et spicula densa cadunt in medijs castris. Clamor tristis iuuenum bellantum et cadentum sub Marte duro it. i. ascendit ad æthera. Hic. i. tunc Venus genitrix Aeneæ concussa dolore indigno nati carpit dictamũ herbã medicis notam ab Ida Cretæa, ad differentiã Idæ Troianæ dixit: dictamũ dico, caulẽ comantẽ folijs puberibus, et comantẽ. i. florentem flore purpureo. Illa gramina. i. herbæ

Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.
Hoc Venus obscuro faciem circundata nimbo
Detulit: hoc fusum labris splendentibus amnem
Inficit, occulte medicans, spargitq; salubreis
Ambrosiæ succos, odoriferam Panaceam.
alij Iapix Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapis
Ignorans, subitoq; omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo vulnere sanguis.
Iamq; secuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit: atq; nouæ rediere in pristina vires.
alij Iapix. Arma citi properate viro: quid statis? Iapis
Conclamat, primusq; animos accendit in hostes:
Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt: neq; te Aenea mea dextera seruat:
Maior agit Deus, atq; opera ad maiora remittit.
Ille auidus pugnæ, suras incluserat auro
Hinc atq; hinc, oditq; moras, hastamq; coruscat,

¶ *Ecphrasis.*

non sunt incognita immo cognita capris feris, cum sagittæ uolucres hæsere illarum tergo. Et Venus detulit hoc dictamum circundata faciem nimbo obscuro, ne posset a mortalibus conspici. Et Venus medicans occulte inficit hoc dictamo amnem, id est, aquam fusum in labris, id est, ahenis pendentibus, & spargit in aqua succos ambrosiæ herbæ salubres, & Panaceam odoriferam. Tunc Iapis lõgæuus ignorãs id, fouit uuln⁹ ea lympha. Et quippe .i. certe omnis dolor fugit subito corpore, & omnis sanguis stetit, id est, cessauit fluere in imo uulnere. Et iam sagitta secuta manum medici excidit nullo cogente, & uires nouæ rediere in pristina, id est, uirtutem priorem. Et Iapis conclamat: O uiri citi properate arma uiro Aeneæ, quid statis? & ita Iapis primus accendit animos, id est, iram Aeneæ in hostes, dicens. O Aenea hæc medicamenta non proueniunt opibus humanis, & arte medendi magistra. Et o Aenea mea dextera non seruat te, sed maior Deus agit, atq; remittit te ad opera maiora. Tunc ille Aeneas auidus pugnæ incluserat hinc atque hinc suras auro, id est, aureis tibialibus, & odit moras, & coruscat, id est, uibrat hastam. Sed postquam clypeus est habilis,

Postquam habilis lateri clypeus, loricaq́ tergo est,
Ascanium fusis circum complectitur armis,
Summaq́ per galeam delibans oscula fatur:
Disce puer virtutem ex me, verumq́ laborem,
Fortunam ex alijs: nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito mox, cum matura adoleuerit ætas,
Sis memor: & te animo repetentem exempla tuorum
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.
  Hæc vbi dicta dedit, portis sese extulit, ingens
Telum immane manu quatiens, simul agmine denso
Antæus, Mnestheusq́ ruunt, omnisq́ relictis alij Antesq́.
Turba fluit castris: tum cæco puluere campus
Miscetur, pulsuq́ pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerso venientes aggere Turnus,
Videre Ausonij, gelidusq́ per ima cucurrit
Ossa tremor: prima ante omnes Iuturna Latinos:

¶ Ecphrasis.

id est, aptatus lateri, & lorica est aptata tergo, complectitur Ascanium armis, id est, brachijs armatis circumfusis, & delibans oscula summa per galeam fatur sic. O puer disce ex me uirtutem & laborem uerum, sed opta subaudi fortunam ex alijs, quoniam fortuna non discitur. Mea dextra nunc dabit te defensum bello, & ducet te inter magna præmia. Sed tu o Ascani facito, ut cum mox, id est, deinde ætas matura adoleuerit, sis memor huius facinoris mei præclari, & pater Aeneas & auunculus Hector, id est, matris tuæ frater excitet te repetētem exempla animosa, id est, fortia, tuorum, id est, sanguine tibi propinquorum. Aeneas ubi dedit hæc dicta, ipse ingẽs extulit sese portis castrorum, quatiens manu telum immane, id est, maximum, & simul Antæus, & Mnestheus, & omnis turba ruunt agmine denso, & omnis turba fluit relictis castris, atq; in campum procedit. Tunc campus miscetur puluere cæco ab effectu, & tellus excita, id est, commota pulsu pedum tremit. Turnus uidit illos uenientes ab aggere aduerso, & Ausonij etiam uiderunt illos, & tremor gelidus cucurrit per illorum ossa. Et Iuturna prima ante omnes Latinos audijt, & agnouit sonum Aeneæ aduentantis, & exterrita fugit. Ille Aeneas uolat, & ra-

Impetus Aeneæ.

Audijt, agnouitq́ sonum, & tremefacta refugit.
Ille volat, campoq́ atrum rapit agmen aperto.
Qualis vbi ad terras abrupto sydere nimbus
It mare per medium, miseris heu præscia longe
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, stragemq́ satis, ruet omnia late:
Ante volant, sonitumq́ ferunt ad littora venti:
Talis in aduersos ductor Rhœteius hostes
Agmen agit: densi cuneis se quisq́ coactis
Agglomerant. ferit ense grauem Thymbræus Osirim:
Archetium Mnestheus: Epulonem obtruncat Achates:
Vfentemq́ Gyas: cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.
Tollitur in cœlum clamor: versiq́ vicissim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipse neq́ aduersos dignatur sternere morti,
Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes

Malũ consilium consultori pessimum.

al. auersos

¶ *Ecphrasis.*

pit agmen atrum puluere campo aperto. Qualis nimbus it ad terras per medium mare sydere, id est, tempore abrupto, id est, tempestate magna, & heu corda præscia longe, id est, multo ante horrescunt agricolis, sed ille nimbus dabit ruinas arboribus, id est, sternet arbores, & dabit stragem agris satis. Et ruet, id est, euertet omnia late, & uenti uolant ante tempestatem, & ferunt sonitum tempestatis prænuncium ad littora. Talis ductor Rhœteius, id est, Aeneas agit, id est, cogit agmen in hostes aduersos, & quisque densi. i. constipati agglomerant se cuneis, id est, cohortibus coactis, id est, densis. Et Thymbræus ferit Osirim grauem ense, & Mnestheus ferit Archetium. Et Achates obtruncat Epulonem, & Gyas obtruncat Vfentem. Et Tolumnius ipse augur, cuius autoritate pugna est restaurata, cadit, qui Tolumnius primus torsit telum in hostes aduersos. Tunc clamor tollitur in cælum, & Rutuli uicissim, id est, rursus uersi fuga, dant per agros terga puluerulenta. Sed ipse Aeneas non dignatur sternere aduersos morti, nec insequitur illos congressos pede, nec equo, nec ferentes tela, sed uestigat solum Turnũ in densa pulueris caligine. Et lustrans omnia poscit illum solum in certamina. Tunc Iuturna concussa hoc

Insequitur: solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem Iuturna virago
Aurigam Turni media inter lora Metiscum (al. Methyscum.)
Excutit, & longe lapsum temone relinquit:
Ipsa subit, manibusque vndanteis flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemque, & corpus, & arma Metisci.
Nigra velut magnas domini cum diuitis ædes
Peruolat, & pennis alta atria lustrat hirundo
Pabula parua legens, nidisque loquacibus escas,
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna sonat: similis medios Iuturna per hostes
Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru:
Iamque hic germanum, iamque hic ostendit ouantem,
Nec conferre manum patitur, volat auia longe.
Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes,
Vestigatque virum, & disiecta per agmina magna

¶ *Ecphrasis.*

metu, id est, perturbatam habens mentem. ipsa uirago, id est, uiriles agens partes excutit Metiscum aurigam Turni inter media lora, & relinquit illum lapsum temone longe. i. procul. Et ipsa subit, id est, succedit, & flectit manibus habenas undantes, id est, fluctuantes, gerens cuncta Metisci aurigæ, scilicet, uocem & corpus & arma. Deinde ponit comparationem dicens: Veluti cum hirundo nigra peruolat ædes magnas Domini diuitis, & lustrat, id est, circumit pennis alta atria, gerens pabula parua, & escas nidis, id est, pullis loquacibus, & nunc, id est, aliquando sonat in porticibus uacuis, id est, amplis. nunc, id est, aliquando circum stagna humida. Iuturna similis hirundini fertur equis per medios hostes, & ipsa uolans obit, id est, circumit omnia cursu rapido, & ostendit germanum Turnum iam hic, & iam hic, id est, diuersis in locis ouantem. Nec patitur illum conferre manum, sed ipsa auia, id est, ab Aenea deuia uolat longe, id est, procul. Sed non minus Aeneas obuius legit, id est, eligit, & circuit certos orbes, & inuestigat uirū. i. Turnum, & uocat illum magna uoce per agmina disiecta. Et quoties Aeneas coniecit oculos in hostem Turnum, & tentauit cursu fugam alipedum equorum, id est, uelocium, toti-

Voce vocat, quoties oculos coniecit in hostem,
Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum,
Auersos toties currus Iuturna retorsit.
Heu quid agat? vario nequicquam fluctuat æstu:
Diuersæq; vocant animum in contraria curæ.
Huic Messapus, vti læua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro,
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, & se collegit in arma
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasq; excussit vertice cristas.
Tum vero assurgunt iræ: insidijsq; subactus
Diuersos vbi sensit equos, currumq; referri,
Multa Iouem, & læsi testatus fœderis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
Terribilis, sæuam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarumq; omneis effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba Deus, quis carmine cædes

¶*Ecphrasis.*

ens Iuturna retorsit, id est, deuiauit currus auersos. Heu quid agat Aeneas? quis fluctuat uario æstu, id est, feruore curarum nequicquam, id est, frustra, & curæ diuersæ uocant animum illius in contraria, id est, partes diuersas. Et uti prout Mesapus leuis, id est, eques forte gerebat duo hastilia præfixa ferro, contorquens dirigit huic. i. in hunc Aeneam unum horum hastilium ictu certo. Aeneas substitit, & subsidens poplite collegit se in arma, tamen hasta Messapi incita tulit, id est, rapuit & substulit summum apicem galeæ, & excußit ex uertice summas cristas. Tunc uero iræ assurgunt Aeneæ, & ipse subactus insidijs Iuturnæ, ubi sensit equos diuersos, id est, remotos longe, & currum referri, id est, retroferri. Ipse testatus multa, id est, multum Iouem & aras fœderis læsi, terribilis Aeneas iam tandem inuadit medios, id est, plebeios, & suscitat Marte secundo sæuam cædem, id est, stragem nullo discrimine, & effundit omnes habenas irarum. Quis Deus expediat, id est, memoret mihi nunc tot acerba. Virgilij sunt uerba hæc, & quis expediat mihi nunc carmine cædes diuersas & obitum ducum, id est, stragem, quos nunc, id est, aliquando Turnus inuicem a-

Diuersas, obitumque ducum, quos æquore toto
Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton placuit concurrere motu
Iuppiter æterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus
Excipit in latus, & qua fata celerrima, crudo
Transadigit costas, & crates pectoris ense.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremque Diorem
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, curruque abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanainque neci, fortemque Cethegum
Treis vno congressu, & mœstum mittit Onyten,
Nomen Echionium, matrisque genus Peridiæ.
Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exosum nequicquam bella Menœten

¶ *Ecphrasis.*

git, id est, insequitur toto æquore, id est, campo, & nunc, id est, aliquando heros Troius, id est, Aeneas. O Iuppiter placuit ne tibi, gentes, id est, Latinos & Troianos, futuras in pace æterna concurre tanto motu, id est, utriusq; exercitus detrimento. Aeneas excipit in latus Sucronem Rutulum, & transadigit, id est, transmittit ensem crudum per costas & crates pectoris, ea parte qua fata sunt celerrima, id est, mortiferi ictus, & per parenthesim interposuit, ea prima pugna statuit, id est, stare fecit loco Teucros ruentes, id est, fugientes. Turnus congressus pedes ferit Amycum deiectum equo, & Diorem fratrem illius, sed hunc, id est, Amycum uenientem ferit cuspide longa, hunc, id est, Diorem ferit ense, hoc enim est, mucrone, & suspendit curru capita duorum abscissa, & portat illa capita rorantia sanguine, id est, sparsa. Et ille Turnus mittit neci, id est, interficit Talon & Tanaim & Cethegum fortem, omnes tres uno congressu, id est, impetu & incursu, & Onyten mœstum. appositiue. nomẽ Echionium, id est, Thebanum, & genus Peridiæ matris, id est, filius. Hic etiam mittit neci fratres missos ex Lycia & ex agris Apollinis, id est, Apollini consecratis, & mittit neci iuuenem Menœten nequicquam, id est, frustra exosum bella,

Voce vocat. quoties oculos coniecit in hostem,
Alipedumque fugam cursu tentauit equorum,
Auersos toties currus Iuturna retorsit.
Heu quid agat? vario nequicquam fluctuat æstu:
Diuersæque vocant animum in contraria curæ.
Huic Messapus, vti læua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro,
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, & se collegit in arma
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasque excussit vertice cristas.
Tum vero assurgunt iræ: insidijsque subactus
Diuersos vbi sensit equos, currumque referri,
Multa Iouem, & læsi testatus fœderis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
Terribilis, sæuam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarumque omneis effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba Deus, quis carmine cædes

¶ *Ecphrasis.*

ens Iuturna retorsit, id est, deuiauit currus auersos. Heu quid agat Aeneas? quia fluctuat vario æstu, id est, feruore curarum nequicquam, id est, frustra, & curæ diuersæ uocant animum illius in contraria, id est, partes diuersas. Et uti pro ut Mesapus leuis, id est, eques forte gerebat duo hastilia præfixa ferro, contorquens dirigit huic. i. in hunc Aeneam unum horum hastilium ictu certo. Aeneas substitit, & subsidens poplite collegit se in arma, tamen hasta Messapi incita tulit, id est, rapuit & substulit summum apicem galeæ, & excußit ex uertice summas cristas. Tunc uero iræ assurgunt Aeneæ, & ipse subactus insidijs Iuturnæ, ubi sensit equos diuersos, id est, remotos longe, & currum referri, id est, retroferri. Ipse testatus multa, id est, multum Iouem & aras fœderis læsi, terribilis Aeneas iam tandem inuadit medios, id est, plebeios, & suscitat Marte secundo sæuam cædem, id est, stragem nullo discrimine, & effundit omnes habenas irarum. Quis Deus expediat, id est, memoret mihi nunc tot acerba. Virgilij sunt uerba hæc, & quis expediat mihi nunc carmine cædes diuersas & obitum ducum, id est, stragem, quos nunc, id est, aliquando Turnus inuicem a-

Diuersas, obitumq; ducum, quos æquore toto
Inq; vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton placuit concurrere motu
Iuppiter æterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus
Excipit in latus, & qua fata celerrima, crudo
Transadigit costas, & crates pectoris ense.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremq; Diorem
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, curruq; abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanainq; neci, fortemq; Cethegum
Treis vno congressu, & mœstum mittit Onyten,
Nomen Echionium, matrisq; genus Peridiæ.
Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exosum nequicquam bella Menœten

¶ *Ecphrasis.*

git, id est, insequitur toto æquore, id est, campo, & nunc, id est, aliquando heros Troius, id est, Aeneas. O Iuppiter placuit ne tibi, gentes, id est, Latinos & Troianos, futuras in pace æterna concurre tanto motu, id est, utriusq; exercitus detrimento. Aeneas excipit in latus Sucronem Rutulum, & transadigit, id est, transmittit ensem crudum per costas & crates pectoris, ea parte qua fata sunt celerrima, id est, mortiferi ictus, & per parenthesim interposuit, ea prima pugna statuit, id est, stare fecit loco Teucros ruentes, id est, fugientes. Turnus congressus pedes ferit Amycum deiectum equo, & Diorem fratrem illius, sed hunc, id est, Amycum uenientem ferit cuspide longa, hunc, id est, Diorem ferit ense, hoc enim est, mucrone, & suspendit curru capita duorum abscissa, & portat illa capita rorantia sanguine, id est, sparsa. Et ille Turnus mittit neci, id est, interficit Talon & Tanaim & Cethegum fortem, omnes tres uno congressu, id est, impetu & incursu, & Onyten mœstum. appositiue. nomē Echionium, id est, Thebanum, & genus Peridiæ matris, id est, filius. Hic etiam mittit neci fratres missos ex Lycia & ex agris Apollinis, id est, Apollini consecratis, & mittit neci iuuenem Menœten nequicquam, id est, frustra exosum bella.

Arcada, piſcoſæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, pauperq; domus, nec nota potentum
Munera, conductaq; pater tellure ſerebat.

Impetus Aeneæ ac Turni.

Ac velut immiſſi diuerſis partibus ignes
Arentem in ſyluam, & virgulta ſonantia lauro:
Aut vbi diſcurſu rapido de montibus altis
Dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in æquora currunt,
Quiſq; ſuum populatus iter: non ſegnius ambo
Aeneas, Turnusq; ruunt per prælia: nunc nunc
Fluctuat ira intus, rumpuntur neſcia vinci
Pectora: nunc totis in vulnera viribus itur.
Murrhanum hic atauos, & auorum antiqua ſonantem
Nomina, per Regesq; actum genus omne Latinos,
Præcipitem ſcopulo, atq; ingentis turbine ſaxi
Excutit, effunditq; ſolo, hunc lora, & iuga ſubter
Prouoluere rotæ, crebro ſuper vngula pulſu
Incita nec domini memorum proculcat equorum.

¶ *Ecphraſis.*

Menœten, dico, Arcada. Cui ars fuerat circum flumina Lernæ piſcoſæ, quia piſcator erat, & cui erat domus pauper, & cui munera potentum non erant nota, cuius etiam pater ſerebat, id eſt, arabat in tellure conducta, id eſt, agris conductitijs. Deinde ponit comparationem dicens, ac uelut ignes immiſſi ex partibus diuerſis in ſyluam arentem & uirgulta ſonantia lauro, quia laurus incenſa crepitat, aut amnes ſpumoſi dant ſonitum concurſu rapido de montibus altis. Et quiſq; ignis, aut amnis populatus .i. euertens ſuum iter currunt in æquora. Itaq; non ſegnius .i. pigrius ambo, ſcilicet, Aeneas & Turnus ruunt per prælia. Nunc nunc, id eſt, aliquando ira fluctuat intus, & pectora neſcia uinci rumpuntur, nunc itur, id eſt, omnes eunt in uulnera totis uiribus. Aeneas excutit Murrhanum præcipitem ſcopulo, id eſt, lapide & turbine ſaxi ingentis, & effundit, id eſt, ſternit illum ſolo, & per parentheſim interpoſuit, dicens. Murrhanum dico ſonantem atauos & nomina auorum antiqua, & omne genus actum, id eſt, deductum per Reges Latinos. Rotæ prouoluere hunc Murrhanum ſubter lora & iuga, & inſuper ungula incita, id eſt, uelox equorum non memorum domini proculcat Murrhanum pulſu crebro, id eſt, ictu. Ille præterea Aeneas oc

Ille ruenti Hilo, animisq; immane frementi
Occurrit, telum aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te Graium fortissime Creteu
Eripuit Turno: nec Dij texere Cupentum
Aenea veniente sui: dedit obuia ferro
Pectora, nec misero clypei mora profuit æri.
Te quoq; Laurentes viderunt Aeole campi
Oppetere, & late terram consternere tergo:
Occidis, Argiuæ quem non potuere phalanges
Sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles:
Hic tibi mortis erant metæ: domus alta sub Ida,
Lyrnessi domus alta: solo Laurente sepulchrum.
Totæ adeo conuersæ acies, omnesq; Latini,
Omnes Dardanidæ Mnestheus, acerq; Serestus,
Et Messapus equum domitor, & fortis Asylas,
Tuscorumq; Phalanx, Euandriq; Arcadis alæ.
Pro se quisq; viri summa nituntur opum vi.
Nec mora, nec requies, vasto certamine tendunt.

al. Rhœteu.

Atrox prælium.

¶ *Ecphrasis.*

currit Hilo ruenti & frementi immane, id est, immaniter animis, id est ira, et torquet telum ad tempora aurata, & hasta stetit olli pro illi cerebro transfixo per galeam. Et o Rhœteu Græcorũ fortißime, nec tua dextra eripuit te Turno. Nec Dij sui texere. i. ptexere Cupẽtũ Aenea ueniẽte, a quo est occisus, quia Cupẽtus dedit pectora obuia ferro, nec mora, id est, resistentia clypei ærei profuit illi misero. Et o Aeole, campi Laurentes uiderunt te oppetere, id est, mori, & consternere terram tergo late. Itaque tu occidis, quem Phalanges Argiuæ non potuerunt sternere in bello Troiano, nec Achilles euersor regnorum Priami potuit sternere te. Sed metæ, id est, termini mortis erant tibi hic, idest, in Italia, & domus alta, id est, antiqua erat sub Ida sylua Troiana, alta inquam domus erat Lyrneßi, sed sepulchrum erat solo Laurente. i. Latino. Et totæ acies sunt conuersæ. i. mixtæ: & omnes Latini, & omnes Dardanidæ. i. Troiani, et Mnestheus, et Serestꝰ acer, et Mesapus domitor equorũ, et Asylas fortis, et Phalãx Tuscorũ, et alæ. i. turmæ Arcadis Euãdri, hi cẽs iquã uiri qsq; ꝑ se nitũtur ui sũma opũ.

Hic mentem Aeneæ genitrix pulcherrima misit,
Iret vt ad muros, vrbiq; aduerteret agmen
Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.
Ille vt vestigans diuersa per agmina Turnum
Huc, atq; huc acies circuntulit, aspicit vrbem
Immunem tanti belli, atq; impune quietam.
Continuo pugnæ accendit maioris imago:
Mnesthea, Sergestumq; vocat, fortemq; Serestum
Ductores, tumulumq; capit, quo cætera Teucrum
Concurrit legio: nec scuta, aut spicula densi
Deponunt, celso medius stans aggere fatur:
Nequa meis esto dictis mora: Iuppiter hac stat,
Neu quis ob incœptum subitum mihi segnior ito.
Vrbem hodie causam belli, regna ipsa Latini,
Ni frenum accipere, & victi parere fatentur,
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.
Scilicet expectem, libeat dum prælia Turno.

¶ *Ecphrasis.*

Nec mora nec requies ulla erat, & tendunt uasto certamine. Hic, id est, tunc genitrix pulcherrima, id est, Venus misit mentem, id est, uoluntatem Aeneæ, ut iret ad muros, id est, ad urbem, & aduerteret agmen, id est, exercitum urbi, & turbaret Latinos ocyus, & clade, id est, strage subita. Ille Aeneas, sicut ibat inuestigans Turnum per agmina diuersa, circumtulit acies huc atq; huc, id est, ad omnes partes oculos conuertit, & aspicit urbem immunem, id est, expertem tanti belli, quantum gerebatur. Continuo imago, id est, species maioris pugnæ accendit illum, & uocat Mnesthea & Sergestum & Cloantum fortem ductores uiros principes, et capit tumulum, quo cætera legio Teucrorum concurrit, nec deponunt ipsi densi, id est, constipati scuta aut spicula, et Aeneas stans celsus in aggere medius fatur sic. Ne qua mora esto, id est, sit meis dictis. Iuppiter stat hac, id est, pro parte nostra, nec quis ito, id est, eat segnior ob incœptũ subitũ. s. quod incœptũ habeo. Ego eruã hodie urbem. appo: causam belli, et eruã ipsa regna latini, ni fatẽtur accipere frenũ. i. gubernationẽ nostrã, et parere. i. obedire dicto. Et ego ponã æqua solo. i. ĩ terrã culmina fumãtia. i. urbẽ icẽsã. Scilicet. i. certe, sed cũ ironia, ego expectẽ. i. expectabo, dũ .p donec libeat Turno.

Nostra pati? rursusq́ velit concurrere victus?
Hoc caput o ciues, hæc belli summa nefandi.
Ferte faces propere, fœdusq́ reposcite flammis.
Dixerat: atq́ animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densaq́ ad muros mole feruntur.
Scalæ improuiso, subitusq́ apparuit ignis.
Discurrunt alij ad portas, primosq́ trucidant:
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis;
Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit
Aeneas, magnaq́ incusat voce Latinum,
Testaturq́ Deos, iterumse ad prælia cogi:
Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciues:
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis: ipsumq́ trahunt in mœnia Regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros:
Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumoq́ impleuit amaro:

¶ *Ecphrasis.*

pati nostra prælia? id est, congressus mecum, & donec ipse uictus uelit concurrere mecum?. Ideo o ciues, hoc est, caput, id est, principium, & hæc est, summa belli nefandi. Ideo uos properi ferte faces, & reposcite fœdus. i. uiolatam fidem flammis, id est, urbis incendio. Dixerat Aeneas, & omnes dant cuneum, id est, faciunt aciem animis certantibus, & feruntur ad muros mole densa. Et subito scalæ & ignis improuisus apparuerũt ad urbis expugnationẽ, & alij discurrunt ad portas, et trucidant primos, & alij torquent ferrum, & obumbrant æthera telis, id est, multitudine telorum. Et ipse Aeneas inter primos tendit dexteram sub mœnia, & incusat Latinum magna uoce, & testatur Deos, se cogi iterum ad prælia, & Italos iam factos hostes bis. Et hæc altera, id est, secunda fœdera rumpi. Tum discordia exoritur inter ciues trepidos, & alij ex numero ciuium iubent reserare urbẽ, & pandere portas Dardanidis, id est, Troianis, & trahunt ipsum Regem in mœnia. Et alij ferunt arma, & pergunt defendere muros, & deinde ponit comparationem. Vt cum pastor uestigauit apes inclusas in pumice latebroso, & impleuit pumicis latebras fumo amaro.

Illæ intus trepidæ rerum per cerea castra
Discurrunt, magnisque acuunt stridoribus iras.
Voluitur ater odor tectis: tum murmure cæco
Intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.
Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis:
Quæ totam luctu concussit funditus vrbem.
Regina vt tectis venientem prospicit hostem,
Incendi muros, ignesque ad tecta uolare.
Nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore
Se causam clamat, crimenque, caputque malorum:
Multaque per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.
Quam cladem miseræ postquam accepere Latinæ;
Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roseas laniata genas: tum cætera circum

Incessi, legit Seruius, hoc est inuadi.

Regina laqueo sibi uitam finit.

¶ *Ecphrasis.*

Illæ apes trepidæ intus rerum omnium discurrunt per castra cerea. i. per alueа apum, & acuunt iras magnis stridoribus. Et odor ater, id est, fumosus uoluitur tectis, id est, per tecta. Tum, id est, præterea saxa sonant intus murmure cæco, id est, occulto, & fumus it ad auras uacuas. Etiam hæc fortuna accidit Latinis fessis, id est, defatigatis, quæ totam urbem concussit funditus luctu. Sed ut, id est, postquam Regina prospicit hostem uenientem tectis, id est, in urbem, & prospicit muros incendi, & ignes uolare ad tecta. Et prospicit illa infœlix acies Rutulas nusquam stare contra, scilicet, pro defensione, & nulla agmina Turni prospicit, credit Amata iuuenẽ extinctum in certamine pugnæ. s. cum congrederetur cũ Aenea, & ipsa turbata mentem dolore subito, clamat se causam, & crimen, & caput malorum. Et ipsa demens effata multa per furorem mœstum, ipsa moritura, id est, mori destinans, discindit amictus purpureos, id est, uestes Regales, & nectit ab alta trabe nodum. i. laqueum leti informis, id est, turpis. Quam cladem postquam Latinæ miseræ accepere, id est, audiuerunt, Lauinia filia illius prima laniata manu crines flauos, & laniata

Turba furit: resonant late plangoribus ædes.
Hinc totam infelix vulgatur fama per vrbem,
Demittunt mentes: it scissa veste Latinus
Coniugis attonitus fatis, vrbisq́ʒ ruina,
Canitiem immundo perfusam puluere turpans:
Multaq́ʒ se incusat, qui non acceperit ante
Dardanium Aeneam, generumq́ʒ asciuerit vltro.
Interea extremo bellator in æquore Turnus
Palantes sequitur paucos iam segnior, atqʒ
Iam minus, atqʒ minus successu lætus equorum.
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commistum clamorem, arrectasq́ʒ impulit aures
Confusæ sonus vrbis, & illætabile murmur.
Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quis ve ruit tantus diuersa clamor ab vrbe?
Sic ait: adductisq́ʒ amens subsistit habenis,
Atqʒ huic (in faciem soror vt conuersa Metisci
Aurigæ, currumq́ʒ, & equos, & lora regebat)

¶Ecphrasis.

genas roseas furit, tum, id est, præterea cætera turba mulierum furit circum illam, & ædes resonant magnis clamoribus muliebribus. Hinc fama infœlix uulgatur per totam urbem, & demittunt mentes, id est, exanimantur, & Latinus it ueste cissa, id est, commotus, attonitus fatis coniugis & ruina urbis, turpans. i. fœdans caniciem perfusam immundo puluere, incusat se multa, id est, multum, qui non acceperit ante Aeneam Dardanium, & ultro asciuerit generum, id est, sibi adiunxerit. Interea Turnus bellator in æquore, id est, campo extremo sequitur Teucros palantes, id est, uagos & sparsos, sed iam segnior, & minus minusq́; lætus successu equorum. Tunc aura attulit illi hunc clamorem commixtum terroribus cæcis, id est, immanifestis, & aura illa impulit, & sonus urbis coufusæ impulit aures illius arrectas, & murmur illud illætabile. i. triste impulit. Et inquit. Hei mihi quid. i. cur mœnia turbantur tanto luctu? & quis tantus clamor ruit ab urbe diuersa? id est, diuersis partibus urbis. Sic ait Turnus: & ipse amens subsistit habenis adductis, id est, contractis. Atqʒ Iuturna soror, ut erat conuersa in faciem Methisci aurigæ Turni, & regebat

Talibus occurrit dictis: Hac Turne sequamur
Troiugenas, qua prima viam victoria pandit:
Sunt alij, qui tecta manu defendere possunt.
Ingruit Aeneas Italis, & prælia miscet,
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris:
Nec numero inferior, pugnæ nec honore recedes.
Turnus ad hæc:
O soror, & dudum agnoui, cum prima per artem
Fœdera turbasti, teq; hæc in bella dedisti:
Et nunc nequicquam fallis Dea, sed quis Olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri letum vt crudele videres?
Nam quid ago? aut quæ iam spondet fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem
Murrhanum, quo non superat mihi charior alter,
Oppetere ingentem, atq; ingenti vulnere victum.
Occidit infelix, ne nostrum dedecus Vfens
Aspiceret: Teucri potiuntur corpore, & armis:

¶ *Ecphrasis.*

currum & equos & lora; occurrit huic, id est, Turno talibus dictis. i. uerbis. O Turne sequamur Troiugenas hac, id est, per hanc uiam, qua prima uictoria pandit uiam. Alij sunt, qui possunt defendere tecta, id est, urbem manu. i. multitudine. Aeneas ingruit, id est, irruit, & miscet prælia. Igitur & nos mittamus Teucris. i. Troianis sæua funera manu. i. uiribus. Et ita tu recedes nec inferior numero, et honore pugnæ. Turnus respondit ad hæc: O soror ego dudum agnoui te, cum tu per artem, id est, dolose turbasti prima fœdera, & dedisti te in hæc bella, & nunc o Dea fallis, id est, fallere uis me nequicquam, id est, frustra. Sed quis Deus uoluit te demissam Olympo ferre tantos labores? an ut uideres letum crudele. i. mortem fratris miseri? Nam quid ago? aut quæ fortuna iam spondet, id est, promittit mihi salutem? ego ipse uidi Murrhanum, de quo paulo ante dixit Poeta, uocantem me uoce, id est, auxilium implorantem, & hoc ante meos oculos, oppetere, id est, mori, & ipsum ingentem uictum uulnere ingenti, quo inquam Murrhano alter non fuit mihi charior. Vfens præterea infœlix occidit, ne aspiceret nostrum dedecus, id est, fugam, & nunc Teucri

Excindi ne domos (id rebus defuit vnum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?
Vsqueadeo ne mori miserum est? vos o mihi manes
Este boni, quoniam superis auersa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpæ
Descendam, magnorum haud vnquam indignus auorum.
 Vix ea fatus erat: medios volat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
Saucius ora, ruitque implorans nomine Turnum:
Turne in te suprema salus, miserere tuorum:
Fulminat Aeneas armis, summasque minatur
Deiecturum arces Italum, excidioque daturum.
Iamque faces ad tecta volant: in te ora Latini,
In te oculos referunt: mussat Rex ipse Latinus,
Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.

¶ *Ecphrasis.*

potiuntur corpore & armis, id est, corpore armato, quia in uictorum potestate est. Ne, id est, nunquid ego perpetiar nunc domos excindi, id est, euertis id unum, scilicet, domos excindi defuit rebus superius memoratis. Et ego non refellam, id est, refutabo dicta Drancis in me, dextra, id est, pugna? Et nunquid ego dabo terga? & hæc terra uidebit unquam Turnum fugientem? & ne, id est, nunquid usq; adeo miserum est mori? subaudi, ut nõ præferatur huiusmodi uitæ, scilicet, turpi. O Manes, id est, inferni Dij, uos este mihi boni, id est, propitij, quoniam uoluntas est superis, id est, Dijs cælestibus auersa, id est, irata. Ego anima sancta, & inscia huius culpæ descendam ad uos, haud unquam indignus magnorum auorum, id est, ab illis degenerans. Et uix Turnus fatus erat ea, & ecce Sages uectus equo spumante uolat per medios hostes, Sages dico, saucius ora aduersa .i. habens ora aduersa sauciata sagitta, & ruit implorans Turnum, id est, auxilium Turni nomine, id est, nominatim. O Turne, inquit Sages, suprema .i. ultima salus est in te solo, miserere tuorũ. Nam ex alia parte Aeneas fulminat armis, & minatur se deiecturum arces summas. id est, urbem Italorum, & minatur se daturum illas excidio, id est, in excidium. Et iam faces uolant ad tecta, & iam Latini referunt ora in te, & oculos, id est, te spe=

Præterea Regina tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucemq; exterrita fugit.
Soli proportis Messapus, & acer Atinas
Sustentant aciem: circum hos vtrinq; phalanges
Stant densæ, strictisq; seges mucronibus horret
Ferrea, tu currum deserto in gramine versas.

Mens perturbata in Turno.

Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit: æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistoq; insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia virtus.
Vt primum discussæ vmbræ, & lux reddita menti est,
Ardenteis oculorum acies ad mœnia torsit
Turbidus, eq; rotis magnam respexit ad vrbem.
Ecce autem flammis inter tabulata volutus
Ad cœlum vndabat vortex, turrimq; tenebat:
Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse.
Subdideratq; rotas, pontesq; instrauerat altos.

alij extruxerat.

¶ *Ecphrasis.*

ctant. Et ipse Latinus Rex mussat, id est, dubitat, quos generos uocet, aut ad quæ fœdera, id est, in quam partem flectat se. Præterea Regina fidissima tui, id est, quæ te fideliter amabat, ipsa concidit sua dextra, id est, manu propria. Et ipsa exterrita fugit lucem, id est, mortua est. Messapus & Atynas acer soli sustentant acies pro portis, id est, ante portas, & phalanges densæ stant circum hos duos duces. Et seges ferrea armatorum horret mucronibus strictis, & tu uersas currum in gramine deserto, id est, ubi non sunt hostes. Tunc Turnus confusus imagine rerum uaria obstupuit, & stetit obtutu tacito, id est, tacens. Et pudor ingens æstuat in corde imo, & insania æstuat luctu mixto, & amor in Lauiniam, & uirtus ipsius conscia æstuant. Sed ut primum, id est, postea quam umbræ sunt discussæ, & lux est reddita menti, quod idem est, Ille turbidus torsit ad mœnia acies oculorum ardentes, id est, oculos, & respexit ad magnam urbem e rotis, id est, ex curru. Et ecce uortex uolutus flammis inter tabulata undabat, id est, quasi undas fumi ad cœlum mittebat, & tenebat turrim, turrim dico, compactam, id est, structam trabibus, quam ipse in sublime eduxerat, & turri illi subdiderat rotas, & instrauerat pontes altos. Et in-

Iam iam fata ſoror ſuperant, abſiſte morari:
Quo Deus, & quo dura vocat fortuna ſequamur:
Stat conferre manum Aeneæ: ſtat quicquid acerbi eſt
Morte pati: nec me indecorem germana videbis
Amplius: hunc oro ſine me furere ante furorem.
Dixit: & e curru ſaltum dedit ocyus aruis,
Perq; hoſtes, per tela ruit, mœſtamq; ſororem
Deſerit, ac rapido curſu media agmina rumpit.
Ac veluti montis ſaxum de vertice præceps
Cum ruit auulſum vento, ſeu turbidus imber
Proluit, aut annis ſoluit ſublapſa vetuſtas,
Fertur in abruptum magno mons improbus actu;
Exultatq; ſolo, ſyluas, armenta, viroſq;
Inuoluens ſecum: diſiecta per agmina Turnus — *alij diſcreta.*
Sic vrbis ruit ad muros: vbi plurima fuſo
Sanguine terra madet, ſtridentq; haſtilibus auræ:
Significatq; manu, & magno ſimul incipit ore:

¶ *Ecphraſis.*

quit. O ſoror iam iam fata ſuperant me, ideo abſiſte, id eſt, ceſſa morari, & ſequamur, quo, id eſt, in quam partem Deus & Fortuna dura uocat nos. Stat, id eſt, decretum eſt mihi conferre manum Aeneæ, & ſtat pati quicquid eſt acerbi in morte, & o germana tu non uidebis amplius me indecorem. ſed oro te, ſine me furere hunc furorem, quo uolo cum illo pugnare. Dixit Turnus, & dedit ſaltum ocyus e curru aruis, id eſt, in arua, & ruit per hoſtes & per tela, & deſerit ſororem mœſtam, & rumpit agmina media curſu rapido. Ac ueluti, cum ſaxum auulſum uento ruit præceps de uertice montis, ſeu cum imber turbidus proluit illud ſaxum, aut uetuſtas ſublapſa annis, id eſt, multo tempore ſoluit illud, tunc mons improbus.i.magnus fertur in abruptum.i.profundum magno actu. Et exultat, id eſt, reſultat ſaxum illud ex ſolo, & inuoluit, id eſt, deijcit ſecum ſyluas, & armenta, & uiros. Sic.i. eodem modo Turnus ruit ad muros urbis per agmina diſcreta, id eſt, diuiſa ſuo impetu, ubi plurima terra madet ſanguine fuſo, & auræ ſtrident, id eſt, ſonant haſtilibus. Et ſignificat, id eſt, ſignũ facit manu, & ſimul incipit magno ore.i. uoce magna. O Rutuli parcite iam.i.abſtinete, & uos o Latini inhibite tela, quia mea

Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini:
Quæcunque est fortuna, mea est: me verius vnum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessere omnes medij, spaciumque dedere.
 At pater Aeneas audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces,
Præcipitatque moras omnes: opera omnia rumpit
Lætitia exultans, horrendum intonat armis:
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis
Cum fremit ilicibus quantus, gaudetque niuali
Vertice se attollens pater Appenninus ad auras:
Iam vero & Rutuli certatim, & Troes, & omnes
Conuertere oculos Itali, quique alta tenebant
Mœnia, quique imos pulsabant ariete muros:
Armaque deposuere humeris. stupet ipse Latinus
Ingenteis genitos diuersis partibus orbis
Inter se coisse viros, & cernere ferro.
At illi, vt vacuo patuerunt æquore campi,

¶Ecphrasis.

est fortuna huius pugnæ, quæcunque ea est. Verius, id est, æquius est me unum luere, id est, soluere pœnam uiolati fœderis pro uobis, & decernere, id est, decertare ferro. Tunc omnes medij discesserunt, & dederunt illi spacium. At pater Aeneas audito nomine Turni deserit muros, & deserit summas arces, id est, urbem, & exultans lætitia præcipitat omnes moras. & rumpit omnia alia opera, & intonat armis horrendum pro horrende. Ita magnus, quantus Athos, aut quantus Eryx, aut quantus ipse Appenninus pater attollens se ad auras uertice niuali fremit, id est, reboat ilicibus coruscis, id est, trementibus. Et iam Rutuli, & Troes, & omnes Itali conuertere oculos certatim. Et illi, qui tenebant alta mœnia, & illi, qui pulsabant, id est, oppugnabant muros ariete, id est, machina, deposuere arma humeris. Et ipse Latinus Rex stupet, uiros ingentes & genitos in diuersis partibus orbis, quia alter in Troia, alter in Italia, coisse. i. congressos esse inter se, & decernere ferro. i. armis decertare. Atque ut. i. postquam campi patuerunt æquore. i. planicie, uacuo. i. ampla,

Procursu rapido coniectis eminus hastis
Inuadunt Martem clypeis, atque ære sonoro.
Dat gemitum tellus: tum crebros ensibus ictus
Congeminant: fors & virtus miscentur in vnum.
Ac velut ingenti Syla, summo ue Taburno
Cum duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri,
Stat pecus omne metu mutum, mussantque iuuencę,
Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur:
Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Cornuaque obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla, armosque lauant, gemitu nemus omne remugit:
Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius heros
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera complet.
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum:
Quem damnet labor, & quo vergat pondere letum.

Ac alij ueluti
Syla al'. sylua
alij imperet &

Ex Homeri Iliadum lib.iij.

¶ *Ecphrasis.*

Illi Turnus & Aeneas inuadunt Martem procursu, id est, incursu rapido clypeis & ære sonoro, idem est, sed prius hastis coniectis eminus, id est, a longe. Tūc tellus dat gemitum ex armorum collisione. Tum etiam ipsi congeminant, id est, multiplicant ictus crebros. Et fors, id est, fortuna, & uirtus, id est, fortitudo miscentur in unum, quia pugna utraq; constat. Et ponit comparationem dicens. Ac, idest, ueluti cum duo tauri incurrunt frontibus conuersis in prælia inimica, & hoc in Syla ingenti uel in Taburno summo, illa, sylua Lucaniæ, hic, mons est Campaniæ. Magistri, id est, pastores pauidi cesserunt illis, & omne pecus mutum stat, quasi uelit dicere spectat, & iuuencæ mussant, id est, dubitant, quis imperitet pecori, id est, sit futurus ultor, & quem tota armenta sequantur tanquam Ducem. Et illi tauri miscent inter se prælia multa ui, & ipsi obnixi, id est, contra nitentes infigunt cornua, & lauant, id est, perfundunt sanguine largo colla & armos suos. Et omne nemus remugit gemitu. Non aliter, quam tauri illi, Aeneas Tros.i. Troianus, et heros Daunius.i. Dauni filius concurrunt clypeis, et ingens fragor complet æthera. Ipse Iuppiter sustinet duas lances.i. bilancē iustitiæ examine æquato, et imponit diuersa fata illorum duorū, nemini fauēs:

Emicat hic (impune putans) & corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit: exclamant Troes trepidiq; Latini,
Ex Homeri Iliadū libro.iij. Arrectæq; amborum acies, ac perfidus ensis
Frangitur, in medioq; ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat: fugit ocyor Euro,
Et capulum ignotum, dextramq; aspexit inermem.
Fama est præcipitem, cum prima in prælia iunctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metisci:
Idq; diu, dum terga dabant palantia Teucri
Suffecit: postquam arma Dei ad Vulcania ventum est,
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit, fulua resplendent fragmina arena.
Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus:
Et nunc huc, inde huc, incertos implicat orbes,
Vndiq; enim densa Teucri inclusere corona:

¶ *Ecphrasis.*

quem labor damnet, id est, liberet, & quo pondere bilancis letum, id est, mors uergat, idest, inclinetur. Hic, id est, tunc Turnus, putans se facere id impune, emicat, id est, salit, & consurgit alte in ensem sublatum toto corpore, & ferit Aeneam. Troes & Latini trepidi clamant, & acies amborum, id est, oculi erant arrectæ, id est, attentæ. At ensis perfidus frangitur, & deserit Turnum ardentem in medio ictu, ni pro nisi fuga subeat subsidio. Et ut Turnus aspexit capulum ensis ignotum, id est, quem non agnoscebat, & dextram inermem, fugit ocyor, id est, uelocior Euro, id est, uento. Fama est Turnum præcipitem rapuisse ferrum, id est, ensem Metisci aurigæ sui, cum ipse conscendebat equos iunctos in prima prælia, mucrone.i.ense patrio, id est, Dauni patris sui relicto dum trepidat, id est, festinat ad prælium. Id ferrum, id est, ensis Metisci suffecit, dum Teucri dabant terga palantia, id est, sparsa & fusa. Sed postquam est uentū ad arma Dei Vulcania, id est, quæ fecerat Vulcanus, mucro, id est, ensis mortalis dissiluit, id est, fractus est in partes diuersas, & fragmina ensis resplendēt in arena fulua. Ergo Turnus amens petit fuga, id est, fugiens æquora diuersa. i.cāpos, & implicat orbes.i.circuitus incertos nunc huc.i.ad unam partem, & inde huc.

Atq; hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.
Nec minus Aeneas (quanquam tardante sagitta alij.tardata.
Interdum genua impediunt, cursumq; recusant)
Insequitur, trepidiq; pedem pede feruidus vrget.
Inclusum veluti si quando flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ septum formidine pennæ,
Venator cursu canis, & latratibus instat:
Ille autem insidijs, & ripa territus alta,
Mille fugit, refugitq; vias: at viuidus Vmber
Hæret hians, iamq; tenet, similisq; tenenti
Increpuit malis, morsuq; elusus inani est.
Tum vero exoritur clamor, ripæq;, lacusq;
Responsant circa, & cœlum tonat omne tumultu. alij. circũ
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omneis,
Nomine quenq; vocans, notumq; efflagitat ensem.
Aeneas mortem contra, præsensq; minatur
Exitium, si quisquam adeat, terretq; trementes
Excisurum vrbem minitans, & saucius instat. al. urbem, & saucius instat inermi.



¶ *Ecphrasis.*

Nam Teucri circumstantes inclusere illos undiq; corona densa, atq; hinc, id est, ex alia parte, & hinc, id est, ex alia parte palus & mœnia ardua cingunt illos. Nec minus Aeneas insequitur Turnum, quanquam genua interdum impediunt, & recusant cursum, sagitta illum tardante, & Aeneas feruidus urget pedem Turni trepidi pede suo. Veluti siquãdo .i. aliquãdo uenator nactus ceruũ inclusũ flumine, aut septum formidine pennæ puniceæ more uenatorum, uenator, inquã, instat illi ceruo cursu & latratibus canis. Sed ille ceruus territus insidijs & alta ripa fugit, & refugit mille uias. Sed Vmber, id est, canis ex Vmbria uiuidus hians, id est, inhians prædæ hæret, & iam iam tenens aut similis tenenti increpuit, id est, insonuit malis, & elusus est canis ille morsu inani. Tunc uero clamor exoritur, & ripæ & lacus responsant, id est, resultant circa, & omne cælum .i. aer intonat tumultu. Ille Turnus fugiẽs increpat Rutulos omnes, uocãs nomine unũquemq; illorũ, et efflagitat ensem notum. Sed contra Aeneas minatur illis mortẽ & exitiũ præsens, si quisquam adeat Turnũ, & minitans se excisurũ urbẽ terret illos trementes, & sic saucius instat. Aeneas & Turnus retexunt, & explent

Quinq; orbes explent cursu, totidemq; retexunt,
nec al'.neq; Huc, illuc: nec enim leuia, aut ludicra petuntur
Præmia, sed Turni de vita, & sanguine certant.
Forte sacer Fauni folijs oleaster amaris
Hic steterat, nautis olim venerabile lignum:
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti Diuo, & uotas suspendere vestes.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant: puro vt possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneæ stabat: huc impetus illam
Detulerat fixam, & lenta in radice tenebat.
Incubuit, voluitq; manu conuellere ferrum
Dardanides, teloq; sequi, quem prendere cursu
Turni preces ad Faunum. Non poterat. tum vero amens formidine Turnus:
Faune præcor miserere, inquit, tuq; optima ferrum
Terra tene, colui vestros si semper honores,
Quos contra Aeneadæ bello fecere profanos.

¶*Ecphrasis.*

cursu quinq; orbes huc illuc, neq; enim petuntur præmia leuia aut ludicra, id est, parui precij, sed certant de uita & sanguine Turni. Forte hic, id est, hoc in loco oleaster sacer amaris folijs, quia huius arboris folia sunt amara, steterat olim lignum uenerabile nautis, quia sacrum erat Fauno. Vbi, id est, quo in loco nautæ seruati ex undis, id est, tempestate solebant figere dona Diuo Laurenti, id est, Fauno Latini Regis patri, & solebant suspendere uestes uotas a nautis. Sed Teucri sustulerant stirpem sacrum, id est, oleastrum nullo discrimine, id est, sine aliarum arborum differentia, ut possent concurrere campo puro, id est, arboribus purgato. Hasta Aeneæ stabat hic, & illam fixam impetus detulerat huc, id est, ad hunc locum, & tenebat illam radice lenta, id est, tenaci. Aeneas Dardanides, id est, Troianus incubuit, & uoluit conuellere manu ferrum, id est, hastam ferro præfixam, & sequi Turnum telo, quem non poterat comprehendere cursu. Tum uero, cum uidisset hoc, Turnus amens formidine inquit. O Faune precor te miserere, & tu o terra optima, id est, tellus tene ferrum, si pro quia ego semper colui uestros honores, quos Aeneadæ fecere contra profanos bello. Dixit Turnus, & uocauit opem Dei, id est,

Dixit: opemq; Dei non cassa in vota vocauit.
Nanq; diu luctans, lentoq; in stirpe moratus
Viribus haud vllis ualuit discludere morsus
Roboris Aeneas, dum nititur acer, & instat.
Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci
Procurrit fratriq; ensem Dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci Nymphæ indignata licere
Accessit, telumq; alta ab radice reuellit.
Olli sublimes animis armisq; refecti,
Hic gladio fidens, hic acer, & arduus hasta:
Insistunt contra certamine Martis anheli.
Iunonem interea Rex omnipotentis Olympi
Alloquitur, fulua pugnas de nube tuentem:
Quæ iam finis erit coniux? quid deniq; restat?
Indigetem Aeneam scis ipsa, & scire fateris,
Deberi cœlo, fatisq; ad sydera tolli.
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus hæres?

Iuppiter ad Iunonem.

¶Ecphrasis.

Fauni, in uota non cassa, id est, uana. Nam Aeneas luctans & moratus diu in stipite, id est, oleastro lento, haud ualuit ullis uiribus discludere morsus roboris, quibus ferrum detinebatur. Dum igitur Aeneas acer nititur, & instat ferrum conuellere, Dea Daunia, id est, Iuturna mutata rursus in faciem Metisci aurigæ procurrit, & reddit ensem fratri suo. Quod, id est, quam rem Venus indignata licere. i. poßibile esse Nymphæ audaci, acceßit, & reuellit tellum ab alta radice. Itaque olli pro illi sublimes animis, & refecti armis: hic, id est, Turnus fidens gladio, & hic, id est, Aeneas acer & arduus hasta aßistunt contra se inuicem certamine Martis anheli, id est, laborosi. Interea dum ista fiunt, Rex Olympi omnipotentis, quia omnia moderatur, alloquitur Iunonem intuentem pugnas de nube fulua, id est, nigra. O coniunx, quæ finis erit iam? aut denique quid restat ad faciendum? Tu ipsa scis, & fateris te scire, id est, non negas, Aeneam indigetem, id est, Deum ex homine faciendum deberi cælo, id est, immortalitati, & tolli, id est, tollendum & subleuandum esse ad sydera fatis, id est, fatorum consensu. Quid igitur struis? id est, moliris, & hæres in nubibus gelidis? Ne, id est, nunquid decuit Diuum, qui futurus est

Mortalin decuit violari vulnere Diuum?
Aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno? & vim crescere victis?
Desine iam tandem, precibusq; inflectere nostris:
Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum ad supremum est: terris agitare, vel vndis
Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
Deformare domum, & luctu miscere Hymenæos:
Iuno ad Iouem. Vlterius tentare veto. sic Iuppiter orsus.
Sic Dea submisso contra Saturnia vultu:
alij magne Ista quidem quia nota mihi tua magna voluntas
Iuppiter, & Turnum, & terras inuita reliqui.
Nec tu me aeria solam nunc sede videres
Digna, indigna pati: sed flammis cincta sub ipsa
Starem acie, traheremq; inimica in prælia Teucros.
Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri

¶ *Ecphrasis.*

Deus, uiolari uulnere mortali? aut ensem ereptum reddi Turno, & per parenthesim interposuit, quia Iuturna, quæ ensem Turno reddidit, quid ualeret facere sine te? & decuit uim crescere, id est, addi uictos? Idcirco desine, & iam tandem inflectere nostris precibus, nec tantus dolor edat, id est, corrodat te tacitam, & tristes curæ non recursent sæpe mihi ex tuo ore dulci. Quia iam uentum est ad supremum, id est, ad finem huius negotij. Tu potuisti agitare Troianos terris & undis, ut in primo libro dixit, & potuisti accendere bellum infandum, ut libro septimo dixit, & potuisti deformare luctu domum Regis Latini, & miscere, id est, perturbare Hymenæos, id est, nuptias, sed nunc ego ueto, te tentare quicquam ulterius. Iuppiter orsus, id est, locutus est sic. Et Dea Saturnia, id est, Iuno orsa est, id est, incœpit sic ore submisso. O Iuppiter ego inuita relinquo & Turnum & terras, & hoc, quia ista tua magna uoluntas est mihi nota, nec tu uideres nunc me solam in nube aeria, id est, cælesti pati digna & indigna. Sed ego cincta, id est, expedita flammis starem sub ipsa acie, & traherem Teucros in prælia inimica. Ego fateor, quod suasi Iuturnam succedere fratri misero, & probaui, id est, auctor fui illi, audere

Suasi: & pro vita maiora audere probaui.
Non vt tela tamen, non vt contenderet arcum,
Adiuro Stygij caput implacabile fontis:
Vna superstitio superis quæ reddita Diuis.
Et nunc cedo equidem: pugnasq; exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum,
Cum iam connubijs pacem felicibus (esto)
Component, cum iam leges, & fœdera iungent,
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troias fieri iubeas, Teucrosq; vocari:
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestes.
Sit Latium, sint Albani per secula Reges,
Sit Romana potens Itala uirtute propago:
Occidit, occideritq; sinas cum nomine Troia.
Olli subridens hominum, rerumq; repertor:
Et germana Iouis, Saturniq; altera proles

Petitio de non commutandis nominib9.

¶ *Ecphrasis.*

maiora pro uita illius, non tamen probaui, ut contenderet tela & arcum, quō tempore est Aeneas sagitta uulneratus. Quod ita esse, ego adiuro caput implacabile fontis Stygij, quia nemo impune illo teste peierat, quæ una superstitio, id est, religio est reddita, id est, data Diuis superis, id est, per quam solam iurant. Et nunc equidem, id est, ego quidem cedo, et exosa pugnas relinquo illas. Illud tamen obtestor te, id est, cum obtestatione precor, quod nulla lege fati tenetur, id est, fato nō subijcitur, & obtestor pro Latio, id est, in fauorem Latinorum, & pro maiestate tuorum. Cum. esto, concedentis est, cum uterque populus component pacem connubijs fœlicibus, & cum iam iungent leges & fœdera, ne iubeas, id est, uelis Latinos indigenas mutare nomen uetus, & ne iubeas fieri, idest, uocari Troas, aut Teucros. Aut uiros. i. Latinos mutare uocē, aut uertere, id est, mutare uestes. Sed Latium, & Reges Albani sint per sæcula, id est, in æternum, & Romana propago sit potens uirtute Itala. Et Troia quia iam semel occidit, sinas, quod illa occiderit cum nomine, idest, etiam nomen. Repertor, id est, creator hominum & rerum subridens olli pro illi ait. O germana Iouis, & o altera proles, id est, filia Saturni, tu uoluis sub pectore

Irarum tantos voluis sub pectore fluctus?
Verum age, & inceptum frustra submitte furorem:
Do quod vis, & me victusq́ue, volensq́ue remitto.
Sermonem Ausonij patrium, moresq́ue tenebunt,
alij commisto. Vtq́ue est, nomen erit: commisti corpore tantum
Subsident Teucri: morem, ritusq́ue sacrorum
Adijciam, faciamq́ue omnes vno ore Latinos.
Romani imperij maiestas. Hinc genus, Ausonio mistum quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire Deos pietate uidebis:
Nec gens vlla tuos æque celebrabit honores.
Annuit his Iuno, & mentem lætata retorsit.
Interea excedit cœlo, nubemq́ue reliquit.
His actis aliud genitor secum ipse volutat:
Diræ ex Nocte. Iuturnamq́ue parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,
Quas, & Tartaream Nox intempesta Megæram
Vno, eodemq́ue tulit partu: paribusq́ue reuinxit

¶ *Ecphrasis.*

tantos fluctus irarum? id est, ita ne decet te irasci? Verum, idest, sed age, idest, eia submitte furorem istum inceptum frustra. Do, id est, concedo, & ego uictus, & uolens remitto me, id est, consentio tuis precibus. Quia Ausonij tenebunt sermonem patrium, & leges moresq́;, & nomen erit, ut, id est, quemadmodum nunc est. Et Teucri subsident, id est, latebunt commixti tantum corpore, & ego adijciam morem, i. consuetudinē, & ritus sacrorū, et faciam omnes, id est, utrosq; populos Latinos uno ore. Et tu uidebis genus, quod mixtum sanguine Ausonio surget, uidebis ire supra homines & Deos, pietate, id est, religione, neque ulla gens æque, id est, tantum sicut ista, celebrabit tuos honores. Tum, id est, præterea Iuno annuit his, & sic lætata retorsit, id est, commutauit mentem. Interea Iuno excedit cælo, id est, in cælum, & reliquit nubem. His itaque cum Iunone actis, genitor, id est, Iuppiter uolutat secum, id est, cogitat aliud, & parat dimittere Iuturnam, id est, remouere ab armis fratris. Geminæ pestes dicuntur Diræ cognomine, quas Diras nox intempesta, id est, media tulit uno & eodem partu, id est, peperit, & Megæram Tartaream, id est, cum Megæra, & reuinxit utrasq́;

Serpentum ſpiris, ventoſasq́ addidit alas.
Hæ Iouis ad ſolium, ſæuiq́ in limine Regis
Apparent, acuuntq́ metum mortalibus ægris,
Siquando letum horrificum, morbosq́ Deum Rex
Molitur, meritas aut bello territat vrbes.
Harum vnam celerem demittit ab æthere ſummo
Iuppiter: inq́ omen Iuturnæ occurrere iuſſit.
Illa volat, celeriq́ ad terram turbine fertur:
Non ſecus ac neruo per nubem impulſa ſagitta,
Armatam ſæui Parthus quam felle veneni,
Parthus, ſiue Cydon telum immendicabile torſit,
Stridens, & celereis incognita tranſilit vmbras. *alij. auras.*
Talis ſe ſata nocte tulit, terrasq́ petiuit.
  Poſtquam acies videt Iliacas, atq́ agmina Turni,
Alitis in paruæ ſubito collecta figuram,
Quæ quondam in buſtis, aut culminibus deſertis

¶ *Ecphraſis.*

paribus ſpiris ſerpentum, id eſt, quales habent ſerpentes, & addidit illis alas uentoſas, quibus uolarent. Hæ Diræ apparent, id eſt, ſunt quaſi apparitrices ad ſolium Iouis, & in limine Regis ſæui, quod idem eſt, & acuunt, id eſt, augent metum mortalibus ægris, id eſt, hominibus, ſi aliquando Rex Deorum molitur, id eſt, parat letum horrificum, id eſt, mortem, & morbos, aut territat bello urbes meritas. Iuppiter demiſit unam harum celerem ab æthere ſummo, & iußit Diram illam occurrere Iuturnæ in omen, id eſt, augurium. Itaq; illa uolat, & fertur ad terram, id eſt, deſcendit turbine celeri, non ſecus, id eſt, aliter quam ſagitta impulſa neruo, id eſt, arcu per nubem, id eſt, aerem: quam armatam, id eſt, intinctam felle ueneni ſæui. appoſitiue. telum immedicabile Parthus ſiue Cydon, id eſt, Cretenſis, uterq; populus eſt ſagittandi peritißimus, torſit, id eſt, iaculatus eſt: ſagitta dico, ſtridens & incognita, id eſt, quæ neſcitur unde ueniat, tranſilit auras celeres. Sata nocte, id eſt, filia noctis talis, qualis ſupra memorata ſagitta, tulit ſe, & petiuit terras. Quæ poſtquam uidet acies Iliacas, & agmina Turni, collecta, id eſt, contracta in figuram ſubitam alitis paruæ, ſcilicet, bubonis aut noctuæ, quæ ſedens quondam in buſtis aut in culminibus deſertis domorū ſerū pro ſero ipſa importuna canit per umbras. i. noctē.

Nocte sedens, serum canit importuna per umbras.
Hanc versa in faciem Turni se pestis ad ora
Fertque, referque sonans: clypeumque euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor,
Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
At procul, vt Diræ stridorem agnouit, & alas,
Infelix crines scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis.
Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
Aut quid iam miseræ superat mihi? qua tibi lucem
Arte morer? talin possum me opponere monstro?
Iam iam linquo acies: ne me terrete timentem
Obscœnæ volucres, alarum verbera nosco,
Letalemque sonum: nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis. hæc pro virginitate reponit?
Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire labores

Turnus cõcussus timore.

Querela Iuturnæ.

¶ *Ecphrasis.*

Pestis dira uersa in hanc faciem, id est, figuram, sonans fert, & refert se ad ora Turni, & euerberat clypeum alis suis. Nouus torpor soluit illi membra formidine, & comæ fuerunt illi arrectæ horrore, & uox hæsit faucibus præ timore. At Iuturna infelix, ut cognouit procul stridorem & alas Diræ, scindit crines solutos, & ipsa soror Turni fœdans ora unguibus, & fœdans pectora pugnis, inquit. O Turne, tua germana in quo potest nunc iuuare te? aut quid superat, id est, superest, & restat faciendum mihi miseræ? aut qua arte, id est, dolo ego morer tibi lucem, id est, uitam? quasi dicat nulla, quia ego non possum opponere me tali monstro, quod a Ioue missum est. O uolucres obscœnæ, id est, augurij mali, ego linquo acies iam iam, ne terrete me timentem, quia ego iam nosco uerbera alarum & sonum letalem, id est, mortiferum, nec iussa superba Iouis magnanimi fallunt me. Hæc reponit mihi, id est, reddit pro uirginitate rapta? Quo, id est, cur dedit mihi uitam æternam? & cur adempta est mihi conditio mortis, quia si mortalis essem, possem finire tantos dolores, & possem ire comes fratri misero per umbras. O frater haud

Nunc certe, & misero fratri comes ire per umbras
Iam mortalis ego. haud quicquam mihi dulce meorum
Te sine frater erit. o quæ satis ima dehiscat
Terra mihi? manesq; Deam demittat ad imos?
Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
Multa gemens, & se fluuio Dea condidit alto.
Aeneas instat contra, telumq; coruscat
Ingens arboreum. & sæuo sic pectore fatur:
Quæ nunc deinde mora est? aut quid iam Turne retra-
ctas?
Non cursu, sæuis certandum est comminus armis.
Verte omneis tete in facies, & contrahe quicquid
Siue animis, siue arte vales: opta ardua pennis
Astra sequi, clausumq; caua te condere terra.
Ille caput quassans: Non me tua feruida terrent — *Turnus Aeneæ.*
Dicta ferox: Dij me terrent, & Iuppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens,
Saxum antiquum ingens, campo qui forte iacebat

¶ *Ecphrasis.*

quicquam meorum, id est, ex rebus meis erit mihi dulce sine te. O, id est, utinam quæ, id est, aliqua terra dehiscat, id est, aperiat se mihi satis imas? & demittat me Deam, quamuis Dea sim, ad imos Manes, id est, ad Inferos? Tantum effata, id est, hoc solum, illa gemens multa, id est, multum contexit caput amictu glauco, id est, uiridi, quia Nympha erat, & condidit sese in alto fluuio, cuius Nympha erat. Aeneas uero instat contra Turnum, & coruscat telum, id est, uibrat hastam ingentem ad arboris stipitisq; magnitudinem, & fatur sic pectore sæuo, id est, magno. O Turne, quæ mora nunc deinde est? aut quid iam retractas? certandum est non cursu, sed cõminus armis sæuis. Ideo uerte tete in omnes facies, id est, figuras, & contrahe quicquid uales siue animis siue arte, & opta, id est, elige sequi astra ardua pennis, id est, alis, & opta condere te clausum in terra caua, quia hæc omnia nihil tibi proderunt. Ille Turnus quassans, id est, concutiens caput ait. O Aenea ferox, tua dicta feruida non terrent me, sed Dij, & Iuppiter mihi hostis & tibi propitius terret me. Nec effatus plura, circumspicit saxũ ingens, saxum dico, antiquũ & ingens, qui forte iacebat in cãpo

Limes agro positus, litem vt discerneret aruis,
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent:
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens, & cursu concitus Heros.
Sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem,
Tollentem ve manu; saxumq; immane mouentem.
Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis.
Tum lapis ipse viri vacuum per inane volutus
Nec spatium euasit totum, nec pertulit ictum.
Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur:
Sic Turno (quacunq; viam virtute petiuit)
Successum Dea dira negat, tum pectore sensus

¶ *Ecphrasis.*

positus limes agro, id est, terminus, ut discerneret litem, id est, certamina aruis. Bis sex homines lecti, id est, duodecim uiri robusti uix subirent illud saxum ceruice, qualia corpora hominum tellus nunc producit, id est, generat. Ille Turnus insurgens altior torquebat saxum illud raptū manu in hostem, & ipse Turnus Heros concitus cursu neq; cognoscit se currētem, neq; euntem, adeo turbatus erat, ne cognoscit se tollentem manu, & mouentem saxum immane. Genua labant, id est, titubant præ timore, & sanguis gelidus concreuit, id est, congelatus est frigore. Tum lapis ipse uiri, id est, Turni uolutus, id est, missus per inane uacuum, id est, per aerem nec euasit totum spatium, nec pertulit ictum, scilicet ad Aeneam. Et ponit comparationem stuporis in Turno dicens. Ac uelu ti ubi. i. cum quies languida preßit oculos in somnis, id est, cum dormimus, & ui demur nobis uelle extendere cursus, id est, currere sed frustra. Et nos tunc ægri succidimus, id est, cadimus in medijs conatibus eius, quod uoluimus facere. Lingua non ualet, subaudi, loqui, & uires notæ non sufficiunt in corpore, nec uox aut uerba sequuntur uoluntatem nostram. Sic Dea dira negat successum Turno, quacunq;. i. per quamcunq; partem petiuit uiam uirtute, id est, fortitudine.

Vertuntur varij. Rutulos aſpectat, & vrbem,
Cunctaturq́ metu, telumq́ inſtare tremiſcit:
Nec quo ſe eripiat, nec qua vi tendat in hoſtem,
Nec currus vſquam videt, aurigamq́ ſororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruſcat
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet: murali concita nunquam
Tormento ſic ſaxa fremunt: nec fulmine tanti
Diſſultant crepitus: volat atri turbinis inſtar
Exitium dirum haſta ferens, orasq́ recludit
Loricæ, & clypei extremos ſeptemplicis orbes,
Per medium ſtridens tranſit femur: incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Conſurgunt gemitu Rutuli, totusq́ remugit
Mons circum: & vocem latè nemora alta remittunt.
Ille humilis, ſupplexq́ oculos, dextramq́ precantem


Turnus occiditur.

¶ *Ecphraſis.*

Tum etiam ſenſus uarij, id eſt, ſententiæ uertuntur pectore, id eſt, in corde, aſpectat enim Rutulos & urbem, & cunctatur metu, & tremiſcit telum Aeneæ inſtare illi. Et neſcit quo, id eſt, in quam partem eripiat ſe, nec qua ui tendat in hoſtem, nec iam uidet uſquam currus, uel ſororem aurigam ſuam ante. Tunc Aeneas ſortitus oculis fortunam, id eſt, occaſionem, coruſcat, id eſt, uibrat telum fatale, & intorquet illud toto corpore, id eſt, uiribus corporis eminus. i. a longe Turno cũctãti. Saxa concita. i. contorta tormento murali, id eſt, machina ad oppugnandos muros apta, nunquam fremunt. id eſt, ſonant ſic, ut hoc Aeneæ telum, nec tanti crepitus, id eſt, tonitrus diſſultant fulmine. Haſta ferens exitium dirum uolat inſtar, id eſt, ad ſimilitudinem turbinis atri. i. nigri per tẽpeſtatẽ, et recludit haſta illa. i. aperit oras loricæ. et extremos orbes clypei ſeptẽplicis. i. ſepties corio circũdati, et ſtridẽs tranſit per medium femur. Turnus ingens ictus, id eſt, percuſſus incidit ad terram poplite duplicato, id eſt, incuruato. Tunc Rutuli conſurgunt cum gemitu, & totus mons remugit circum, id eſt, in circuitu, & nemora alta remittunt uocem late, id eſt, reſultant. Ille Turnus humilis & ſupplex, protendens oculos & dextram precantem, inquit ad Aeneam. Equidem, id eſt, ego quidem merui mortem, nec

Protendens, Equidem merui, neç deprecor, inquit,
Vtere ſorte tua: miſeri te ſiqua parentis
Tangere cura poteſt, oro (fuit & tibi talis
Anchiſes genitor) Dauni miſerere ſenectæ:
Et me, ſeu corpus ſpoliatum lumine mauis,
Redde meis: viciſti, & victum tendere palmas
Auſonij videre: tua eſt Lauinia coniux,
Vlterius ne tende odijs. Stetit acer in armis
Aeneas voluens oculos, dextramq́ repreſſit.
Et iam iamq́ magis cunctantem flectere ſermo
Cœperat, infelix humero cum apparuit alto
Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis
Pallantis pueri, victum quem vulnere Turnus
Strauerat: atq́ humeris inimicum inſigne gerebat.
Ille oculis poſtquam ſæui monumenta doloris,
Exuuiasq́ hauſit: furijs accenſus, & ira
Terribilis: Tu ne hinc ſpolijs indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, et pœnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus. ast illi soluuntur ¶ Ecphraſis. frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras

deprecor, ideſt, detrecto et abominor mortem, tu Aenea utere ſorte tua. i. occide me ſi uolueris, quãdoquidẽ uictoriæ ſors tibi cõtigit. Sed oro te, ſi qua cura parẽtis mei miſeri poteſt te tãgere, quia Anchiſes genitor fuit tibi talis, qualis eſt mihi Daunus, oro miſerere ſenectæ illius, & redde me meis, ſiue mauis, redde corpus ſpoliatum lumine, id eſt, uita. Viciſti me, & Auſonij uiderunt me uictum tendere palmas. Lauinia eſt coniunx tua iure uictoriæ. Ideo non intendas ulterius odijs. Tũc Aeneas acer. i. fortis ſtetit in armis, uoluens oculos, et repreſſit dextram. Et ſermo cœperat flectere illum cunctantem magis & magis, cum balcheus infelix apparuit alto humero, & cingula quod idem eſt, pueri Pallantis fulſerunt bullis notis ipſi Aeneæ, quem Pallanta uictum Turnus ſtrauerat, atq; gerebat humeris inſigne inimicum, id eſt, hoſtis ſui. Sed ille Aeneas poſtquã hauſit oculis, id eſt, uidit exuuias. i. inſigne illud & monumenta doloris ſæui, quem de Pallantis cæde ſuſceperat, ipſe accenſus furijs & terribilis ira inquit, tu ne eripiaris mihi hinc indute pro indutus ſpolijs meorum: Pallas, quem tu occidiſti, immolat te hoc uulnere, quod a me infertur. Et ille ſumit pœnas



Immolat & pœnam ſcelerato ex ſanguine ſumit.
Hoc dicens ferrum aduerſo ſub pectore condens
Feruidus: aſt illi ſoluuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras.

Finis.



VIRGILIVS
Cum Ecphasis
Nebrissensis.